EURIPIDIS
FABULÆ QUATUOR

SCILICET

HIPPOLYTUS CORONIFER—ALCESTIS

IPHIGENIA IN AULIDE—IPHIGENIA IN TAURIS.

N. W. Haynes.

EURIPIDIS
FABULÆ QUATUOR

SCILICET

HIPPOLYTUS CORONIFER — ALCESTIS

IPHIGENIA IN AULIDE — IPHIGENIA IN TAURIS.

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

AC VETERUM EDITIONUM EMENDAVIT

ET ANNOTATIONIBUS INSTRUXIT

JACOBUS HENRICUS MONK, S.T.P.

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES OLIM

PROFESSOR REGIUS.

EDITIO NOVA.

CANTABRIGIÆ:

TYPIS ACADEMICIS EXCUDEBAT C. J. CLAY, A.M.

VENEUNT APUD DEIGHTON, BELL ET SOC.

LONDINI: APUD BELL ET DALDY.

M.DCCC.LVII.

HABES in manibus, Lector, uno tandem volumine conclusas, quatuor Euripidis fabulas quas idem editor in lucem proferendas curavit, sed singulatim, sed diversa aliquatenus adhibita ratione. Nimirum *Hippolytum* anno MDCCCXI^mo, et quinquennio post *Alcestin*, adjectis utrique annotationibus Latinis; anno autem MDCCCXL^mo *Iphigeniam in Aulide* et MDCCCXLV^mo *Iphigeniam in Tauris* cum commentariis Anglicè scriptis ἀνωνύμως edidit. Jam pluribus abhinc annis Editori in mentem venit hasce agnoscere et (prout flagitabat materiæ affinitas atque eadem in opere manus) cum illis conjungere. Quum autem concinnitati et juncturæ, pro more suo, consuleret atque ideo aut notas Anglicas Latine aut Latinas Anglice censeret omnino esse vertendas, illud denique prætulit. Ipse vero gravioribus officiis et infirmitate simul oculorum impeditus, a Georgio Burges condiscipulo quondam suo et multos per annos propter eadem literarum Græcarum studia amico, ut hunc laborem vicarius perficeret, impetravit. Qui pro singulari sua diligentia non modo quod promiserat præstitit, verum etiam, ut lectoris utilitatibus quam maxime inserviretur, universi operis indices tres aliunde excerpsit partim, partim et de novo confecit. Sed ubi nunc vir ille qui gratias agere debebat,

operis auctor et architectus! Silet facunda lingua, fida torpet dextera. Supersunt tamen hæredes qui has gratias et deberi agnoscant et debitas agant. Filius nempe unicus duxit pietatis esse suæ patris voluntati parere, inceptum perficere; hoc enim edito opere credidit se monumentum illi aptissimum atque gratissimum fore exacturum. Quamobrem prooemium nostrum breviter et summatim (ut solet in epitaphiis) acta illius et merita referat:

JACOBUS HENRICUS MONK, ingenuo loco natus, pueritia primum in schola Norvicensi dein ædibus in Carthusianis acta, anno MDCCC^mo ad Academiam Cantabrigiensem accessit, ibique inter scholares, mox autem inter socios Collegii SS. Trinitatis electus, utrumque honorem anno suo et prima petitione adeptus est. Interea literis Græcis et Latinis præcipue deditus, ad summum altero præmiorum a Cancellario propositorum dignatus erat.

Deinde, quinto ætatis suæ lustro nondum completo, idoneus præ ceteris habitus qui in locum et munus Ricardi Porson tanti viri succederet, Literarum Græcarum Professor cunctis suffragiis declaratur. Quas ne falleret spes ac fiduciam, per quatuordecim annos intra Academiam assidue versatus, summam in docendo adhibebat diligentiam, in judicando æquitatem, in cæteris quibuslibet officiis mansuetudinem gravitatemque.

Quum vero in palæstra Academica nollet humaniores minus valere literas, ipse, si quis alius, hortando commonendo effecit tandem ut ex Senatusconsulto annuum certamen institueretur; idem instituto rationem ordinemque præscripsit.

Denique Academiæ si quid aut amplitudinis aut dignitatis interesse videretur, semper in promptu erat auctor sagax providusque, sive defensione opus esset, acerrimus defensor.

Literis autem quam acriter invigilaret testes sunt quæ diximus opera; testes, quæ cum Carolo Jacobo Blomfield edenda suscepit, quum cætera tum etiam *Porsoni Adversaria* et *Museum Criticum;* testis denique *Vita Bentleii*, quod ipse sine adjutore ad finem perduxit, operum maximum atque gravissimum.

Anno MDCCCXXII^mo ad Decanatum Ecclesiæ Petroburgensis; MDCCCXXX^mo denique ad Episcopatum Glocestrensem prælatus est. Exinde totus in amplissimo munere quum literis non ut antea vacaret favebat tamen et Universitatem quam præsens opere ornaverat absens etiam studio prosequebatur.

Jam supra Georgio Burges actæ sunt gratiæ. Restat ut agantur etiam Henrico Richards Luard Collegii SS. Trinitatis socio et Augusto Arturo Vansittart ejusdem Collegii nuper socio qui rem incipiendam consilio, inceptam ope et opera adjuverunt.

Hunc denique librum atque memoriam Editoris ipsius exemplum secuti ALMÆ MATRI NOSTRÆ commendamus.

GULIELMUS GEORGIUS CLARK.

Scribebam Cantabrigiæ,
A. D. XIV. KAL. OCT. MDCCCLVII.

ERRATA TYPORUM.

Iph. A.	10	*not.*	*ibid* l.	12	ne	*lege* rex
	153	—	—	2	receperint	— reciperent
	165	—	—	6	ἀγχιάλαν	— ἀγχιάλων
	211	—	—	33	σειραίοις	— σειραῖος
	276	—	—	2	Jam	— Tam
	574	—	—	1	suam	— in suam
	576	—	—	6, 7	qui... insistit	— quæ... insistunt
	654, 5	—	—	5	in versum	— inversum
	923	—	—	17	possit	— non possit
	937–940	—	—	18	debere	*dele verbum*
	1074	—	—	31	perfecit	*lege* pater perfecit
	1308	—	—	4	esse	— sit
Iph. T.	229	—	—	17	innuent	— innuunt
	1037	—	—	7	proxime	— choreutæ proxime

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

PRÆFATIO.

IN nova Euripidis Hippolyti editione curanda, duo mihi præcipue proposita sunt. Primum operam dedi, ut hæc Tragœdia, ex optimis auctoritatibus emendata, purior quam in prioribus editionibus prodiret: deinde, quidquid in verbis ac sententiis difficile esset aut reconditum, id conatus sum explicare, et exemplis a Græca Poesi, maximeque Euripidea, petitis, illustrare. Quid in utraque operis parte profecerim, penes æquos et eruditos lectores judicium est. Pauca tantum de instituto meo, et de subsidiis, quibus usus sum, præfari libet.

In textu recensendo, nullum superiorum editorum per omnia secutus sum; e varietatibus lectionum apud Codices Manuscriptos a Musgravio, Brunckio, et aliis collatos, veteresque editiones Lascaris et Aldi, quas ipse diligenter contuli, Poetæ verba probabiliter eruenda esse duxi. Huc accedebant permulta veterum Scriptorum loca, qui e Tragœdia nostra hinc illinc verba laudaverant. Horum scilicet auctoritas haud exigua esse debet, ad textum sive corrigendum, sive stabiliendum. In hac officii mei parte, a Valckenaerii Commentario, multiplici eruditione referto, me maxime adjutum esse libenter fateor. In lectionibus eligendis, rationem semper habui consuetudinis apud Tragicos in similibus observatæ. In hac arte critica exercenda, ducem et auspicem sumpsi Porsonum, qui cum ingenio, doctrina, ac judicio, ultra ceteros mortales floruerit, tum quæcunque ad Græcæ linguæ orthographiam, structuram, et universam indolem spectarent, unus omnium qui post literas renatas vixerunt, videtur optime percepisse. Hujus igitur ad exemplum Hippolyti textum, quantum in me fuit, emendare conatus sum.

Codicum lectiones, præter paucas e maxime vitiosis, in Annotationibus meis indicantur. Diligentius enotavi varietates, quas exhibent Lascaris et Aldus. Editionum etiam Musgravianæ Valckenaerianæ et Brunckianæ lectiones commemorandas esse plerumque censui.

Textus ex mera conjectura non nisi perpaucis in locis mutatus est: et spero fore, ut eruditi judices id nusquam temere

factum arbitrentur. In aliorum etiam emendationibus amplectendis cautus esse volui. Singulæ Virorum doctorum conjecturæ, quæ vel ullam veritatis speciem habeant, auctoribus suis adsignantur. Quoniam vero complures sunt Reiskii, Musgravii, et aliorum mutationes, quæ a verisimilitudine prorsus abhorreant, et quarum bona pars aut in metrum, aut in linguam peccet, nolui talibus memorandis et refellendis nostri libelli molem augere. Ubicunque autem Hippolyti versus a Valckenaerio minus recte tractatos esse judicaverim, id sedulo monui; non obloquendi studio, sed quia cavendum videretur, ne tanti nominis auctoritate plures in errorem abducerentur.

In choricis versibus corrigendis ac distribuendis, eo majorem adhibui cautionem, quo pronius sit in re parum certa peccare. Equidem operam dedi, ut quæ metrorum genera Tragicis frequentata sint, ea, quantum fieri licuit, repræsentarem; et ut singula cantica e versibus constarent, quos libenter ab iis conjunctos esse viderim. Quomodo vero hæc operis mei pars administrata sit, facile judicabit lector harum rerum peritus: quippe de iis, quæ novata sunt, in notis admonui, observationes etiam nonnullas huc spectantes in gratiam tironum intertexui.

Quod ad interpretandi et illustrandi munus attinet, difficilium ac rariorum locutionum explicationes e veteribus Grammaticis haustas subjecimus; allatis subinde versibus Poetarum, imprimis Tragicorum, unde ad voces, constructiones, et sententias in nostra fabula intelligendas, lux derivari posset.

In Annotationibus reperientur notulæ quædam Marklandi et Musgravii, hactenus ineditæ. Harum copiam mihi fecit Burneius, studio scilicet eas literas juvandi, in quibus ipse inter primarios spectatus est.

Ad editionem meam locupletandam accesserunt Porsoni notæ quædam et emendationes, ex adversariis ejus in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis adservatis decerptæ. Ut his fruerentur Euripidis lectores, fecit liberalitas præsulis venerandi, Episcopi Bristoliensis, et Collegii nostri Seniorum. Ego vero quidquid ad Hippolytum pertinens in Porsoni scriptis inventum est, nomine auctoris indicato, fideliter ac religiose descripsi. Hæ quidem summi Critici reliquiæ in Libro Adversariorum nuper publici juris facto leguntur. Visum tamen eas typorum formas, quibus olim distinximus, in hac quoque editione servare. Habes etiam, lector, integram scenam a versu 176, ad v. 266. ab eodem

correctam. Nec id leve, aut parvi momenti habendum; siquidem dicere solebat Porsonus, se nihil dubitare, quin hanc scenam celeberrimam, qualis esset ab Euripidis manu profecta, ipse demum emaculatam præstitisset.

Libello nostro multum ornamenti et subsidii adjecerunt observationes quædam, suis in locis memoratæ, quas ab Amico accepimus, ingenii, doctrinæ, ac virtutis fama clarissimo, Carolo Jacobo Blomfield. Hujus eruditionem et elegantiam non opus est multis collaudare; siquidem Æschyli editione feliciter inchoata, doctorum omnium oculos animosque in se convertit, et quantis quamque eximiis dotibus ad promovendas literas instructus sit, adhuc juvenis demonstravit.

Ne te diutius præfando morer, scias me ingenuæ juventutis commodis potissimum studuisse. Quamobrem notis meis passim interjectæ sunt generales quædam regulæ et observationes, quas scriptores Atticos legentibus usui fore existimabam. Quod si spes mea non omnino frustrata erit, si ad Græcarum literarum studia excitanda aliquantulum contulero, me quidem, quantum laboris insumpserim, nunquam pœnitebit; tu autem, benigne et erudite lector, in erroribus et defectibus hujus opusculi notandis, conatus nostros æqui bonique consules.

Cum omnia quidem Hippolyti nostri exemplaria maturius quam sperare ausus eram, divendita sint, operam vero meam in Euripide expoliendo et corrigendo positam viris doctioribus non displicere intellexerim, novæ editionis curam suscepi. Retractavi igitur textum et annotationes, quæque hodie videantur minus recte dicta, correxi: quinetiam hæc editio et nostris et aliorum quibusdam, quas ad rem pertinere judicarem, observationibus aucta est. In opella retractanda, multum adjutus sum notis quibusdam et emendationibus in Hippolytum, quas mecum communicarunt Viri doctissimi humanissimique Petrus Elmsley et Jacobus Tate. Indicem vero rerum et verborum, quæ in Annotationibus tractantur, suadentibus juvenum nostrorum informatoribus, subjeci.

Dabam Cantabrigiæ,
Kalendis Maii. 1813.

PRÆFATIO EDITIONIS QUINTÆ.

HIPPOLYTI Euripidei recensionem a me vulgatam anno MDCCCXI post annum et sex menses denuo edidi aliquanto emendatiorem. Quo quidem a tempore cum iteratas ejus libri editiones continuo usurpari videam, Reipublicæ Literariæ meos qualescunque labores haud displicuisse intellexi.

Jam vero per hos tres aut quatuor annos bibliopola omnia operis exemplaria jamdudum esse divendita conqueri non desinit, et novam a me editionem flagitare. Cui tamen voto obstitit, quod sententias a me propositas, cum primum textum hujus fabulæ constituerem, et notas in eam scriberem, subinde immutavissem, quotiescunque vel accuratior harum rerum cognitio, vel judicium, ut fit ætatis progressu, magis subactum, me meliora docuisset, vel denique Codicum ope nuper adhibitorum nova lux locis obscurioribus affulsisset. Huc accedebat, quod quædam a me in annotationibus prope triginta abhinc annos conscriptis excidisse senserim nimis juveniliter dicta, et quæ mihi jam se parum approbarent. Videbam præsertim rationem, qua in hac fabula recensenda usus est Brunckius, verbis esse exceptam asperioribus, quæ ut ille dignus fuerit qui audiret, at ego indignus qui loquerer. Nolui igitur librum recudendum tradere, priusquam eas lectiones, quas anteferendas esse sentirem, suffecissem, et quæ indicta a me vellem, resecuissem. Rem haud magnæ sane molis, si per se spectetur, vides, sed quam ille sustinuerit ægerrime, qui cum quotidie laboribus diversissimis implicatur, tum vero infirmitate laborat omnium molestissima, oculorum hebetudine. Quas moras editioni obstare quum

inaudivisset amicus noster desideratissimus, JOANNES WORDSWORTH, A.M. Collegii SS. Trinitatis apud Cantabrigienses Socius, omnem laborem, qui operi imprimendo fuisset impendendus, officiosissime in se recepit; et in eo absolvendo, jam ad versum 350 processerat, quum eheu! acerbissimo bonorum omnium et eruditorum dolore, florente adhuc ætate, rebus humanis est ereptus! De quo excellentissimo viro nequeo non profiteri, nostra memoria extitisse neminem, qui antiquarum literarum sinceram scientiam efficacius posset promovere, neminem de cujus in re critica felicitate augurari liceret confidentius. Neque id silentio prætermiserim, indoli ejus et doctrinæ respondisse mores et pietatem.

Post fatum ejus, frater Christophorus Wordsworth, S.T.P., doctis et elegantibus scriptis notissimus, qui summa cum laude Scholæ Harroviensi præest, telam quam is exorsus est, cum fide et diligentia pertexuit. Vale.

NOTARUM EXPLICATIO.

A.	MS. Parisiensis 2712. quæ sunt Brunckii membranæ, a Musgravio, deinde diligentius a Brunckio, collatus. Ex hoc codice lectiones ab Hemsterhusio excerptas dedit Valckenaerius.
B.	MS. Paris. 2703. apud Musgravium.
C.	Excerpta e MS. quodam Cottoniano, apud Musgravium.
D.	MS. Paris. 2818. apud Musgravium.
E.	MS. Paris. 2888. apud Musgravium.
Flor.	*vel* Fl. Variæ lectiones MSti cujusdam Florentini ab Is. Vossio olim collati: harum indicium Valckenaerio debetur.
P.	Liber impressus in Bibliotheca Parisiensi, cum MSS. collatus, unde varias lectiones exscripsit Musgravius.
Lasc.	Editio Princeps, continens Medeam, Hippolytum, Alcestin, et Andromachen, quæ Florentiæ cura Jani Lascaris, anno circiter 1496. literis majusculis impressa est.
Ald.	Editio Aldi, Venetiis, anno 1503.
X. Π.	Drama *Christus Patiens*, e Senariis Euripideis maxima ex parte conflatum; quod opus falso haberi solet Gregorii Nazianzeni.
R. P.	Ricardi Porsoni notæ, e Schedis ejus depromptæ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ[1].

Θησεὺς υἱὸς μὲν ἦν Αἴθρας καὶ Ποσειδῶνος, βασιλεὺς δὲ Ἀθηναίων· γήμας δὲ μίαν τῶν Ἀμαζόνων[2] Ἱππολύτην, Ἱππόλυτον ἐγέννησε, κάλλει τε καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντα. ἐπεὶ δὲ ἡ συνοικοῦσα τὸν βίον μετήλλαξεν, ἐπεισηγάγετο Κρητικὴν γυναῖκα, τὴν Μίνω τοῦ Κρητῶν βασιλέως καὶ Πασιφάης θυγατέρα, Φαίδραν. Ὁ δὲ Θησεύς, Πάλλαντα ἕνα τῶν συγγενῶν φονεύσας, φεύγει εἰς Τροιζῆνα, μετὰ τῆς γυναικός, οὗ συνέβαινε[3] τὸν Ἱππόλυτον παρὰ Πιτθεῖ τρέφεσθαι· θεασαμένη δὲ τὸν νεανίσκον ἡ Φαίδρα εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθεν, οὐκ ἀκόλαστος οὖσα, πληροῦσα δὲ Ἀφροδίτης μῆνιν, ἥ, τὸν Ἱππόλυτον διὰ σωφροσύνην ἀνελεῖν κρίνασα[4], τέλος τοῖς προτεθεῖσιν ἐπέθηκε. στέργουσα[5] δὲ τὴν νόσον, χρόνῳ πρὸς τὴν τροφὸν δηλῶσαι ἠναγκάσθη, κατεπαγγειλαμένην[6] αὐτῇ βοηθῆσαι· ἥτις, καὶ παρὰ[7] τὴν προαίρεσιν, λόγους προσήνεγκε τῷ νεανίσκῳ. τραχυνόμενον δὲ αὐτὸν ἡ Φαίδρα καταμαθοῦσα, τῇ μὲν τροφῷ ἐπέπληξεν, ἑαυτὴν δὲ ἀνήρτησε. καθ' ὃν καιρὸν φανεὶς Θησεύς, καὶ καθελεῖν θέλων[8] τὴν ἀπηγχονισμένην, εὗρεν αὐτῇ προσηρτημένην δέλτον[9], δι' ἧς Ἱππολύτου φθορὰν κατηγόρει καὶ ἐπιβουλήν· πιστεύσας δὲ τοῖς γεγραμμένοις, τὸν μὲν Ἱππόλυτον ἐπέταξε φεύγειν· αὐτὸς δὲ τῷ Ποσειδῶνι

[1] Hoc argumentum dederunt Aldus, et Arsenius in Editione Scholiorum in Euripidem. Legitur etiam in opere Eudociæ Imperatricis inscripto, Ἰωνιά, quod vulgavit Villoisonus in Anecdotis Græcis, p. 411. Varias lectiones e Codicibus Parisino et Florentino notavit Valckenaerius.

[2] Ἀμαζονίδων Cod. Par. et Arsenius, qui pro Ἱππολύτην habet Ἀντιόπην. Vide notam ad v. 10. διαπρέποντα pro διαφέροντα Flor.

[3] συνέβη Eudoc. Arsen.

[4] Post κρίνασα, Aldus et Eudocia habent τὴν Φαίδραν εἰς ἔρωτα παρώρμησε. ἔθηκε pro ἐπέθηκε Arsenius.

[5] στέγουσα scripserunt Valck. Brunck.

[6] κατεπηγγειλαμένη Arsen. ἡ δὲ κατεπηγγείλατο Ald. Eudoc.

[7] κατὰ τὴν προαίρεσιν et προένεγκε Arsenius.

[8] σπεύδων pro θέλων Arsen. Par. Flor.

[9] βίβλον Arsen.

ἀρὰς ἔθετο, ὧν ἐπακούσας ὁ θεὸς, τὸν Ἱππόλυτον διέφθειρεν. Ἄρτεμις δὲ τῶν γεγενημένων ἕκαστα διασαφήσασα Θησεῖ, τὴν μὲν Φαίδραν οὐκ ἐμέμψατο[10], τοῦτον δὲ παρεμυθήσατο, υἱοῦ καὶ γυναικὸς στερηθέντα· τῷ δὲ Ἱππολύτῳ τιμὰς[11] ἔφη ἐπιχωρίους ἐγκαταστήσασθαι.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Τροιζῆνι[12]. ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος[13] ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ, ἔτει τετάρτῳ. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος[14] δεύτερος, καὶ ΣΤΕΦΑΝΙΑΣ προσαγορευόμενος. ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον, ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων.

[10] *οὐ κατεμέμψατο* Par. *οὐκ ἀπεμέμψατο* Arsen. Paullo ante, *ἕκαστα* pro *ἕκαστον* dedi, Valckenaerium secutus.

[11] "Quod est in Ed. Arsenii, *τιμὰς ἔφη γῆς ἐγκαταστήσασθαι* præbent Codd. quoque Paris. et Flor. hinc scribi quoque poterit, *γῇ ἐγκαταστήσασθαι*." Valck.

[12] *ἐν Θήβαις* Ald. Arsen. errore satis inepto. Quæ sequuntur omittit Aldus.

[13] *Ἀμευνῶνος* Par. mox *Ἰωφῶν* Arsen.

[14] Prior fabula Euripidea, ad quam respexit Argumenti Scriptor, nomine *Ἱππολύτου Καλυπτομένου* laudatur a Jul. Polluc. Onomast. IX. 50. Scholiast. ad Theocr. Idyll. II. 10. Tituli vero caussam fuisse opinantur Viri docti, quod in ultima ejus fabulæ scena Hippolytus non vivus, ut in superstite Tragœdia, sed mortuus et *καλυπτόμενος* delatus est.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.
ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.
ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ.
ΘΕΡΑΠΩΝ.
ΧΟΡΟΣ.
ΤΡΟΦΟΣ.
ΦΑΙΔΡΑ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΘΗΣΕΥΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΑΡΤΕΜΙΣ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

ΠΟΛΛΗ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος
θεὰ κέκλημαι Κύπρις, οὐρανοῦ τ' ἔσω·
ὅσοι τε πόντου τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν
ναίουσιν εἴσω, φῶς ὁρῶντες ἡλίου,
τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη,
σφάλλω δ', ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.
ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.

1. 2. Πολλή. Scholiastes, *δυνατή, θαυμαστή, μεγίστη.* Valckenaerius statuit hanc vocem idem valere quod in aliis locis *σεμνή, μεγάλη, τιμία. Κέκλημαι* significat *sum*, quo sensu apud Tragicos non infrequens est. *Æschylus*, Pers. 242. *Οὔτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς, οὐδ' ὑπήκοοι.* Soph. Trachin. 736. *Ἄλλου κεκλῆσθαι μητέρ'.* Noster Hecub. 480. (477). *Ἐν ξείνᾳ χθονὶ δὴ κέκλημαι Δούλα.* 625. (623). *Ὁ δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος.* Electr. 366. "*Κεκλῆσθαι pro γενέσθαι Eur. Protesilao Suid. v. πενθερά.* (Fr. 645). *Rhadamantho Stob.* p. 269. *ed. Grot.* (Fr. 654.) *Phryxo* p. 53. (Fr. 812). *Phœn.* 567. (576.) *γενήσεται (κεκλήσεται) Suppl.* 913. *apud Stobæum.*" R. P. De Phœnissarum et Supplicum locis videndus ipse Porsonus ad Phœn. (576.) Nostros versus citat Grammaticus incertus *περὶ Σολοικίας*, quem Valckenaerius Ammonio suo subjecit, p. 102. Eosdem *παρῳδεῖ* Lucianus Podagra Tom. III. p. 665. et suo more insulse mutatos adhibet Auctor dramatis *Christi patientis*, quod posthac designabo per literas Χ. Π. 102. Huc etiam respexit Philostratus De Vita Apollonii VI. p. 232, 8. observante Valckenaerio.

3. —*ὁ δὲ πόντος, ἀνατολικόν.* Schol. Intellexit igitur ille de *Ponto Euxino*: et sic Musgravius et plerique editores. Nobis olim videbatur ipse Euripides hanc vocem aliter interpretatus per chorica infr. v. 741. ubi fingit Montem Atlantem et maris et naturæ finem esse. Hodie acquiesco in Scholiastæ interpretatione, maxime ob locum Platonis Phædon. a Matthiæo citatum *ἡμᾶς οἰκεῖν τοὺς μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος*, p. 109. B.—Hunc versum cum tribus sequentibus habet Athenæus XIII. p. 600. C.

5. *πρεσβεύειν· προτιμᾶν* Hesych. eadem habet Photius in voce addens *Εὐριπίδης.* Hac significatione vox adhibetur Æsch. Choeph. 488. *τόνδε πρεσβεύσω τάφον.* Soph. Trach. 1065. *Καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον.* Alcest. 282. (293.) Rhes. 941.

8. Confert Porsonus in Adversariis p. 231. cum loco Supplicum 232. *θεοὺς —οἵτινες τιμώμενοι Χαίρουσι.* Huc respexit Plutarchus Erotico Tom. II. p. 766. C. et, ut videtur, Clemens Alex.

δείξω δὲ μύθων τῶνδ᾽ ἀλήθειαν τάχα.
ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος,
Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα,
μόνος πολιτῶν τῆσδε γῆς Τροιζηνίας
λέγει κακίστην δαιμόνων πεφυκέναι·
ἀναίνεται δὲ λέκτρα, κοὐ ψαύει γάμων·
Φοίβου δ᾽ ἀδελφὴν Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην,
τιμᾷ, μεγίστην δαιμόνων ἡγούμενος·
χλωρὰν δ᾽ ἀν᾽ ὕλην παρθένῳ ξυνὼν ἀεί,
κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονός,
μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας.
τούτοισι μέν νυν οὐ φθονῶ· τί γάρ με δεῖ;
ἃ δ᾽ εἰς ἔμ᾽ ἡμάρτηκε, τιμωρήσομαι
Ἱππόλυτον ἐν τῇδ᾽ ἡμέρᾳ· τὰ πολλὰ δὲ
πάλαι προκόψασ᾽, οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.

Strom. VII. p. 848, 13. notante Valckenaerio. Versus 8. 9. citat Scholiastes Venet. ad Iliad. P. 567.

10. Simile est Iph. T. 238. (227.) *Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας τέκνον.* Ejusdem pleonasmi alia exempla, Æsch. Prom. 138-39-40. Soph. Antig. 1115. Alcest. 509. (525.) notavit Blomfieldius ad Promethei locum. De nomine matris Hippolyti silet Euripides. Antiopam fuisse tradunt Plutarchus in Thes. Tom. II. p. 13. D. Seneca in Hippolyto Tragœdia, Scholiast. ad hujus fabulæ v. 580. Schol. ad Hom. Odyss. Λ. 320. Tzetzes ad Lycophr. 1329. Servius ad Virg. Æn. XI. 761. Contra ex Hippolyta, Antiopæ sorore, natum perhibent idem Plutarchus Parall. Tom. II. p. 314. A. Clidemus apud Plutarch. Tom. I. p. 13. A. et Auctor argumenti hujus fabulæ. Quæ de his Amazonibus veteres tradidere, collegit et recensuit Meursius in Theseo cap. 20. et 21.

11. *παίδευμα* pro *alumno* apud Tragicos occurrit, quemadmodum *λόχευμα, κήδευμα, μίσημα* et alia ejus generis pro personis adhibentur. Noster Electr. 887. *Σύ τ᾽, ὦ παρασπίστ᾽ ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου Παίδευμα, Πυλάδη.* Ceterum *παιδεύματα* de Hippolyto solo dicitur, ut in Sophoclis Philoct. 36. *τεχνήματα* de uno poculo; Antig. 568. *νυμφεῖα* de Antigona; in Nostri Hec. 265. *προσφάγματα* de una victima. Orest. 1053. *κέδρου τεχνάσματα* de uno sepulcro. Androm. 1273. *συγκοιμήματα* de Thetide. Troad. 252. *νυμφευτήρια* de Cassandra: quæ exempla attulit Porsonus ad Orestis locum defendendum. Idem ad Iph. Aul. 7. "*παιδεύματα recte scriptum apud Eurip. Hippol.* 11. *in παίδευμα degeneravit apud Plutarchum Thes.* p. 2. B."

18. *ἐξαιρεῖ. ἐκ μέσου αἱρεῖ, ἀφανίζει.* Schol. Ante Valckenaerium legebatur *ἐξαίρει* mendose. Laudat ille Pausaniam II. p. 184. m. *λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος.* Confert Elmsleius Herod. I. 36. *καὶ διακελεύσομαι τοῖσι ἰοῦσι, εἶναι ὡς προθυμοτάτοισι συνεξελεῖν ὑμῖν τὸ θηρίον ἐκ τῆς χώρης.*

19. Sic vulgo. *ὁμιλίᾳ* Lasc. Olim dedi *ὁμιλίαν*, ex emendatione Porsoni, quam confirmare visus est Noster in Fragm. Æoli apud Stobæum XXII. p. 187, 43. *Σιγῶν φρονοῦντα κρείσσον᾽ εἰς ὁμιλίαν Πεσόντα.*

20. *μέν γ᾽ οὖν οὐ* Ald. *μὲν νῦν οὐ* A. B. D. *μὲν οὖν οὐ* P. *τούτοις μὲν οὖν οὐ* E. Lasc. Correxit Valckenaerius.

22. *ἡμέρα* Lasc.

23. *προκόψασ᾽* est pendens nomina-

ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων,
σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων,
Πανδίονος γῆν, πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ
ἰδοῦσα Φαίδρα καρδίαν κατείχετο
ἔρωτι δεινῷ, τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν.
καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον
γῆς τῆσδε, ναὸν Κύπριδος καθείσατο.

tivus pro genitivo participii positus, cujus constructionis exempla dabunt Æschylus Suppl. 446. *Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια, Γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος.* Choeph. 520. *Τὰ πάντα γάρ τις ἐκχέας ἀνθ' αἵματος* Ἑνὸς, *μάτην ὁ μόχθος.* Prometh. 201. Sophocles Œdip. Tyr. 60. 101. ubi Mudgii emendationem *ὡς τήνδ' αἷμα χειμάζον πόλιν* recipiendam esse me olim monuit Porsonus. Œdip. C. 1120. *Τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον.* Euripides Phœn. 283. (290.) *Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος* Μαντεῖα *σεμνὰ*, Λοξίου *τ' ἐπ' ἐσχάρας,* Ἐν *τῷδ' ἐπεστράτευσαν* Ἀργεῖοι *πόλιν.* Nostrum et Phœnissarum locum protulit Eustathius ad Iliad. B. p. 236, 36 = p. 179, 16. De hoc Atticismo, quem Grammatici alii Σολοικισμὸν, alii Ἀρχαϊσμὸν vocabant, videas Kusterum ad Aristoph. Plut. 277. Gregor. Corinth. p. 33.—Hujusmodi constructionis rationem sic expedit Matthiæus. "Instituit orationem, ac si dicere vellet *προκόψασα οὐ πολλοῦ πόνου δέομαι.* sed immutavit constructionem: quæ origo est anacoluthorum, participiorum pendentium, quæ vocant, sive absolutorum." — *προκόψασα* exponit Scholiastes per *προκατασκευάσασα.* Vox hoc sensu cum accusativo adhibetur Thucyd. VII. 56. *Καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος προκόψαντες.* Vid. inf. 1292. Hecub. 961. (947.) Alcest. 1079. (1098.) Metaphora sumpta videtur ab iis, qui ligna et alia impedimenta in itinere concidunt. Hinc etiam, *προκόπτειν* erat *progredi*; ut in notis illis locutionibus *προκόπτειν ἐν ἡλικίᾳ. προκόπτειν ἐν σοφίᾳ.* Deinde *δεῖ με πόνου* constructio apud Euripidem satis frequens (vid. infra 490. 686.) pro qua communes Græci dicebant *δεῖ μοι πόνου.* De his formulis consulendus Porsonus ad Orest. 667. (659.)

25. Recte interpretatur Valckenaerius, "*Ut Eleusinia viseret veneranda mysteria, hisque adeo visis perficeretur*— *οἱ μεμυημένοι* namque non nisi post quinquennium in sacrarium interius admittebantur ad arcana spectanda; tum demum fiebant *ἐπόπται* et *τέλειοι.*" Hanc rem respexerunt Sophocles apud Plutarchum Tom. II. p. 21. E. *ὡς τρὶς ὄλβιοι* Κεῖνοι *βροτῶν, οἱ ταῦτα δερχθέντες τέλη,* Μόλωσ' *ἐς* Ἅιδου. Plato in Phædro p. 250. B. *εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν μακαριωτάτην.* Andocides p. 5, 18. *μεμύησθε καὶ ἑωράκατε τοῖν θεοῖν τὰ ἱερά* (malim *ταῖν*). Ovid. Heroid. IV. 67. *Tempore, quo vobis inita est Cerealis Eleusin, Gnosia me vellem detinuisset humus. Tunc mihi præcipue* (*nec non tamen ante*) *placebas: Acer in extremis ossibus hæsit amor.*

27. MSS. et Editiones habent *κατέσχετο.* Sed passivam vocem sensus postulat, et dubitare videtur Porsonus ad Orest. 1337. (1330.) an unquam *κατάσχω* pro *κατέχω* usurparint Attici. Edidi igitur levi mutatione *κατείχετο.* Conferas Elmsl. Heraclid. 634. Bacch. 1124. Ἐκ *Βακχίου κατείχετ'.*

30. 31. Interpretatur Valckenaerius post alios, *ad ipsam rupem Palladis, quæ hanc terram despectat*: conferens Virgilii locum Æn. I. 420. *Jamque adscendebant collem, qui plurimus urbi Imminet, adversasque adspectat desuper arces.* Vocem *κατόψιος* habet Apollon. Rhod. B. 545. Alia forma *κάτοπτος* extat in Æschyli Agam. 306. *Σαρωνικοῦ Πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω Φλέγουσαν.* ubi Scholiastes exponit per *κατόψιον.* Deinde *ἐγκαθίσατο* Aldus, quod cum aperte mendosum esset, primus correxit Dawesius Misc. Crit. p. 60. *ἐγκαθείσατο*, quod exhibent A. C. E. P. Flor. et Lasc. Vidit autem Valckenaerius post hoc verbum requiri dativum. Legendum igitur censuit *ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο,*

[ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρῦσθαι θεάν.]
ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα,
μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα,
ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγήν,
ἐνταῦθα δὴ στένουσα, κἀκπεπληγμένη

Ἐρῶσ', Ἔρωτ' ἔκδημον. ut scilicet intelligatur Phædra simulacrum *Amoris Absentis* in templo Veneris dedicasse. Sententiam vero suam nemini, ut opinor, adprobare poterit Vir doctissimus. De templo Veneris a Phædra in Hippolyti honorem extructo hic locutum esse Euripidem, ex aliis veterum locis satis constat. Diodorus Siculus IV. 62. p. 306, 24. hunc Tragici locum optime illustrat: *μικρὸν δ' ὕστερον Ἱππολύτου ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, ὅθεν ἦν καθορᾶν τὴν Τροιζῆνα.* Similia habet Scholiastes Homeri Odyss. Λ. 320. qui historiam ex Asclepiade tradit: *Φαίδρα—τὸ μὲν πρῶτον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἐν Ἀθήναις ἱδρύσατο, τὸ νῦν Ἱππολύτειον καλούμενον.* Addas Nostri Scholiast. qui et *ἐγκαθίσατο* per *ἔκτισεν* exponit. Cum igitur sententia loci manifesta sit, dativus autem post *ἐγκαθείσατο* commode abesse nequeat, non dubitavi Musgravii conjecturam *καθείσατο* cum Brunckio in textum reponere: idque fidentius, propterea quod vocis *ἐγκαθείσατο* mentionem apud Grammaticos non invenio; Hesychius autem habet *ἐκαθ:σατο. ἱδρύσατο*, et mox *καθίσατο. ἱδρύσατο.* utrobique reponendum videtur *καθείσατο*. Errorem credo profectum esse a librariis scribentibus *ἐκαθείσατο*. Verbum scilicet ab *εἵσατο* compositum tale augmentum non admittit.

32. 33. Admodum probabilis est conjectura doctissimi Blomfieldii (*Quarterly Review*, Vol. VIII. p. 219.) interpolatos esse duos versus 32. 33. Scilicet sententia v. 34. Ἐπεὶ ΔΕ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα respondet præcedentibus (v. 29.) Καὶ πρὶν ΜΕΝ ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν—his vero insertis versiculis ea antapodosis intercepta est ac sublata. Aliis etiam de hoc loco eadem est exorta suspicio.——Post hæc scripta, alia et majora νοθείας indicia in his versiculis observavi. Non opinor Euripidem dicturum fuisse ἔρωτ' ἔκδημον, et adjectivum illud ex v. 37. sumptum esse videtur. Deinde τὸ λοιπὸν futurum requirit, et verbum ὠνόμαζεν infinitivum non recte adsciscit. Denique, ut alia omittam, menti Poetæ et fabulæ œconomiæ plane repugnat, Phædram, quæ amorem celabat, Hippolyti nomine templum appellasse.

34. Lascaris cum MSS. nonnullis habet λίποι. Aldus λίπε. Flor. λοιπόν. Sed recte λείπει Codices A. B. D. C. quod ex emendatione dedit Piersonus Verisim. p. 60. et primus recepit Musgravius.

35. Pallas filius erat Pandionis, frater Ægei. Is filiique ejus seditionem Athenis moventes, et regnum affectantes, a Theseo interfecti sunt. Historiæ meminerunt Plutarchus in Thes. Tom. I. p. 5. E. Philochorus apud Euripidis Scholiastam.—Vide Sophocl. Æg. Fragm. 19. Dind.

37. *αἰνέσας· εὐαρεστήσας, συγκαταθέμενος* Schol. Sic infra v. 1315. Ἔδωχ' ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσε. Alcest. 2. Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι. Αἰνεῖν eodem sensu adhibuit Homerus Iliad. Θ. 9. ubi *αἰνεῖτε*. Schol. *συγκατατίθεσθε*. Conferas notata ad locum Alcestidis. Observent tirones hanc vocem futuram apud Homerum *αἰνήσω*, apud Tragicos *αἰνέσω* semper adhibere. Tzetzes ad Lycophr. v. 1039. *Νόμος ἦν τὸν ἐργασάμενον φόνον φεύγειν ὅλον ἐνιαυτὸν μὴ ψαύοντα τῆς πατρίδος.* Hesychius, *ἀπενιαυτισμός. ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δράσασι.* De hac lege videndus Petitus Leg. Att. VII. Tit. I. 9. p. 613.—De historia vide Pausan. I. 22.

38. *κἀμπεπληγμένη* C. Fl. Aliam lectionem *καὶ πεπληγμένη* exhibet X. II. 354. 748. quam prætulit Valckenaerius. Sed aptius sententiæ est compositum; ut in Med. 8. Ἔρωτι θυμὸν

κέντροις ἔρωτος, ἡ τάλαιν' ἀπόλλυται
σιγῇ· ξύνοιδε δ' οὔτις οἰκετῶν νόσον.
ἀλλ' οὔτι ταύτῃ τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν·
δείξω δὲ Θησεῖ πρᾶγμα, κἀκφανήσεται.
καὶ τὸν μὲν ἡμῖν πολέμιον πεφυκότα
κτενεῖ πατὴρ ἀραῖσιν, ἃς ὁ πόντιος
ἄναξ Ποσειδῶν ὤπασεν Θησεῖ γέρας,
μηδὲν μάταιον εἰς τρὶς εὔξασθαι θεῷ.
ἡ δ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
Φαίδρα· τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακὸν,
τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ
δίκην τοσαύτην, ὥστε μοι καλῶς ἔχειν.
ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τόνδε παῖδα Θησέως
στείχοντα, θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα,
Ἱππόλυτον, ἔξω τῶνδε βήσομαι τόπων.
πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους

ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. Fragm. Eur. Antiop. (187.) καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων Λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους. Sed vide notam infra ad v. 1298.

40. Flor. οὐδεὶς, et in v. seq. δεῖ pro χρή.

42. κἀναφανήσεται Fl.

43. Brunckius dedit ex A. B. D. πολέμιον νεανίαν. Sed πεφυκότα habent ceteri Codices, Lasc. Ald. Valckenaerio videtur hæc fuisse lectio prioris, illa secundæ editionis. Crediderim equidem Euripidem prælaturum fuisse πεφυκότα, ut diceretur Hippolytus natura esse Veneri inimicus.

47. X. II. 750.

48. 49. καλὸν pro κακὸν habent E. P. Schol. Aristoph. Ran. 317. probantibus Marklando et Heathio; et sic edidit Brunckius. Utrumque καλόν. κακὸν Lascaris. Sed Aldi et ceterorum Codicum lectionem κακὸν post προτιμήσω satis defendunt Æsch. Eum. 640. Πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον. 739. γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον. Alcest. 761. (777.) τῶν ἐν Ἀδμήτου κακῶν Οὐδὲν προτιμῶν. —Valckenaerius, etsi hæc loca indicat et προτιμᾶν recte exponit per φροντίζειν, λόγον ἔχειν, distinctionem perverse posuit post προτιμήσω. Deinde Aldus et Codices nonnulli τοῦ μὴ οὐ, scilicet constructione male intellecta. τὸ μὴ cum infinitivo frequens est post verba prohibendi vel negandi: sin præcedat negandi particula, addunt οὐ post τὸ μή. Utriusque constructionis exempla suppeditabit Prometheus Æsch. v. 235. ἐξερυσάμην βροτοὺς Τὸ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν. (Sic enim editio Robort. et duo Codd. pro vulgato τοῦ μή.) 865. Μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει τὸ μὴ Κτεῖναι ξύνευνον. 786. Οὐκ ἐναντιώσομαι Τὸ μὴ οὐ γεγωνεῖν πᾶν ὅσον προσχρῄζετε. 918. Οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταῦτ' ἐπαρκέσει τὸ μὴ οὐ Πεσεῖν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνάσχετα.

53. Ita A. B. C. Fl. Lasc. ἔξω τῶνδε βήσομαι δόμων Aldus, errore satis manifesto; scena enim fabulæ extra domum fuit. Vid. infra 108. 171. 179. &c. Pari errore v. 1391. δόμοισι exhibent plerique Codices: sed et ibi recte τόποισι A.

54. ὀπισθόπους. male Hesychius ὑποστρέψας. Vocem hic et infra 1174. interpreteris *pone sequens*. Habet Suidas, e tragœdia aliqua, ut opinor, ὀπισθόπους δίκη. Alia forma ὀπίσθοπος extat in Æsch. Choeph. 713.

κῶμος λέλακεν, Ἄρτεμιν τιμῶν θεὰν
ὕμνοισιν· οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεῳγμένας πύλας
Αΐδου, φάος τε λοίσθιον βλέπων τόδε.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

ἕπεσθ' ἀείδοντες, ἕπεσθε,
τὰν Διὸς οὐρανίαν
Ἄρτεμιν, Ἄρτεμιν, ᾇ μελόμεσθα.

ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ.

πότνια, πότνια, σεμνοτάτα,
Ζανὸς γένεθλον,
χαῖρε, χαῖρέ μοι, ὦ κόρα
Λατοῦς καὶ Διὸς Ἄρτεμις,
καλλίστα πολὺ παρθένων,
ἃ μέγαν κατ' οὐρανὸν
ναίεις εὐπατέρειαν αὐλὰν

55. Brunckius e Codd. A.·Fl. edidit *θεάν*. Ceteri cum Lascari et Aldo *θεὸν*, quod prætulit Valckenaerius. Et profecto *ἡ θεὸς* de *Diva* sæpenumero apud Tragicos legitur, sed nunquam, ut opinor, cum ipso Divæ nomine hoc modo conjunctum. In hac fabula *θεὰ Κύπρις* occurrit v. 2. et 1415. *Ἄρτεμις θεὰ* v. 1391.

57. *φάος τε* A. E. P. Lasc. Fl. ceteri cum Aldo habent *φάος δέ*.

58. *ἀείδοντες* Ald. quod ob numeros prætuli. *ᾄδοντες* A. Fl. Lasc. et sic Musgr. Valck. Brunck.

60. Deest alterum *Ἄρτεμιν* in A. et Lasc.

61. *Θεραπόντων* personam huic versui præfigit A. Perperam vulgo hoc canticum Choro tribuitur; quem errorem notant quoque veteres Scholiastæ. Hæc in suos usus convertit X. Π. 100. 130. 559. 645. Comparari jubet Valckenaerius canticum in Aristoph. Thesm. 114.

63. 64. Aldus, quem secuti sunt Editores, hæc in tres versus ita disposuit; *Χαῖρέ μοι, ὦ κόρα,—Χαῖρέ μοι Λατοῦς—Ἄρτεμι καὶ Διός*. Alterum *χαῖρέ μοι* omittunt Lasc. et MSS. quidam. Primus equidem hæc verba ut in optimo Codicum A. leguntur edidi; unde evadunt duo versus Glyconei, qualis est proxime sequens 65. Vide infra ad v. 735.——Vulgo *Ἄρτεμι* hic et v. 71. formam vocativi in *-ις* ob metrum prætuli.

66. 67. *μέγα* A. *Ἀ—ναίεις* Lasc. cum Codd. quibusdam. At *μ. κ. οὐ. ναίετ'* D. E. Ald. et sic pleræque editiones: omnes *εὐπατέρειαν αὐλάν*. Objicit Valckenaerius minus recte dici *αὐλά, εὐπατέρεια*. Est profecto Dianæ epitheton in Apollon. Rh. I. 569. *Τοῖσι δὲ φορμίζων εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ Οἰάγροιο πάϊς νηοσσόον εὐπατέρειαν Ἄρτεμιν.* Legendum igitur putavit *εὐπατέρειά γ'*, particula male adhibita. Brunckius dedit *ναίουσ' εὐπατέρειαι*.——Ego denique scripsi *εὐπατέρει' ἀν' αὐλὰν*, e conjectura doctissimi Gaisfordii. Sed perperam omnes. Recte se habet *εὐπατέρειαν αὐλὰν*, poëtice dictum pro *εὐδαίμονα πατρὸς αὐλάν*. Confert Elmsleius (Mus. Crit. II. p. 303.) cum Eur. Iph. T. *ἔσωσας*

Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον.
χαῖρέ μοι, ὦ καλλίστα,
καλλίστα τῶν κατ' Ὄλυμπον
παρθένων Ἄρτεμις.

ΙΠ. σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ,
οὔτ' ἦλθέ πω σίδηρος, ἀλλ' ἀκήρατον
μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται,

ἐκ πατροκτόνου χερὸς, scil. *χερὸς πατρὸς παῖδα κτενοῦντος*. Adducit Matthiæ inter alia Med. 1010. *δόξης δ' ἐσφάλην εὐαγγέλου*, ubi *δόξα εὐάγγελος* est *δόξα ἀγαθῆς ἀγγελίας*. Æsch. Ag. 262. *Εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν*.—Homeri *Διὸς αὐλὴ* sumpsit quoque Æschylus Prometh. 122. Noster Heracl. 916. *χρυσέαν κατ' αὐλάν*. Eustathius ad Iliad. Δ. p. 436, 34=331, 50. conjuncta legit *Ζηνὸς πολύχρυσον οἶκον*, notans hæc sumpsisse Euripidem ab Homerico *Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ* Il. Δ. 2.

69. Hippolyti personam præfigunt Ald. et MSS. quidam.

72. In scenam prodiit Hippolytus, manu ferens coronam Dianæ simulacro, quod ante fores stabat, imponendam; unde titulus Tragœdia, *Ἱππόλυτος Στεφανηφόρος*, a Grammaticis inditus est. Hos vero Euripidis versus in sensu figurato plerumque capiebant veteres; credentes scilicet Hippolytum de hymno, quem in honorem Deæ nectebat, sub coronæ nomine loqui. Videas variorum de hac allegoria commenta in Scholiis. Figurate hæc transtulerunt Clemens Alex. Pædag. p. 313. Strom. I. p. 322, 16. Themistius Or. XV. p. 185. A. X. II. 2588. Et sane dicebantur Poetæ *πλέκειν στέφανον* perinde ac *πλέκειν ὕμνον*, Pind. Ol. VI. 147. Affert Valckenaerius Aristoph. Ran. 1299. *ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων*. Lucret. I. 725. *Avia Pieridum peragro loca:—juvatque novos decerpere flores, Insignemque meo capiti petere inde coronam, Unde prius nulli velarint tempora Musæ*. Hor. Carm. I. 26. *apricos necte flores, Necte meo Lamiæ coronam, Pimplei dulcis.* Sed ut verum fatear, exempla ista ab his Euripideis aliena esse videntur; non enim de carminis laude, sed pudicitiæ, loquitur Hippolytus. Hanc orationem integram Latinis numeris pulcherrime convertit Muretus Var. Lect. VIII. I.

74. Hunc versum dedit Plutarchus Contra Epicur. Tom. II. p. 1094. A. *'Αξιοῦν* hic positum pro *audere* ut infra 1047. *Εἴπερ γυναικὸς ἠξίους ἐμῆς θιγεῖν*. Heracl. 946. *ἐμὸν Παῖδ' ἠξίωσας, ὦ πανοῦργ', ἐφυβρίσαι*. Æsch. Pers. 335. et alibi. *φέρβεις βροτὰ* Fl. mendose.

75. *οὐδ' ἦλθε* editiones omnes et Plutarchus loco citato; sed *οὔτ' ἦλθε* ob præcedens *οὔτε* legatur necesse est. "Religio erat Veteribus prata Diis consecrata falce tondere.—Inde Hesychius *ἀδρέπανον. ἄδρεπτον, θεοῖς ἀνακείμενον. Σοφοκλῆς.* An et huc pertinet *ἄτομος λειμὼν* Trach. 200?" *Musgr.* Affert autem Valckenaerius duos versus ex Meleagro Sciræ Comici Tarentini apud Athenæum IX. p. 402. C. *Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ νέμειν βοτὰ, Οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος καπρώζεται.* Quos idcirco laudavit Athenæus, ut ostenderet, *ὅτι οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαγρον.* Cum igitur prior horum versuum sit Euripidei Hippolyti, suspicatur Vir ingeniosus posteriorem etiam e nostro sumptum esse, vocemque *σύαγρος* in aliis Codicibus pro *σίδηρος* aliquando obtinuisse. Sciræ versus ab Athenæo mutuatus est Eustathius ad Odyss. T. p. 1872, 5 = 705, 48. Inde notanda est varia lectio *νέμειν* pro *φέρβειν*. *σίδαρος* Fl.

76. Pro *λειμῶν'* Flor. habet *χῶρον*. Deinde *ἐαρινὸν* plerique MSS. Sed altera forma *ἠρινὸν*, quam exhibent Lascaris et Aldus, Atticis usitata est. Valckenaerii conjecturam *ἐαρινὴ*, cui favet Scholiastes, in textum admisit Brunckius; sed debebat saltem *ἠρινή*. Jortinus autem (*Ecclesiastical History*, Vol. II. p. 131.) legendum censuit *ἠρινὸς*, et

αἰδὼς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις.
ὅστις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάντ' ἀεὶ,
τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις.

hanc profecto opinionem amplexus est Porsonus. Sed vulgatam lectionem, quam edidi, aliquatenus defendit noster Suppl. 448. λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν.—Ceterum Matthiæus præferendum putat ἠρινὸς, quum in vulgato λειμῶν' duo habeat epitheta, μέλισσα autem nullum. Imo id ipsum ἠρινὸν confirmat; amabant enim Tragici duplicare epitheta.

77. *αἰδώς.* Hæc vox, quæ in omnibus Codicibus legitur, Viris doctis, præter Brunckium, displicuit. Is. Vossius in Catullum p. 116. primus proposuit *αἰὼς*, credens sane hanc esse Æolicam formam pro *ἕως*: eum insigniter errasse nemo non videt; ab isto tamen errore derivata est Valckenaerianæ editionis lectio, *ἕως*. Sed audiamus Porsonum in Appendice ad Toupium, Vol. IV. p. 450. "In Hippolyto *ἕως* edidit Valckenaerius, Toupio obsecutus; *αἰδὼς* retinet et defendit Brunckius. Neutrum equidem intelligo, neque intellexisse videtur Musgravius, qui conjicit *Ναΐς*." Post hæc autem scripta Vir summus, ut ab amico docto accepi, *αἰδὼς* genuinam esse lectionem se credere profitebatur, et Euripidem hanc locutionem e scholis Philosophorum sumpsisse existimabat. Dixit autem Eubulus Athenæi XIII. p. 568. E. *οἵας Ἠρίδανος ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας.* unde suspicatur Blomfieldius sub voce *αἰδὼς* latere fluminis alicujus nomen, fortasse *Ἀΐδων*. Mihi quidem retinendum videtur *αἰδὼς*, recte autem intellexisse puto Musgravium, qui in margine exemplaris suæ Editionis hæc scripsit. "Sensus videtur esse: Verecundiam idem Virtuti præstare, quod solet humor fluviatilis, ad hortos irrigandos adhibitus, herbis et seminibus teneris." Aliis fortasse magis arridebit prior Musgravii sententia interpretantis *αἰδὼς*, *Religio cultorum*.

78. 79. 80. Vulgo *ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, κ. τ. λ.* in qua scriptura consentiunt MSS. et Editiones veteres. Hæc autem cum sequentibus nullo modo cohærere possunt: emendabat igitur Valckenaerius *ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλά γ' ἡ φύσις Τὸ σωφ. εἰ. εἰς τ. π. ἀ.* importuna particula γ' ad explendum versum advocata; et hoc in textum recepit Brunckius. Alii alia conjecere: locum autem felicissime sanavit Porsonus, unius literæ mutatione: *Ὅστις διδακτὸν μηδὲν,—Τούτοις δρέπεσθαι, κ. τ. λ.* ut *ὅστις* ad plurale *τούτοις* referatur; et similis constructionis exempla apud veteres complura in nota MSta indicavit. "*Confer Sophocl. Antig.* 707, 709. *Eur. Androm.* 180. *Aristoph. Ran.* 714. *Eur. Hec.* 359, 360. *Poet. apud Plutarch.* II. p. 33. E. *Eur. Electr.* 934. 935. *Aristoph. Eccles.* 687. 688. (*Eustath.* Il. Γ. p. 415, 9. = 314, 46.) *Sophocl. Aj.* 760. *Electr.* 1505-6. *Hel.* 942. *ubi παιδὶ vulgo, sed omnes Stobæi editiones* LXXXVII. p. 500. (89. p. 36. *ed. Grot.*) *παισί. Med.* 219. (221.) *Dict. Fragm.* 346. *Tibull.* I. 6. 39." R. P. Horum locorum quædam in gratiam lectoris exscribam. Soph. Ant. *Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.* Electr. *Χρῆν δ' εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην Ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει, Κτείνειν.* Eur. Med. *Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστιν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, Ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, Στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος.* Horum nonnulla habet Eustathius l. c. conferens Homer. Iliad. Γ. 279. *Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.* Locum ex Eustathio integrum apposuit Gaisfordius ad Andr. 180. Hunc Græcismum usurpavit Tibullus I. 6. 39. *Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos, Effluit effuso cui toga laxa sinu.* Ceterum de sententia loci Valckenaerius,—"Respicit in his nostris Euripides quæstionem, isthac ætate jam agitatam in scholis Sophistarum, *περὶ ἀρετῆς, εἰ διδακτόν·* quam tractarunt in Menone Plato, Æschines Socr. Dial. I. Auctor *διαλεξέων* Doricarum de Virtut. et Vitiis Diss. V. Plutarchus scripto libello docuit *ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή.* Egregie Quinctilian. Instit. Orat. XII. c. 2. init. *Virtus, etiamsi quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est.* paucis dixerit idem, Pindarum secutus, Horatius Carm. IV. 4. 33. *Doctrina sed vim promovet insitam.*" Addo, monente Viro docto, locum Xenophontis de Venatione XIII. 4. *Ἐγὼ δὲ ἰδιώτης μέν εἰμι, οἶδα δὲ ὅτι κράτιστον μέν ἐστι παρὰ αὐτῆς τῆς φύσεως τὸ ἀγαθὸν διδάσκεσθαι.*

Conferendus est locus Baccharum

ἀλλ', ὦ φίλη δέσποινα, χρυσέας κόμης
ἀνάδημα δέξαι χειρὸς εὐσεβοῦς ἄπο.
μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ' ἐμοὶ βροτῶν γέρας·
σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις ἀμείβομαι,
κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν τὸ σόν.
τέλος δὲ κάμψαιμ', ὥσπερ ἠρξάμην, βίου.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ἄναξ, (θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεὼν,)
ἆρ' ἄν 'τί μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ;
ΙΠ. *καὶ κάρτα γ'· ἦ γὰρ οὐ σοφοὶ φαινοίμεθ' ἄν.*
ΘΕ. *οἶσθ' οὖν βροτοῖσιν ὃς καθέστηκεν νόμος;*
ΙΠ. *οὐκ οἶδα· τοῦ δὲ καί μ' ἀνιστορεῖς πέρι;*

314. *Οὐχ ὁ Διόνυσος ὡς φρονεῖν ἀναγκάσει Γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ' εἰ τῇ φύσει Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί, Τοῦτο σκοπεῖν χρή.* Hos versus dedi quomodo corrigebat Porsonus; vulgo enim legebatur *Οὐχ ὁ Δ. μὴ σωφρονεῖν*, et *ἐν τῇ φύσει.* MSS. omittunt *μή*.

79. Sic Aldus. Olim dedi e codicibus quibusdam *εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς.* Vulgata defenditur loco Baccharum. Valckenaer. suspicatur hanc fuisse secundæ, alteram vero primæ editionis lectionem.

80. Pro varia lectione *ἔπεσθαι* in margine habet B.

81. *χρυσέᾳ κόμῃ* maluit Valckenaerius: immerito. Noster Elect. 882. *Δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀναδήματα.* ubi pro *ἀναδήματα*, quod metrum corrumpit, *ἀγάλματα* reponi voluit Burneius (*Monthly Review, Jan.* 1799. p. 97.) quam Viri docti conjecturam suffuratus est Fiorillus in Annotationibus in Herodem Atticum p. 128. *ἀνδήματα* legit Blomfieldius ad Æsch. Theb. 740.

83. Vulgo *γέρας βροτῶν*. sed alterum ordinem exhibent Fl. et X. II. 2585. quem, ut concinniorem, cum Brunckio prætuli.

84. Sic Lasc. Ald. et MSS. *καὶ λόγοις σ' ἀμείβομαι* edidit Brunckius monente Valckenaerio; sed rectius abest *σ'*. Confer Hec. 1196. *Πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι.* Citat. Valck. Xenoph. de Venatione i. 11. *Ἱππόλυτος δὲ ὑπὸ μὲν τῆς Ἀρτέμιδος ἐτιμᾶτο καὶ ἐν λόγοις ἦν, σωφροσύνῃ δὲ καὶ ὁσιότητι μακαρισθεὶς ἐτελεύτησε.*

85. *αὐδῆς* Ald. cum Codicibus quibusdam. Alii et Lasc. *αὐδὴν*, quod nuperi editores, monente Musgravio, receperunt.

86. *ηὐξάμην* Flor. et X. II. 2593. Alibi occurrunt *κάμπτειν βίον*, et *κάμπτειν τέλος βίου*, metaphora sumpta ab agitatione curruum circa metam. Soph. Œd. C. 91. *Ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον.* Noster Hel. 1666. *Ὅταν δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον.* Electr. 955. *πρὶν ἂν πέλας Γραμμῆς ἵκηται, καὶ τέλος κάμψῃ βίου.*

87. Recte interpretatur Musgravius, *Rex, nam Dominus quidem nemo præter Deos vocandus est.* Affert Valckenaerius ad illustranda senis ministri verba Xenophont. Cyrop. III. p. 178, 37. *οὐδένα ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε.* Sensus loci mire fefellit Eustathium, qui hunc versum laudat ad Iliad. A. p. 21, 18 = 16, 34. et ad Iliad. Γ. p. 423, 15 = 321, 15.

89. *φανοίμεθ' ἂν* Barnesii editio, vitio typographico.

91. Sensus est, *Ignoro, sed dic præterea de quo me interrogas.* Porsonus ad Phœniss. 1354. (1373.) alia loca Tragicorum protulit, in quibus copula *καὶ* interrogativis *τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ,*

ΘΕ. μισεῖν τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον.
ΙΠ. ὀρθῶς γε· τίς δ' οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν;
ΘΕ. ἐν δ' εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις;
ΙΠ. πλείστη γε, καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ βραχεῖ.
ΘΕ. ἦ κἀν θεοῖσι ταὐτὸν ἐλπίζεις τόδε;
ΙΠ. εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα.
ΘΕ. πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;
ΙΠ. τίν'; εὐλαβοῦ δὲ, μή τι σὸν σφαλῇ στόμα.
ΘΕ. τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις.
ΙΠ. πρόσωθεν αὐτὴν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζομαι.
ΘΕ. σεμνή γε μέντοι, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς.

ποῖος postponitur; ut infra 1166. *Πῶς καὶ διώλετ' εἰπέ.* Male igitur Valckenaerius sustulit distinctionem post *οἶδα·* pessime Brunckius edidit *Οὐκ οἶδα τοῦ μ' ἀνιστορεῖς νόμου πέρι* pedibus tertio et quarto in eadem voce conclusis: versus enim tam immodulatus Atheniensi tragico non erat obtrudendus.

92. Exponit Suidas diversos sensus vocis *σεμνὸς* hic et infr. 98. *Σεμνόν· ἐπὶ τοῦ ἀξιωματικοῦ λέγουσι· ἔσθ' ὅτε δὲ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασι· Εὐριπίδης Μηδείᾳ.* 215. (217.) *οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν Σεμνοὺς γεγῶτας. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ·* 92. *καὶ ἔνδοξον· Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ· Πῶς οὖν σὺ σεμνὸν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;*

94. Vocem *εὐπροσήγορος* exponit Valcken. per Latinam *affabilis*, citans Cic. Offic. II. 14. *Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis.* Legitur Alcest. 775. (791.) *εὐπροσηγόρῳ φρενί.* Suppl. 869. *εὐπροσήγορον στόμα.*

95. *πλείστη τε* ediderunt Valck. et Brunck. e Flor. male; postulatur enim altera particula: neque repetita *γε* cuiquam displicere debet, cum propriam vim utrobique servat. Vertas, *Imo maxima, quin et lucrum cum labore exiguo.* Equidem olim conjiciebam *καὶ κέρδος τι*: mox conjecturam istam inutilem judicavi; quod nunc moneo, cum eandem lectionem aliis quoque placuisse intelligam.

96. *ἐλπίζεις.* Scholiast. *ὑπονοεῖς.*

97. Eurip. Fragm. Incert. 127. (1031.) *Πῶς οὖν τάδ' εἰσορῶντες, ἢ θεῶν γένος Εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;*

98. *σεμνὴν σὺ* Lasc. *σεμνὸν* Flor. et Suidas in voce. Photius vero, a quo verba supra citata sumpsit Suidas, recte habet *σεμνήν.*

99, *μή τι σου* Lasc. *σφάλλῃ* Flor. Omnino assentior Musgravio, suspicanti Furias innui, quæ *κατ' ἐξοχὴν* dictæ sunt *σεμναὶ θεαί.* Photius Lex. *Σεμναὶ θεαί. κατ' εὐφημισμὸν, αἱ Ἐριννύες· ὥσπερ αἱ αὐταὶ καὶ Εὐμενίδες ἐκαλοῦντο.* similia habent Hesychius et alii Grammatici. Huc igitur respicit Hippolyti monitio; nam Furias nominare nefas habebatur. Vid. Orest. 37. et 408. ΟΡ. *Ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας·* ΜΕ. *Οἶδ' ἃς ἔλεξας, ὀνομάσαι δ' οὐ βούλομαι.* ΟΡ. *Σεμναὶ γάρ· εὐπαίδευτα δ' ἀποτρέπει λέγειν.*

100. *πύλῃσι* Lasc. Verum in his terminationibus parum sibi constant libri, ut ad eorum auctoritatem in talibus vix provocemus. Res quidem ad liquidum perduci non potest; vulgares autem formas in Euripide retinere malui.

101. Porsonus ad Med. 139. v. "Plutarch. T. II. p. 777, 8. *ὡς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ἱππόλυτος ἄπωθεν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζεται.* Versus est Euripidis Hippolyti 101. unde saltem variam lectionem lucramur, *ἄπωθεν* pro *πρόσωθεν.* At hoc, inquies, leve est. Leve sane est, sed hoc ipsum oculos effugit Valckenaerii, *nostrum melioris utroque.* Nihil contemnendum est, neque in bello, neque in re critica." Contra *πρόσωθεν*, ut videtur, Themist. XVI. p. 211. B. Plato de Rep. VI. p. 499. A. quod ipse Porsonus in nota MSta monuit.

ΙΠ. ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει.
ΘΕ. εὐδαιμονοίης, νοῦν ἔχων ὅσον σε δεῖ.
ΙΠ. οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν.
ΘΕ. τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.
ΙΠ. χωρεῖτ', ὀπαδοὶ, καὶ παρελθόντες δόμους
σίτων μέλεσθε· τερπνὸν ἐκ κυναγίας
τράπεζα πλήρης· καὶ καταψήχειν χρεὼν
ἵππους, ὅπως ἂν ἅρμασι ζεύξας ὕπο,
βορᾶς κορεσθεὶς, γυμνάσω τὰ πρόσφορα.
τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.
ΘΕ. ἡμεῖς δὲ, τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον,
φρονοῦντες οὕτως ὡς πρέπει δούλοις λέγειν,

103. *μέλοι* Eustathius, qui hunc versum citat ad Iliad. B. p. 245, 15=185, 43. monens eum expressum esse ab Homerico *Ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν αἰειγενετάων*, Il. B. 400.

104. *ὅσον γ' ἔδει* Flor. *οἷόν σε δεῖ* Wakefieldius in margine editionis Musgravianæ.

105. *θαυμάζειν* est *colere* vel *honorare*. ut in Fragmento Euripidis Æoli apud Stobæum xci. p. 507, 31. et Athenæum iv. p. 159. D. (Fr. 21.) *Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν, Ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.* et in aliis locis apud Valckenaerium. Imitati sunt Latini: Virgil. Georg. iv. 215. *illum admirantur, et omnes Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes.* Horat. Carm. iv. xiv. 42. *te profugus Scythes Miratur, O tutela præsens Italiæ, dominæque Romæ.*

106. *τιμαῖσιν* intelligit Valckenaerius de partibus, quas administrandas singuli Divi sortiti erant: et sententiam suam subtili eruditione, ut solet, defendit. Sed fallitur, ut opinor, Vir doctissimus. *Τιμαὶ δαιμόνων* sunt *honores Divis debiti*, ut in Herc. F. 852. *θεῶν ἀνέστησεν μόνος Τιμὰς, πιτνούσας ἀνοσίων ἀνδρῶν ὕπο.*

108. *ἕλεσθε* Fl. *τερπνῶν* Lasc.

109. *καταψήχειν* Gloss. *ψηκτρίζειν.* Est quidem *strigilibus abstergere*, ut exposuit Piersonus Verisim. p. 133. conferens hujus fabulæ v. 1169. *Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας.*

111. Xenoph. Anabas. i. ii. 7. *ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους.*

112. Eadem phrasis infra 1062. Hesychius *πολλὰ χαίρειν φράσας* exponit per *ἀποταξάμενος*, Suidas per *ἀποταξάμενος, ἀπογνούς.* Æsch. Ag. 572. *Καὶ πολλὰ χαίρειν ξυμφοραῖς καταξιῶ.* Arist. Acharn. 200. *Χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας.* Loca, quæ sequuntur, notavit eruditissimus Blomfieldius: "Nossis Epigr. x. p. 90. Wolf. *χαίροις πολλά, μάκαιρα γύναι.* Diphilus Athenæi iv. p. 157. A. *οὗτος ἱερὸς ἀνθίας, Ὃς πολλὰ χαίρειν ταῖς κίχλαις ἤδη λέγει.* ubi legendum *τὰς κίχλας.* Rufinus in Anthol. vii. 136. *Ῥουφῖνος τῇ 'μῇ γλυκερωτάτῃ Ἐλπίδι πολλὰ Χαίρειν.* Incertus ibid. 173. *ἐῤῥῶσθαι μυρία σ' εὐχόμενος.*"

114. In hoc versu nuperi editores fere omnes hæserunt. Emendabat Musgravius *Φρονοῦντας οὐ τὼς, ὡς πρέπει δ. λ.* contra sensum loci, et Tragicorum consuetudinem: vox enim *τὼς* senariis ignota est. Valckenaerio placuit conjectura amici Musgravii, *Φρονοῦντας οὕτως, ὡς π. δ. λ.* Si quid mutandum, mallem cum Reiskio legere *Φρονοῦντες οὕτως ὡς πρέπει δούλοις φρονεῖν*, quod Euripideo loquendi modo consentaneum esset. Fragm. Alexandri apud Stobæum lx. p. 385, 50. (Fr. 49.) *Δούλου φρονοῦντος μᾶλλον ἢ φρονεῖν χρεών.* Bacch. 1123. *οὐ φρονοῦσ' ἃ χρὴ φρονεῖν.* Nec tamen ea conjectura adeo certa est, ut in textum eam recipere ausim, et vulgatam lectionem, in qua consentiunt MSS. et Edd. veteres, fortasse defendet versus Orest. 252. *Καὶ μὴ μόνον λέγ', ἀλλὰ καὶ φρόνει τάδε.*

προσευξόμεσθα τοῖσι σοῖς ἀγάλμασι,
δέσποινα Κύπρι· χρὴ δὲ συγγνώμην ἔχειν,
εἴ τίς σ', ὑφ' ἥβης σπλάγχνον ἔντονον φέρων,
μάταια βάζει· μὴ δόκει τούτων κλύειν·
σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.

ΧΟΡΟΣ.

ὠκεανοῦ τις ὕδωρ στά- στρ. α'.
ζουσα πέτρα λέγεται βαπ-
τὰν κάλπισι ῥυτὰν
παγὰν προϊεῖσα κρημνῶν·
ὅθι μοι τὶς ἦν φίλα
φάρεα πορφύρεα

115. Ita cum Valckenaerio et Brunekio e duobus MSS. edidi. Ceteri cum Lasc. Ald. *προσευχόμεσθα*.

116. *δεῖ σε συγγνώμην ἔχειν* X. Π. 1042. qui quatuor versus 115-8. adhibet. Mavult Valckenaerius *σ'* post *συγγνώμην* inserere, frustra. Locutio *συγγνώμην ἔχειν* duplicem habet significationem, *veniam dare*, et *excusationem habere*, i. e. *veniam mereri*: in priore tamen, quæ et hic obtinet, frequentius adhibetur. Noster Suppl. 250. Ἥμαρτεν· *ἐν νέοισι δ' ἀνθρώπων τόδε* Ἔνεστι· *συγγνώμην δὲ τῷδ' ἔχειν χρεών*. Orest. 661. Soph. Elect. 400. In altero sensu occurrit Phœn. 995. Soph. Trach. 328.

117. *εἴ τίς σ'* A. Flor. et sic Musgr. Brunck. recte. *βάζειν* cum duplici accusativo jungitur etiam in Rheso 719. Omittunt *σ'* B. P. et X. Π. 1043. *εἴ τίς γ'*, quod habent Lasc. et Ald. male revocavit Valck. Deinde *ἔντονον* Lasc. Ald. In prima editione dederam cum MSS. *εὔτονον*, quod in suo quoque exemplari invenit X. Π. Sed recte monuit Blomfieldius (*Quarterly Rev.* vol. viii. p. 220.) *εὔτονος* esse *robustus*, *ἔντονος violens*; citans Sophocl. apud Plutarch. p. 145. (Fr. 722.) *οἱ μαργῶντες ἐντονώτατοι*. Plat. Theætet. p. 173. *οἱ ἔντονοι καὶ δριμεῖς*.

118. *τούτων* X. Π. et Lasc. cum MSS. quibusdam; et hoc prætulit Valckenaerius. Ceteri cum Aldo *τούτου*.

119. *χρὴ* pro *δεῖ* habet MS. Parisiensis apud Valck. Sed hæ voces sæpe permutantur. Similis est sententia Bacch. 1348. Ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.

120. Recte interpretari videtur Valckenaerius, *mari vicina rupes, aquam stillans*. Talem fuisse prope Trœzena rupem, testis est Dionysodorus in Libro de Fluminibus apud Scholiasten. Hanc interpretationem firmat etiam Epigramma Crinagoræ a Blomfieldio indicatum, Anthol. I. 36. I. *Λῶπος ἀποκλύζουσα παρὰ κροκάλῃσι θαλάσσης Χερνῆτις, διεροῦ τυτθὸν ὕπερθε πάγου, κ. τ. λ.* Musgravius vero et Matth. sequuntur Eustathium ad Il. B. p. 355, 16 = 267, 28. intelligentem *Ὠκεανοῦ ὕδωρ* de *aqua fontana*.

122. *βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν*, "laticem tam copiosum, ut urnis aquam haurire potuerint *ὑδροφόροι* Trœzeniæ." Valck. Hesychius, hunc locum respiciens, exponit *βαπτάν*. *ἀντλουμένην* (i. e. *quæ hauritur*). Callimachus in Lavacrum Palladis 45. *Σάμερον ὑδροφόροι μὴ βάπτετε*, nempe *τὰς κάλπιδας*.

124. *τόθι* D. E. Lasc. Ceteri Codd. cum Aldo *ὅθι*, quæ forma Poetica pro *οὗ* frequens est.

125. *πορφύρεα φάρεα* MSS. et Edd. Vocum ordinem immutavi, ut hic versus cum Antistrophico 135. melius congrueret. Idem fecit Hermannus de Metris p. 444. *φάρος* quidem apud Tragicos penultimam plerumque corri-

ποταμίᾳ δρόσῳ
τέγγουσα, θερμᾶς δ' ἐπὶ νῶτα πέτρας
εὐαλίου κατέβαλλ'· ὅθεν μοι
πρῶτα φάτις ἦλθε δεσποίνας,
τειρομέναν νοσερᾷ κοί- ἀντ. ά.
τᾳ δέμας ἐντὸς ἔχειν οἴ-
κων, λεπτὰ δὲ φάρη
ξανθὰν κεφαλὰν σκιάζειν.
τριτάταν δέ νιν κλύω
τάνδε κατ' ἀμβροσίου
στόματος ἁμέραν
Δάματρος ἀκτᾶς δέμας ἁγνὸν ἴσχειν,
κρυπτῷ πάθει θανάτου θέλουσαν

pit: producit autem in senariis (ut apud Homerum semper) Æsch. Choeph. 11. et in ejusdem Salaminiis, apud Herodiani Librum περὶ διχρόνων. 295, 15. ed. Lehrs. (Fr. 200.) (Vide Brunckii Lexicon Sophocleum voce φᾶρος) Ἐμοὶ γένοιτο φᾶρος ἴσον οὐρανῷ. φάρεα Dactylus est in Nostri Iphig. Taur. 1150. (1117.) Orest. 1436.

126. δρόσος simpliciter *aquam* significat hic et supra 77. Andr. 167. Iph. A. 182. (178.) Helen. 1384. Ion. 96. Aristoph. Ran. 1339. Κάλπιαί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε. Horat. Carm. III. 4. 61. *Qui* RORE *puro* CASTALIÆ *lavit Crines solutos.*

127. θερμοῦ Fl.

128. κατέβαλεν Lasc. Ald. κατέβαλ' Codd. A. Fl. Edidi κατέβαλλ', tum ob metrum, tum ob sententiam. Brunckius secutus est Musgravium conjicientem κατέβαλ'· ἔνθεν ἁμῖν, ne sic quidem restituto metro. Hermannus, in Libro de Metris p. 444. retinenda esse vulgata judicavit, postea vero, in Libro de Emendanda Grammatica, p. 36, conjecit εὐάλι' αὔδασε βαλοῦσ'· ὅθεν μοι. Blomfieldius (*Quart. Rev.* vol. viii. p. 228.) legere vult τᾶς εὐείλου pro εὐαλίου.

129. πρῶτον Schol. πρῶτα Lasc. δέσποιναν vulgo. Sed δεσποίνας, quod exhibet A., elegantius est, et ob sedem in fine Strophæ præferendum: et sic Brunck. Subauditur ἀμφὶ vel περί.

131. Duo MSS. habent ἔντοσθεν.

132. φάρη A. quod recepit Brunckius. Vulgo φάρεα.

134. Sensus est, *Audio autem eam tertium hunc diem in pulchrum os cibum non accipere.* Habet quidem Euripides Orest. 41. Ὧν οὔτε σῖτα διὰ δέρης ἐδέξατο: hic autem pro οὐ δέχεσθαι σῖτα dixit magis poetice ἴσχειν δέμας ἁγνὸν Δάματρος ἀκτᾶς, quomodo infra 1007. λέχους ἁγνὸν δέμας. Mirabere Valckenaerium periphrasin ἀμβροσίου στόματος δέμας excogitasse, et mox probasse Reiskii conjecturam τάνδ' ἑκὰς ἀμβροσίου. Eustathius ad Il. Δ. p. 438, 23 = 333, 12. hunc locum respiciens, docuit pulchra quævis ἀμβρόσια dici, ut λόγος ἀμβρόσιος, νὺξ ἀμβροσίη, ἀμβρόσιαι χαῖται, καὶ ἀμβρόσιον στόμα. Ceterum Homericam locutionem Δ. ἀ., (Iliad. N. 322. Ὃς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν) sumpsit etiam Euripides apud Athenæum IV. p. 158. E. (Fr. 849.)

138. Vulgo κρυπτῷ τε πένθει. Sed A. Fl. et Lasc. omittunt copulam, quæ ut sententiæ noxia ejicienda erat: et delevit profecto Brunckius, qui de hoc versu egit ad Æsch. Pers. 35. Sed si legas κρυπτῷ πένθει, metrum cum antistrophico non congruet: fallitur enim siquis cum Brunckio credit εὐαλίου in vocem trisyllabam contrahi, per synalœpham scilicet, qualis apud Atticos nulla est. Hæc verba exponit Scholiastes per ἐπ' ἀδήλῳ συμφορᾷ, unde colligo invenisse eum κρυπτῷ πάθει, quod et metrum restituit, et ad sensum melius est. Et sic quidem conjecisse

κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον.
σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα, στρ. β΄.
εἴτ᾽ ἐκ Πανὸς, εἴθ᾽ Ἑκάτας,
ἢ σεμνῶν Κορυβάντων,
ἢ ματρὸς οὐρείας φοιταλέου.
σὺ δ᾽ ἀμφὶ τὰν πολύθηρον
Δίκτυνναν ἀπλακίαις
ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχει·
φοιτᾷ γὰρ καὶ διὰ λίμνας,
χέρσον θ᾽ ὕπερ, πελάγους
δίναισιν νοτίας ἅλμας.

video G. Burges. ad Troad. Præf. xii. etsi aliis rationibus adductum.

140. Ut metrum antistrophico responderet pro *σὺ γὰρ* Brunckius *ἆρά γ᾽*, Hermannus Doctrin. Metric. p. 70. *σὺ τἆρ᾽*. Sed Tragicos particulas *τοι ἄρα* vel contractas vel resolutas in melica admisisse mihi nondum persuasi. Mihi probabile videtur *εἶ γὰρ ἔνθεος*. Confer Med. 1171. *Καί τις γεραιὰ προσπόλων, δόξασά που Ἢ Πανὸς ὀργὰς, ἤ τινὸς θεῶν μολεῖν, Ἀνωλόλυξε.* ubi Schol. *Πανὸς ὀργάς. τὰ πανικὰ δείματα.* Huic Strophæ haud absimilia sunt quæ de Ajace conjicit Chorus in Sophoclis Aj. 172.

142. Conf. Horat. Carm. I. xvi. 5.

143. Sic vulgo; metris non congruentibus. Scholiastes exponit, *σὺ γὰρ, ὦ κόρη φαίδρα, ἔνθεος καὶ ἐμμανὴς φοιτᾷς καὶ ἐνθουσιᾷς.* Ex his verbis emendat Seidlerus De Vers. Dochm. p. 38. *φοιτᾷς* pro *φοιταλέου*. et obsequentem habet Matthiæum. Herm. Doctr. Metr. p. 563. *ἢ ματρὸς φοιτὰς ὀρείας.* Bothius denique *φοιτᾷς, ἢ ματρὸς ὀρείας.* Harum emendationum ultima mihi maxime arridet.

145. *Δίκτυναν* Lasc. *ἀμπλακίαις* habent Editiones omnes: sed voces *ἀπλακεῖν, ἀπλακία, ἀπλάκημα* semper in Tragicis omissa *μ* scribendas esse vel ex eo constat, quod multa sunt loca in quibus hanc scripturam metrum flagitet, nullum ubi respuat. Vim harum vocum recte cepit Blomfieldius ad Æsch. Prom. 112. "'*Απλάκημα* videtur formatum esse a *πλάζω* *errare facio*, *a* præfixo *πλεοναστικῶς*, vel *κατ᾽ ἐπίτασιν*; ut *στάχυς, ἄσταχυς*; *βληχρὸς. ἀβληχρὸς*; *μέλγω, ἀμέλγω*; et similia. Lex. MS. apud Hermann. de Emend. Gr. Gram. p. 18. '*Απλάκημα· ἁμάρτημα· ἐκ τοῦ πλέκω, πλάκω, πλάκημα.*" Videtur Dictynna Diana fuisse Cretensibus. Aristoph. Ran. 1358. *Δίκτυννα παῖς Ἄρτεμις καλά.* Vid. infra v. 1127. Narrat Diodorus Sic. IV. 76. p. 392, 42. Britomartin cognomen *Δίκτυνναν* ex eo habuisse, quod retia venatoria invenerit: fuisse autem Dianæ familiarem; unde nonnullos eandem esse Dictynnam ac Dianam putasse, sacrificiis et templis apud Cretenses cultam esse. Aliam historiam, cujus meminit quoque Diodorus, secutus est Callimachus in Hymn. ad Dian. 190. ubi plura Spanhemius.

146. Brunckius *ἀνιέροις*, et in Antistr. 156. *λιμένα τόνδ᾽*, Heathio et Musgravio obsecutus. *Θυσίαι* quidem *ἄθυτοι* vocabantur, quæ vel ob mala auspicia, vel ob aliam causam non poterant rite sacrificari. Vertendum igitur, *Tu vero ex delictis in venatricem Dictynnam admissis, ob liba scilicet non rite facta impietatis crimine laborans conficere.*

147-8-9. Hujus loci impedita erat constructio. Valckenaerius edidit *χέρσου*, e margine Barnesianæ. Ego delevi tantum distinctionem post *χέρσον*, et post *ὕπερ* posui. Deinde *δίναισι νοτίας* Ald. *δίναισιν νοτίαις* Lasc. *δίναις ἐν νοτίαις* A. B. D. teste Musgravio: at *δίναις ἐν νοτίαις* exhibet A. juxta Hemsterhusii collationem. *δίναις δ᾽ ἐν᾽ ἐννοτίαις* Fl. *δίναις τ᾽ ἐν νοτίαις* conj. Wakefield. Si scripturam quam prætuli probabis, vertas, *Vadit enim etiam per mare, ultraque terram, pelagi vorticibus humidi sali.* Nimirum Dictynna, Dea Cretam

ἢ πόσιν, τὸν Ἐρεχθειδᾶν ἀντ' β'.
ἀρχαγὸν, τὸν εὐπατρίδαν,
πημαίνει τις ἐν οἴκοις,
κρυπτᾷ κοίτᾳ λεχέων σῶν.
ἢ ναυβάτας τις ἔπλευσεν
Κρήτας ἔξορμος ἀνὴρ
λιμένα τόνδ' εὐξεινότατον ναύταις,
φάμαν πέμπων βασιλείᾳ·
λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων
εὐναίᾳ δέδεται ψυχά.
φιλεῖ δὲ τᾷ δυστρόπῳ γυναικῶν ἐπῳδ.
ἁρμονίᾳ κακὰ δύσ-
τανος ἀμηχανία ξυνοικεῖν
ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας·
δι' ἐμᾶς ᾗξέν ποτε νηδύος ἅδ' αὔρα,

incolens, ad sacra sua vindicanda mare transire potuit. Λίμνη autem simpliciter pro *mari* adhibetur quoque Nostro 741. Hecub. 446. Troad. 442. Præivit Homerus Odyss. Γ. 1. Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην. — Schol. citat Hesiod. Theog. 413. Μοῖραν ἔχει γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.

152. πημαίνει Lasc. Ald. et Codd. sed Scholiastes βουκολεῖ, ἐξαπατᾷ. unde Canterus conjecit Euripidem dedisse ποιμαίνει, quod amplectuntur Musgr., Valck., Brunck., Matth., Both., et alii; sed unicus locus a Valck. adductus, ubi ποιμαίνειν sensu *fallendi* adhiberi videtur, est Theocriti Idyll. XI. 80. Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα Μουσίσδων. qui cum nostro minime conferendus erat.

153. Matthiæus qui tamen ipse edidit ποιμαίνει, explicit πημαίνει *philtro delinitum lenit*, citans Ovid. Met. X. 398. *Sive aliquis nocuit magico lustrabere ritu.* Sic Lasc. cum quinque MSS. Aldus κρυπτᾷ γε κοίτᾳ τῶν σῶν λεχέων. qui versus a metrico aliquo expletus esse videtur, ad similitudinem Strophici. Certe interpolatum est γε. In his versibus explicandis discrepant interpretes: alii ad Thesei, alii ad Phædræ zelotypiam respici putantes. Horum sententiæ olim accedebam, et cum Musgravio censebam λεχέων regi a κρυπτᾷ.

154. Comparat Valckenaerius Hel. 1191. ἢ φάτιν τιν' οἴκοθεν Κλύουσα, λύπῃ σὰς διέφθαρσαι φρένας;

156. τόνδ' pro τὸν ex Heathii emendatione Brunck. Sic etiam Seidler. ad. Æl. 442. Herm. Doctr. Metr. p. 565. recte monentes metra esse e genere Glyconeorum, et respondere Strophicis ἀνίερος ἀ. π. τ. Addo, τόνδ' aptius esse sententiæ.

159. Utrumque εὐναία et εὐναίᾳ agnoscunt Scholia. δέδεσαι pro varia lectione A. ψυχάν D. et B. pro var. lect. et sic Brunck. Secutus sum Valckenaerium.

160. δυστρόφῳ P. et Lasc. Edidit Valck. δυστρόπων, et mox e Codice κακᾷ, quibus nihil frigidius esse potest. Eadem epitheta jungit Sophocles Trach. 110. κακὰν Δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν. Schol. μὴ ἄρα ἐν γαστρὶ ἔχει ἡ Φαίδρα καὶ διὰ τοῦτο ἄσιτός ἐστι; φιλεῖ γὰρ τοῦ ἐγκυμονεῖν καιρὸς δυστροπίαν ταῖς γυναιξὶν ἐργάζεσθαι, καὶ ἀποτροπὴν τῶν σιτίων.

163. ἀφροσύνα est illa mentis depravatio, quam in morbis quibusdam fœminarum non raro accidere testatur Musgravius. Aliam lectionem δυσφροσύνας memorat Schol.

164. ᾖξε vulgo. ᾖξεν Lasc. Legen-

ταν δ' εὔλοχον οὐρανίαν
τόξων μεδέουσαν
Ἄρτεμιν αὔτευν,
καί μοι πολυζήλωτος ἀεὶ
ξὺν θεοῖσι φοιτᾷ.

ἀλλ' ἥδε τροφὸς γεραιὰ πρὸ θυρῶν
τήνδε κομίζουσ' ἔξω μελάθρων·
στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὔξάνεται.
τί ποτ' ἐστὶ, μαθεῖν ἔραται ψυχὴ,
τί δεδήληται
δέμας ἀλλόχροον βασιλείας.

ΤΡΟΦΟΣ.

ὦ κακὰ θνητῶν, στυγεραί τε νόσοι·
τί σ' ἐγὼ δράσω; τί δὲ μὴ δράσω;

dum *ἦξεν* ob metrum monuit Porson. ad Med. 76.

165. Horat. Carm. III. 22. 1. *Montium custos nemorumque, Virgo, Quæ laborantes utero puellas Ter vocata audis, adimisque leto.* In Callim. Ep. LVII. Εἰλείθυια vocatur *εὔλοχος*. *λοχία* est epitheton Dianæ Eur. Suppl. 958. Iph. Taur. 1097. (1065.)

167. Sic Lasc. Ald. et plerique Codd. Tres inverso ordine habent *αὔτευν Ἄρτεμιν*, unde vocem *Ἄρτεμιν* ejiciendam putavit Valck. et ejecit Brunckius; perperam, ut opinor.—*αὔτευν* cum *ὑμνεῦσαι* Med. 422 (413.) confert. Elmsl. ad Med. Plura talis Ionismi exempla apud Euripidem non reperit.

168. *πολυζήλωτος multum expetenda*, vel potius, *multum beata.* Hoc compositum non alibi inveni. Alia forma *πολύζηλος* Soph. Œd. T. 381. Trach. 185. Aristophanes Eq. 1329. *ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι.*

169. *σὺν θεοῖς ἐφοίτα* Brunckius, immerito offensus temporum mutatione, quam ne sic quidem evitare potuit.

170. Mediam syllabam corripit *γεραιὰ*, quod non alibi factum memini, in Iambicis, Trochaicis, vel Anapæsticis legitimis, præterquam in Herc. F. 447. et Hec. 274. *Καὶ τῆσδε γεραιᾶς, προσπιτνῶν, παρηΐδος.* ubi Porsonus ad Valckenaerii sententiam edidit *γραίας*. Leguntur quidem versus anapæstici Hec. 64. *Γεραιᾶς χειρὸς προσλαζύμεναι.* et Med. 133. *Οὐδέ πω ἤπιος· ἀλλ' ὦ γεραιά.* sed uterque in anomalo systemate. In Choricis similem licentiam usurpavit Euripides Phœn. 1287. (1302.) ubi *δειλαίας*; et Æschylus Suppl. 385. ubi *ἱκταίου*. Alia hujusmodi notavit Gaisfordius ad Hephæst. p. 216. Ceterum eodem modo supprimitur Verbum in Soph. Antig. 526. *Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη Φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη· Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ κ.τ.λ.* quem locum Euripidis menti obversatum fuisse credibile est. Vide etiam Antig. 626. Æsch. Theb. 372.

172. *αὔξεται* Ald. Æsch. Sept. Theb. 228. *χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων Κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ*, ubi cum Burneio malim *Κρημνάμενον νέφος*, ut metra cum Strophicis congruant. Horat. Epist. I. 18. 94. *Deme supercilio nubem.*

173. *ἔραται. ἐπιθυμεῖ.* Hesych. sic infra 219. 225. 235.

175. Alia forma *ἀλλόχρως* extat in Phœn. 138. Androm. 879.

176. Totam hanc scenam, usque ad v. 266. juxta Porsoni recensionem edidi. Lectionum Viro summo probatarum in-

τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' αἰθήρ·
ἔξω δὲ δόμων ἤδη νοσερᾶς
δέμνια κοίτης.
δεῦρο γὰρ ἐλθεῖν πᾶν ἔπος ἦν σοι·
τάχα δ' εἰς θαλάμους σπεύσεις τὸ πάλιν.
ταχὺ γὰρ σφάλλει, κοὐδενὶ χαίρεις·
οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν
φίλτερον ἡγεῖ.
κρεῖσσον δὲ νοσεῖν ἢ θεραπεύειν·
τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει
λύπη τε φρενῶν, χειροῖν τε πόνος.
πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων,
κοὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις.
ἀλλ', ὅ τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο,
σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις.
δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες

dicium debeo amico meo perdocto P. P. Dobree, quocum eas ipse communicavit.

178. *τί δέ σοι φ.* Fl. *λαμπρὸς* A. Hoc edidit Brunckius.

180. *κοίτης* A. Vulgo *κοίτας.*

182. Dicitur *τὸ πάλιν*, non minus recte quam *τοὔμπαλιν*, et *τὸ δεῦρο* Phœn. 315. In Arist. Thesm. 283. legendum *δεῦρο τὸ πάλιν οἴκαδε*, ut emendavit Porsonus in Nota MSta: omittebatur enim articulus ante Brunckium, qui *καὶ* infersit. Neque rectius Valck. in nostro versu *σπεύσεις γε πάλιν.*

183. *σφάλλει.* Gloss. *μεταβάλλει. σφάλλῃ* Lasc.

184. *οὐδὲν ἀρέσκει σοι τὸ π.* Lasc. male. *ἀρέσκειν* et cum dativo et cum accusativo adhibetur: hanc vero propriam esse Atticorum structuram statuunt Gregor. Corinth. p. 27. Mœris p. 175. *ἤρεσέ με, Ἀττικῶς· ἤρεσέ μοι, Ἑλληνικῶς καὶ κοινῶς.* Vid. Toupium in Suid. Tom. I. p. 82. et Porsonum in Append. Tom. IV. p. 440. Utriusque constructionis exempla in Tragicis obvia. Supra 105. *Οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν.* Fragm. Eur. Alcmenæ apud Stobæum LX. p. 384, 16. (Fr. 97.) *Ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ Δούλοις ἄριστα.* Ceterum conf. Orest. 232. *Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο.* Ante Valckenaerium legebatur *τόδ' ἀπόν.*

187. *συνάπτει conjungit sese*, subaudito pronomine, ut *ξυνῆψα* Phœn. 702. Heracl. 808. Æsch. Pers. 888. *Τήνῳ τε συνάπτουσ' Ἄνδρος ἀγχιγείτων.*

188. *χειροῖν* est Porsoni emendatio. Vulgo *χέρσιν*, quod similitudine literarum a *χεροῖν* mutatum esse arbitror.

191. Sic Lasc. *ἄλλο τι* Ald. Scholiastes Arist. Ran. 1114. citat *ἀλλ' ὅτε τούτου φ. ἄ.* Brunckius edidit *Ἄλλο τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἀλλ' ὁ Σκότος ἀ. κ. ν.* frigide. Docet Schol. Arist. (Ran. 1114.) locum Euripidis Phryxi, (Fr. 821.) *Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν*, a Comico rideri.

192. *ἀμπίσχον* Lasc. Ald. cum Codd. quibusdam et Arist. Schol. et sic Valck. Sed præstat *ἀμπίσχων* quod exhibent A. D. Fl. nam *σκότος* in masculino genere magis Atticum est, monente post alios Porsono ad Hecub. (819.) De hac re egerunt Eustath. ad Odyss. Λ. p. 1697, 23 = 452, 50. Ælius Dionysius apud Eustath. ad Odyss. Λ. p. 1390, 59 = 19, 39. Athenæus XI. p. 498. A. Mœris et Thomas Mag. v. *σκότος.*

193. *δύσερως perdite amans.* Exponit

τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γῆν,
δι' ἀπειροσύνην ἄλλου βιότου,
κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας·
μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα.

ΦΑΙΔΡΑ.

αἴρετέ μου δέμας· ὀρθοῦτε κάρα.
λέλυμαι μελέων ξύνδεσμα, φίλαι.
λάβετ' εὐπήχεις χεῖρας, πρόπολοι.
βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν·
ἄφελ', ἀμπέτασον βόστρυχον ὤμοις.

Hemsterhusius ad Lucian. Timon. Tom. I. p. 139, 42. "*δύσερως*, qui modum amori statuere non potest, sed ejus violentia se totum abripi patitur." Vox Theocrito familiaris; sed eam non alibi apud Tragicos invenisse memini. Versus 193-4-5 citat Plut. in Erotic. Tom. II. p. 764. E. et duos priores Contra Epicur. Tom. II. p. 1105. B. indicante Valckenaerio. Pro *δὴ* legitur in altero loco *δέ*, in altero *γάρ*. Similem sententiam habet Euripides apud Stobæum CXX. p. 608, 50. (Fr. 808.) *Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου· Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν, τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου.* Confer Shakespeare, *Hamlet*, Act III. *But that the dread of something after death—That undiscover'd country, from whose bourn No traveller returns,—puzzles the will, And makes us rather bear those ills we have, Than fly to others that we know not of.*

194. *τοῦδ'*, scilicet *τοῦ ζῆν*. *τόδε* pro *τοῦτο* apud Plut. contra Epicur. *γᾶν* habet Cod. Parisiensis, et *ἀπειροσύναν* Lascaris, Aldus. Vid. Porson. ad Hec. (100). Communes formas hic et alibi in legitimis anapæsticis nunc demum reposui.

196. *οὐκ ἀπόδειξιν* conjunctim accipiunt Viri docti, quasi esset *κάλυψιν*, recte; simili modo Hec. 12. *μὴ σπάνις* et Orest. 942. *οὐ σπάνις* pro *abundantia*. Sic quoque Bacch. 455. *Πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς, οὐ πάλης ὕπο*, et 1288. *Δύστην' ἀλήθει', ὡς ἐν οὐ καιρῷ πάρει.* Hunc loquendi modum adhibuere Thucydides, Lucianus, et alii quos citavit Valcken. *γαίας* habent Edd. et MSS. præter A. cujus auctoritatem secutus Brunckius *γαῖαν* edidit. In Hec. 149. etsi *τούς θ' ὑπὸ γαίας* metrum flagitat, idem Brunck. e MSS. *γαῖαν*.

197. *τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ*. Schol.

198. *ἄρατέ* Ald.

199. Pro *φίλαι* Flor. exhibet *φίλων*, quod probavit Valckenaerius, credens Euripidem dixisse *φίλων* pro *ἐμῶν*, quomodo alii poetæ in notis locutionibus *φίλε θυμὲ, φίλον κέαρ*; sed ea sunt generis dissimillimi.

200. Dixit Euripides Bacch. 1206. *λευκοπήχεσι Χειρῶν ἀκμαῖσι.* Duo MSS. *πρόσπολοι* solito errore. In Suppl. 72. ubi metrum postulat *προπόλων*, male vulgatur *προσπόλων*. Hesychius, *πρόσπολοι, πρόπολοι. θεραπαῖναι· θεράποντες· δοῦλοι.* Similia Suidas, et Eustath. ad Il. Γ. p. 394, 31 = 299, 1. qui monet dici *πρόπολος* de maribus perinde ac fœminis, *ἀμφίπολος* de solis fœminis.

201. *βαρύ μου* Ald. sed *μοι*, quod restituit Canterus, habent P. Lasc. et Dionys. Hal. hæc citans *Περὶ Συνθέσεως* p. 29, 41. Huc respexit Eustathius ad Il. B. p. 189, 11 = 143, 12; ad Od. A. p. 1421, 18 = 61, 42, quæ loca indicavit Porsonus et ad Il. Θ. p. 700, 64 = 582, 44. Verba ad Il. B. sunt *κεφαλῆς γὰρ ἤτοι κάρηνου κόσμος, τὸ κρήδεμνον, ὃ καὶ ἐπίκρανον κεφαλῆς ἡ τραγῳδία φησίν· ἣν ζηλοῦσι οἱ κίονος ἐπίκρανον φάμενοι.* Posteriore sensu vox usurpatur Iph. Taur. 51. (49.)

202. *οἴμοι* Ald. Primus correxit Musgravius *ὤμοις*, quod habent Lasc. et MSS. idque in suo exemplari legerat Tragicus Latinus, qui hæc exprimere conatus est, Senec. Hipp. 394.

ΤΡ. θάρσει, τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς
μετάβαλλε δέμας.
ῥᾷον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας
καὶ γενναίου λήματος οἴσεις.
μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη.
ΦΑΙ. αἶ, αἶ. πῶς ἂν δροσερᾶς ἀπὸ κρηνῖδος
καθαρῶν ὑδάτων πῶμ' ἀρυσαίμην,
ὑπό τ' αἰγείροις, ἔν τε κομήτῃ
λειμῶνι κλιθεῖσ' ἀναπαυσαίμην;
ΤΡ. ὦ παῖ, τί θροεῖς;
οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσει,

205. Sic Lasc. et MSS. *μεθ' ἡσυχίας* Ald. et Stobæus, qui hos versus habet CVI. p. 568, 30. Correxit Grotius e MS. Stobæi.

208. *ἒ. ἒ.* vulgo. *αἶ. αἶ* restituit Brunckius ex A. Flor. Hæ exclamationes extra versum habendæ sunt, ut in Med. 144. Πῶς ἂν, *utinam*, hic et infra 345. qua significatione in omnibus fere Euripidis fabulis invenitur: apud ceteros Tragicos multo rarius. Occurrit tamen in Sophoclis Œd. Tyr. 765. Aj. 388. quæ loca effugerant Valckenaerium, et Philoct. 794.

209. Vulgo *πόμ'*: sed audiamus Porsonum.—"*Lege cum Marklando, καθαρῶν ὑδάτων* ΠΩΜ' *ἀρυσαίμαν; quidquid disputant Heathius et Musgravius de dubia τοῦ ἀρυσαίμαν quantitate. Neque Aldi auctoritas quidquam momenti habet. Ille enim infra* 227. *dederat planissime contra metrum,* Κλιτὺς *ὅθεν σοι* ΠΟΜΑ *γένοιτ' ἄν. Vid. Iph. Taur.* 952. (923.) *Cyc.* 123. 139. 141. 173. (192.) 415. 419. 452. 571. 677. *Ion.* 1034. 1195. 1199. 1212. 1216. *fragm. apud Aul. Gell.* VII. 16. (849.) *quod corruptum extat apud Plutarch.* II. p. 1044. F. 36. F. *in quibus omnibus locis πόμα metrum corrumperet. Nihil igitur dubium restare possit, quin scribi debeat in Bacch.* 279. Βότρυος ὑγρὸν ΠΩΜ' *et in Hec.* 392. (396). Καὶ δὶς τόσον ΠΩΜ' *Alexis apud Athen.* I. 22. p. 28. E. *Λεσβίου δὲ πώματος* (*vulg. πόματος*) Οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἡδίων πιεῖν. *ἐσχάτως ἀπολοίμην pro ἔσχατος ἀπ. in Schol. ad Soph. Œd. T.* 677. *Vocales o et ω sæpe permutantur: ut apud Nonnum in Gregor. Nazianzen. Stelit.* I. p. 136. *ed. Eton. pro χαρίσομαι legendum χαρίσωμαι. Longus Past.* II. *p.* 61. I. 2. *ed. Villoison.* Τρίτος δὴ γέρων οὗτος (*lege οὕτως, ut supra,* I. 8. *οὕτως εὐσχημόνως ὠρχήσατο*) *εὐδοκιμήσας ἐπ' ὀρχήσει, φιλεῖ* Χλοὴν καὶ Δάφνιν. p. 33. I. 18. *ἀφίησι φωνὴν, οἵαν οὔτε χελιδὼν, οὔτε ἀηδὼν, οὔτε κύκνος, ὅμοιος ἐμοὶ γέρων γενόμενος. Frustra cl. Editor, ὅμοιον. quod nimis poeticum est: legendum ὁμοίως quod cum dativo construitur cum alibi, tum Eurip. Alcest.* 998. (1017.) *Erecth. apud. Lycurg.* p. 219. (Fr. 353.) *Aristoph. Lysist.* 557. *Demosthen. De Coron.* p. 582. *Longin. π. ὑ.* § 10. *Procop. Hist. Acharn.* 7. *Suid. v. ἀργόν. Hierocl.* p. 206. *ed. Needham. Eustath. in Homer. Odyss.* A. 107. p. 1397, 35=28, 47." R. P. *ἀρυσαίμην* fluxit ab Attica forma *ἀρύτειν*, cujus penultima corripitur. vid. Porson. ad Phœn. 453. (463.) *ἀρυσάμενος· ἀντλήσας.* Hesych.

210. Hunc versum respexit Eustathius ad Il. B. p. 308, 33=233, 38. *κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα· ὅθεν καὶ* Κομήτης *λειμὼν παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ· καὶ κομᾷν, τὸ ἐν αὐτοῖς θάλλειν.* Citat Valck. Soph. Ant. 419. *πᾶσαν αἰκίζων φόβην* Ὕλης *πεδιάδος.* Callim. Hymn. in Dian. 41. *ὄρος κεκομημένον ὕλῃ.* Imitati sunt Latini: Virgilius Georg. IV. 122. *sera comantem Narcissum.* 137. *Ille comam mollis jam tondebat hyacinthi.* Horatius, *Et spissæ nemorum comæ.* Exempla passim obvia.

213. Haud absimilis versus nostri Suppl. 1066. Ὦ *θύγατερ, οὐ μὴ μῦθον εἰς πολλοὺς ἐρεῖς*; ut e correctione Porsoni legendus est; vulgo enim *ἐπὶ πολλούς.* De vocibus *οὐ μὴ* cum futuro indicativi,

μανίας ἔποχον ῥίπτουσα λόγον;
ΦΑΙ. πέμπετέ μ' εἰς ὄρος· εἶμι πρὸς ὕλην,
καὶ παρὰ πεύκας,
ἵνα θηροφόνοι στείβουσι κύνες,
βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριμπτομένη.
πρὸς θεῶν, ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι,
καὶ παρὰ χαίτην ξανθὴν ῥῖψαι
Θεσσαλὸν ὅρπακ'
ἐπίλογχον ἔχουσ' ἐν χειρὶ βέλος.

vel cum aoristo secundo subjunctivi constructis vid. Dawes. Misc. Crit. p. 222. In hoc loco distinguendo sequimur judicium Elmsleii (*Quart. Rev.* vol. vii. p. 453.) qui accurate disseruit de syntaxi istarum particularum, statuens *οὐ μὴ*, quoties cum futuro, sensu prohibendi, conjungantur, interrogationi inservire: ad verbum scilicet, *οὐ μὴ τάδε γηρύσει; Will you not not utter these things?* quod idem valet ac *μὴ εἴπῃς*.

214. *μ. ἔ.* exponit Eustathius ad Il. B. p. 210, 43=159, 42. agens de Homerico *κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν* Il. B. 234. (*ἐπιβάσκω*) *ἤγουν ἐπιβαίνειν ποιῶ κακῶν, ἢ τοιούτων τινῶν. Ἐντεῦθεν καὶ Μανίας ἔποχος λόγος παρ' Εὐριπίδῃ, ὁ μανικός.* Comparat. Musgravius Soph. Œd. C. 188. *εὐσεβίας Ἐπιβαίνοντες*, id est *εὐσεβοῦντες*.

215. Hos versus, ob venustatem celeberrimos, imitati sunt Latini, Ovid. Epist. Her. IV. 41. *In nemus ire libet, pressisque in retia cervis, Hortari celeres per juga summa canes; Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto; Aut in graminea ponere corpus humo.* Tibull. IV. 3. 11. *Sed tamen ut tecum liceat, Cerinthe, vagari, Ipsa ego per montes retia torta feram; Ipsa ego veloces quæram vestigia cervæ, Et demam celeri ferrea vincla cani.* Ad quem locum plura Heynius. Addas Virg. Eclog. X. 55.

216. Aristoph. Vesp. 748. *Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ· Κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν, Ἵν' ὁ κήρυξ φησί, κ.τ.λ.* ubi adscribit Scholiastes, *ἐξ Εὐριπίδου Ἱππολύτου*, unde conjiciebat Porsonus versum *Κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν*, post hunc nostrum esse inserendum. Credibile est ea in priore Hippolyti editione scripsisse Euripidem. Valckenaerius autem putavit olim fuisse lecta post v. 229. quod minus verisimile.

218. *βαλειαῖς* Lasc. Vulgo editum erat *ἐγχριπτόμεναι*. Marklandus monuit corrigendum *ἐγχριπτόμενα*, et Plutarcho, qui Tom. II. p. 52. B. hæc ita adhibuit, *Πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωῦξαι, Βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος*. et similiter Tom. II. p. 959. B. Hinc quoque censuit ille ordinem horum versuum mutandum esse: quod tamen contra omnium librorum auctoritatem nolim factum, et potius crediderim memoriæ vitio lapsum fuisse Plutarchum. Valcken. et Brunck. edidere *ἐγχριμπτομένα*, sed plene distinxere post *κύνες*, commate tantum post *ἐγχ.* posito: male, ut opinor. Ceterum *βαλιὰν ἔλαφον* est in Hec. 90. ubi explicat Paraphrastes *βαλιάν. κατάστικτον· ταχεῖαν.* similia habent Hesychius, Suidas, Etymologus M. et Eustathius ad Il. Π. p. 1051, 17 =1065, 17. versum Hecubæ respicientes. Vid. Kusterum et Albertium ad Hesych. et Abreschium in Miscell. Observ. V. 3. p. 80. Vox cum sensu velocitatis adhibetur in Anapæstico apud Suid. v. *βαλιάν*. *Ἀήγετε πνοιαὶ βαλιῶν ἀνέμων.* Observat Eustathius loc. cit. hoc adjectivum barytonum esse, ad differentiam nominis equi Achillis *Βαλίος* Il. Π. 149. Dixit Euripides in Iphig. Aul. 221. *πώλους—λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς.* Auctor Rhesi 356. *βαλιαῖσι πώλοις.* Ceterum de scriptura vocis *χρίμπτω* videndus est Ruhnkenius ad Timæum p. 106.

219. "*κυνὶ Eustath. ad Il.* Ξ. p. 989, 56=982, 52." R. P. Mendose citat *θωῦξας* Schol. ad Theocr. Idyll. A. 78. Hunc versum ridere videtur Aristophanes in Anagyro apud Athenæum IV. 4. p. 133. B. (Fr. 146.) a Porsono emendatus, *Πρὸς θεῶν ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν.* vulgo *ἐρᾷς*.

220-1-2. Hos versus ita exponit Scholiasta; *οἱ μὲν ἀκοντίζοντες τὴν χεῖρα ἄνω πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀνατείνουσι· τὸ δὲ*

ΤΡ. τί ποτ', ὦ τέκνον, τάδε κηραίνεις;
τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη;
τί δὲ κρηναίων νασμῶν ἔρασαι;
πάρα γὰρ δροσερὰ πύργοις ξυνεχὴς
κλιτὺς, ὅθεν σοι πῶμα γένοιτ' ἄν.
ΦΑΙ. δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνης,
καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
εἴθε γενοίμην ἐν σοῖς δαπέδοις,
πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένη.

σίδηρον τοῦ ἀκοντίου πρὸς τὸν κρίκον τοῖς δυσὶ δακτύλοις τοῖς μέσοις κατέχοντες, οὕτω ῥίπτουσιν. Phrasin *ῥῖψαι παρὰ χαίτην* illustrat Valckenaerius, allato Virgilio Æn. IX. 417. *idem Ecce aliud summa telum vibrabat ab aure:* constat enim morem fuisse Græcis a capite jaculari. Erunt fortasse qui hæc verba de comis Phædræ vento diffundendis malint intelligere, ut in Bacch. 150. *τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτουσ'.* Sed vereor ut compositum *παραῤῥίπτειν* in similem usum adhiberi possit. Mox vero *ὄρπακ'* pro *ὄρπακι* cepit Valck. post Musgravium, sed vocalis in fine Dativi singularis raro eliditur (sexies tantum, si recte recordatus sum, in omnibus Tragicorum reliquiis) et talis verborum constructio venustam hujus loci facilitatem plane tolleret. Præterea *Θεσσαλὸν ὄρπακα* plene dedit Aldus, quem in his versibus dividendis secutus sum. Hesychius, *ὄρπηξ· ὀρθὸς κλάδος.* Thessala hastilia memorantur in Bacchis 1205. *Οὐκ ἀγκυλώτοις Θεσσαλῶν στοχάσμασιν.* Est autem *ἐπίλογχον βέλος præfixum cuspide telum.* In A. leguntur *ξανθὴν* et *ὄρπηκ'.* *ἐπίλοχον* Lasc.

223. Soph. Trach. 29. *Κείνου προκηραίνουσα.* ad quem locum Schol. *καὶ Εὐριπίδης· Τί ποτ', ὦ τέκνα, τάδε κηραίνετε;* quæ verba Barnesius, hujus scenæ oblitus, in Fragmenta Incerta relegavit.

224. Verte *Quid est, cur venationum tibi quoque cura sit?* Versus sic restitutus Porsono debetur; vulgo *μελέτης.* Brunckius e cod. A. *μελέτῃ.* Reiskius signum interrogationis post *τι* posuit. Musgravius pro *καὶ* maluit *δαὶ*, vocem Tragicis haud usitatam. Vid. Porson. ad Med. 1012. (1008.)

227. *κλιτὺς* apud Tragicos ultimam syllabam corripit. Vide Bacch. 409. Soph. Trach. 271. Antig. 1144. Erravit igitur Valckenaerius, cum *ὅθι* pro *ὅθεν*, contra librorum consensum, Heathio obsecutus, edidit. Hesychius, *Κλιτὺς, καὶ κλιτύες. τὰ ἀποκλίματα τῶν ὀρέων, ἢ τὰ καταφερῆ τῶν ὑδάτων.* lege *κατωφερῆ.* Pariter Etymol. M. v. *κλειτὺς*, Schol. ad Hom. Il. Π. 390. Od. E. 470. et alii Grammatici. Apud Homerum *κλιτὺν* ultimam producit, quod Valckenaerio fraudi fuisse videtur.

228. *δέσποινα δίας* Ald. *δέσποιν' ἀδίας* Lasc. Reiskius correxit *ἁλίας*, et sic MSS. quidam. Limna, locus littori proximus, ubi sita erant gymnasia, memoratur etiam infr. 1129. *Τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον.* ad quem versum Scholiastes, a Valck. emendatus, *Λίμνη, τόπος Τροιζῆνος ἔνθεν Λιμνῆτις Ἄρτεμις καλεῖται.*

229. Gymnasia equestria vocat *ἱππόκροτα δάπεδα* Helen. 207.

231. De equis Venetis loquitur Phædra, quos in solennibus Græcorum ludis celeberrimos fuisse constat. Hesych. *Ἐνετίδας, πώλους στεφανηφόρους, ἀπὸ τῆς περὶ τὴν Ἀδρίαν Ἐνετίδος· διαφέρουσι γὰρ ἐκεῖ.* Anachronismi igitur Euripides insimulatur in Scholio apud Eustath. ad Il. B. p. 361, 21=273, 37. quod hos equos heroicis temporibus tribuerit. Veneti enim, Paphlagoniæ gens (Vid. Hom. Il. B. 851.) non nisi post excisam Trojam in Adriæ finibus, duce Antenore, consedisse perhibentur. Historiæ meminerunt Livius I. l. Virgil. Æn. I. 245. De voce *δαμαλιζομένα* optime disseruit Valckenaerius: "Ex duobus Codd. et prima Ed. recte Musgravius, pro *δαμαζομένα*, restituit *δαμαλιζομένα.* Formæ sunt veteres et legitimæ, tametsi non inveniantur in Lexicis, ab inusitatis *δάμαλος, ἅρπαλος, πύκταλος*, ductæ, *δαμαλίζειν, ἁρπαλίζειν, πυκταλίζειν.* Euripideam dabit Pindarus Πυθ. v. 163.

ΤΡ. τί τόδ' αὖ παράφρων ἔρριψας ἔπος;
νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
πόθον ἐστέλλου· νῦν δ' αὖ ψαμάθοις
ἐπ' ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι.
τάδε μαντείας ἄξια πολλῆς,
ὅστις σε θεῶν ἀνασειράζει,
καὶ παρακόπτει φρένας, ὦ παῖ.
ΦΑΙ. δύστηνος ἐγὼ, τί ποτ' εἰργασάμην;
ποῖ παρεπλάγχθην γνώμης ἀγαθῆς;
ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτῃ.
φεῦ, φεῦ, τλήμων.
μαῖα, πάλιν μου κρύψον κεφαλήν·
αἰδούμεθα γὰρ τὰ λελεγμένα μοι·

xi. 38. *ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν.* 'Ἀρπαλίζειν Æschylus Theb. 243. Eumen. 983. Anacreontis est, *ὡς μὴ* Πρὸς Ἔρωτα *πυκταλίζω*. ex Epitome Athenæi in Casaub. Anim. p. 782. l. 8. hinc apud Eustath. in Il. Ψ. p. 1322, 53=1444, 19."

232. *πάραφρον*, ut vulgo, edidit Valckenaerius; mox in notis *πάραφρόν γ'*. "*Corrigendum τί τόδ' αὖ παράφρων. vide Sophocl. Philoct.* 815. *Male Musgravius Valckenaerium γ' infercientem sequitur. παράφρων recte proposuerat editione prima.*" R. P. Subauditur *οὖσα*. Locus Philoctetis est, Τί *παραφρονεῖς αὖ; τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον;*

233. Suidas et Photius citant v. *νῦν δὴ*, exponentes, *ἀρτίως, ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν*. Phot. *ὅροις*, corrupte.

234. *πόθεν* Fl. Phot. Piersoni conjecturam *μόχθον* pro *πόθον*, metro reclamante, probavit Valck. *νῦν δὲ ψαμάθοισιν ἀκυμ.* Suid. et Phot.

235. *ἀκύμαντος, fluctibus multum percussus. ψαμάθοις ἐπ' ἀκυμάντοις* idem fere significat ac infra 1168. *ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας*. Litera *α* potestatem *ἐπιτατικὴν* habet, ut in *ἀξύλῳ ὕλῃ* Hom. Iliad. Λ. 135. *ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον*, et locis apud Valckenaerium Theocriti Adoniaz. p. 214. Et sic profecto in vocabulo *ἀκυμάντοις* intellexit Valck. Pari sensu accipiendum videtur *ἀκύματος* in versu Euripidis apud Valcken. ad Phœn. 216. *'Ακύματος δὲ πορθμὸς ἐν φρίκῃ γελᾷ*. (Fr. 1006.) (Confer Æsch. Prom. 89. *ποντίων τε κυμάτων 'Ανήριθμον γέλασμα.*) Apud serioris ævi scriptores *ἀκύμαντος* erat *Non agitatus fluctibus;* ut in Lucian. Dial. Marin. v. Tom. I. p. 300, 92. Et profecto pariter in nostro loco vertendum esse arbitratur Blomfieldius; sed patet ex v. 228, et infra v. 1124. equestre stadium, de quo loquitur Nutrix, mari vicinum esse.

237. *ὥς τις* Ald. Reiskius correxit *ὅστις*, quod ex E. P. et Lasc. receperunt nuperi Editores. Suid. *ἀνασειράζω· ἀναχαλινῶ*. id est, *fræno retraho. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ταῖς σειραῖς παρακρουομένων ἵππων, καὶ τοῦ εὐθέος δρόμου παρεκβαλλομένων*. Schol. Hunc versum respexit Hesychius v. *ἀνασειράζει*.

238. *παρακόπτει φρένας delirare facit.* Non raro quidem *παρακόπτειν*, perinde ac *παραπαίειν*, significat *delirare;* sed nescio an alibi activo sensu, ut hic, adhibeatur. Hinc tamen *παράκοποι φρενῶν insanientes*, Bacch. 33. et simpliciter *παράκοπος amens*, Bacch. 1000. Æsch. Prom. 581. ad quem locum Blomfieldius existimat vocabulum proprie de citharœdo usurpatum esse contra tempus pulsante.

243. Perperam vulgo *μαία*. Accentum restituit Brunckius e Cod. A. *μαῖα* dicebant veteres de *avia*, et *obstetrice*, et *nutrice*. De ultimo sensu, qui et frequentior est, et ex Odyssea notissimus, Hesychius ait, *προσφώνησις πρὸς πρεσβῦτιν τιμητικὴ, ἀντὶ τοῦ, ὦ τροφέ*.

244. Cod. Fl. omittit *μοι*, et mox habet *δάκρυα*.

κρύπτε· κατ' ὄσσων δάκρυ μοι βαίνει
καὶ ἐπ' αἰσχύνην ὄμμα τέτραπται.
τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμην, ὀδυνᾷ·
τὸ δὲ μαινόμενον, κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ
μὴ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι.

ΤΡ. κρύπτω· τὸ δ' ἐμὸν πότε δὴ θάνατος
σῶμα καλύψει;
πολλὰ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίοτος.
χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους
φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι,
καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς.
εὔλυτα δ' εἶναι στέργηθρα φρενῶν,

246. *αἰσχύνην* Lasc.

247. Eandem sententiam plenius habet Sophocles Aj. 259. *Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει· Τὸ γὰρ ἐσλεύσσειν οἰκεῖα πάθη, Μηδένος ἄλλου διαπράξαντος, Μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει*, ubi Brunckius laudat locum nostro simillimum Euripidis Antiopæ apud Stobæum XCVII. p. 538, 28. (Fr. 190.) *Φρονῶ δ' ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν· Τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ Νοσοῦντα, κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.* Verbum *ὀδυνᾶν*, etiamsi apud Tragicos non alibi reperiatur, indubiæ fidei est. *ὀδυνᾷ· λυπεῖ, καταπονεῖ*, Hesychius huc, ut videtur, respiciens. Achilles Tatius I. p. 23. *τὰ τῆς ψυχῆς τραύματα μᾶλλον ὀδυνᾷ.* alia exempla collegit Valck. Frustra igitur Musgravius *ὀδυνά*. Nostrum versum citat Schol. Sophoclis Aj. 259.

248. *κρατεῖ, κρεῖσσόν ἐστι.* Schol. Vertas cum Valckenaerio, *Insanire vero malum quidem; sed præstat sine sensu malorum perire.*

252. *π. δ. γάρ μ' ὁ πολὺς βίος* Ald. Bentleius in Dissert. de Phalar. Epist. I. p. 201. ed. Dyce. correxit ex ingenio *π. δ. μ' ὁ πολὺς βίοτος*, quod extat in Codd. A. B. D. Fl. *π. δὲ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίος* Lasc.

253—259. Hos versus ad Latinum sermonem redactos usibus suis accommodavit Cicero de Amicitia XIII. 45. *Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam: sed nihil est quod illi non persequantur argutius: partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse suarum cuique rerum; alienis nimis implicari molestum esse: commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas: caput enim esse ad beate vivendum, securitatem; qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.* Suspicatur Valckenaerius Ciceronem hæc, ut permulta alia, sumpsisse a Chrysippo, qui, cum Euripidis studiosissimus esset, potuerat nostros versus in Libro suo *περὶ φιλίας* adhibuisse. Vs. 253—257. laudat Plutarchus De Amicorum Multitudine, Tom. II. p. 95. E. unde varietates quædam notandæ sunt: *μετρίαν—Φιλίαν θνατοὺς ἀντείνασθαι* (*ἀνατείνασθαι*) et *θέλγητρα* pro *στέργηθρα*.

254. Recte se habet *φιλίας ἀνακίρνασθαι*. Porsonus ad Med. 138. attulit similes locutiones, Æschyl. Choeph. 344. *νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν.* Herodot. IV. 152. *φιλίαι συνεκρήθησαν.* VII. 151. *φιλίην συνεκεράσαντο.*

255. *τροπικῶς δὲ εἶπεν, ὡς ἐπὶ σώματος καὶ ὀστέον, τὸ βάθος τῆς ψυχῆς.* Schol.

256. *ἄλυτα* Fl. *στέργηθρα amores*, quo sensu vox occurit in Æschyl. Prom. 492. (ubi tres MSS. *θέλγητρα.*) Choeph. 241. Eumen. 192. Apte confert Jac. Tate Soph. Aj. 678. *Ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι μὲν ἀρτίως, ὅτι Ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν εἰς τοσόνδ' ἐχθραντέος, Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις· εἴς τε τὸν φίλον Τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα*, ubi legendum, *ἐχθαρτέος*, ab *ἐχθαίρω*,

ἀπό τ' ὤσασθαι, καὶ ξυντεῖναι·
τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν
ψυχὴν, χαλεπὸν βάρος, ὡς κἀγὼ
τῆσδ' ὑπεραλγῶ.
βιότου δ' ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις
φασὶ σφάλλειν πλέον ἢ τέρπειν,
τῇ θ' ὑγιείᾳ μᾶλλον πολεμεῖν.
οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ
τοῦ μηδὲν ἄγαν,
καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι.
ΧΟ. γύναι γεραιὰ, βασιλίδος πιστὴ τροφὲ
Φαίδρας, ὁρῶ μὲν τάσδε δυστήνους τύχας,

non ἐχθραίνω, derivatum, patebit e Porsoni Nota ad Med. 555. Cicer. de Amic. 16. *Negabat ullam vocem inimicitiorem Amicitiæ potuisse reperiri, quam ejus qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus: nec vero se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, a Biante esse dictum crederet, qui sapiens habitus est unus e septem, sed impuri cujusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam revocantis esse sententiam.*

257. Plutarchus, hunc versum exponere volens, subjecit, κάθαπερ πόδα νεὼς, ἐπιδιδόντα καὶ προσάγοντα ταῖς χρείαις τὴν φιλίαν.

258. Noster Alcest. 883. (904.) Μία γὰρ ψυχή· τῆσδ' ὑπεραλγεῖν Μέτριον ἄχθος.

261. ἀτρεκεῖς, ἀκριβεῖς Schol. neque aliter Hesychius, ἀτρεκὴς quidem significat *vere absolutus*: unde, sensu paullum detorto, fit *nimis subtiliter elaboratus*, vel etiam *nimius*, ut hic et infra 1115. δόξα ἀτρεκής.

264. Sic Lasc. et MSS. sequentibus Valck. et Brunck. λίαν γ' Ald. Credo particulam a librario additam, nesciente ultimam τοῦ λίαν syllabam ab Atticis semper produci. Idem fieri in adverbiis ἄγαν, πέραν, εὐθὰν, monuit Etymologus M. v. ἄγαν. Τὸ λίαν est ὑπερβολὴ, *exsuperantia alicujus rei*; ut in Hec. 591. Τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι Γενναῖος. Orest. 705. τῷ λίαν χρῆσθαι καλῶς. Phœn. 584. Μέθετον τὸ λίαν, μέθετον. Fragm. Antiopæ apud Stobæum LXXI. p. 439, 53. (Fr. 192.) αἰδεῖσθαι δὲ χρὴ, Γύναι, τὸ λίαν, καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον. Meminerint tirones vocem λίαν primam syllabam habere communem. Vid. Porson. Supplem. Præf. ad Hec. p. xvi. (13. ed. Cant. 1829.)

265. Dubitatur quis sapientum auctor esset sententiæ, μηδὲν ἄγαν. Palladas in Anthol. II. 48. 1. Μηδὲν ἄγαν τῶν ἕπτα σοφῶν ὁ σοφώτατος εἶπεν. Alii tribuunt Chiloni, alii Sodamo, teste Scholiastē, qui epigramma laudat, quod in Tegea extabat, Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν, Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. Observavit Dan. Heinsius in Lectt. Theocrit. cap. 20. veteres, cum proverbium incerti auctoris citarent, solere ὡς λέγουσιν οἱ σοφοὶ, vel ὡς σοφὸς εἶπεν, vel tale quid subjungere. Consulas notam Blomfieldii ad Æsch. Prom. 916. qui laudat Pindarum apud Plutarch. Tom. II. p. 116. D. Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς. Eundem versum conservavit Hephæstion de Metris, xv. 7. p. 91. ed. Gaisford.

268. ὁρῶμεν Editiones omnes. Divisim scripsi ὁρῶ μὲν. Neque quisquam huic correctioni objicere debet, quod statim sequantur pluralia ἡμῶν et βουλοίμεθα; talis enim numerorum enallage apud Tragicos frequentissima est: exempla suppeditabunt hujus dramatis vv. 6. 422. 526. 656. 686. 700. &c. Marklandus in Nota MSta conjicit τῆσδε scil. Phædræ, citans v. 283. Luzac. exercit. Acad. p. 8. τῆσδε δυστήνου.

ἄσημα δ' ἡμῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ νόσος.
σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι καὶ κλύειν βουλοίμεθ' ἄν.
ΤΡ. οὐκ οἶδ' ἐλέγχουσ'· οὐ γὰρ ἐννέπειν θέλει.
ΧΟ. οὐδ' ἥτις ἀρχὴ τῶνδε πημάτων ἔφυ;
ΤΡ. εἰς ταὐτὸν ἥκεις· πάντα γὰρ σιγᾷ τάδε.
ΧΟ. ὡς ἀσθενεῖ τε, καὶ κατέξανται δέμας.
ΤΡ. πῶς δ' οὐ, τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν;
ΧΟ. πότερον ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;
ΤΡ. θανεῖν· ἀσιτεῖ δ' εἰς ἀπόστασιν βίου.
ΧΟ. θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει.
ΤΡ. κρύπτει γὰρ ἥδε πῆμα, κοὔ φησιν νοσεῖν.
ΧΟ. ὁ δ' εἰς πρόσωπον οὐ τεκμαίρεται βλέπων;

269. *ἄσημα* hic et infra 373. vice singularis ponitur, ut *ξυγγνωστὰ* in Hec. 1107. Phœniss. 994. Med. 491. 703. *Ξυγγνωστὰ μὲν γάρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.* et alibi. Thucyd. I. 125. *εὐθὺς μὲν ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν ἀπαρασκεύοις οὖσιν.* Hujus scribendi formæ, Atticis quidem usitatissimæ, reliquis autem Græciæ scriptoribus non ignotæ, exempla dedit Kœnius ad Gregor. Corinth. p. 53. observans secutum esse Virgilium Æn. I. 667. *Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum Littora jactetur, odiis Junonis iniquæ, Nota tibi.*

270. Brunckius, Reiskii conjecturam secutus, edidit Σοῦ δ' *αὖ*. Sed particula *αὖ* nunquam otiosa est; et rectissime duplicatur ἂν cum optativo *βουλοίμεθα*. Vid. infra ad v. 482. Legendum putat Blomfieldius (*Quart. Rev.* Vol. VIII. p. 221.) *Σοῦ δ' ἐκπυθέσθαι*, observans confusa esse ἂν *πύθοιο* et *ἐκπύθοιο* in Æsch. Prom. 617.

273. *εἰς ταὐτὸν τῆς ἀγνοίας ἐμοὶ ἥκεις* Schol. Similiter exponit Valck. "*convenit inter nos, ut æque ignorem ac tu.*" Sic Hec. 747. Εἴ *τοι με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι*, Εἰς *ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν.* Scholiastes agnoscit aliam lectionem *ἥκει*, quam habet D. *σιγῶ* Fl.

274. *κατέξανται δέμας* ex Euripide citat Eustathius ad Il. B. p. 189, 24=143, 23. huc respiciens.

275. Notanda est insolita locutio *τριταίαν ἡμέραν* pro *τρίτην*; cui tamen similis est in Hec. 32. Τ*ριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος.* ad quem locum Porsonus observavit *τριταίαν ἡμέραν* usurpasse Arati Scholiasten ad Diosem. 57. p. 99. a. ed. Ox. Usitato more scriptum esset *τριταία γ' οὖσ' ἄσιτος*, omisso *ἡμέραν*, ut in Div. Joan. XI. 39. *κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι.* Theocrit. Idyll. II. 4. Ὃς *μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ᾧ τάλας οὐδέποθ' ἥκει.* Ceterum particulam γ' male omisit Brunck. membranas suas secutus.

276. *ἄτη* apud Tragicos dicitur de calamitate qualibet, sed præsertim de ea, quæ divinitus immissa sit. Pro *ὑπ' ἄτης* conjecit P. Victorius Var. Lect. XII. 17. *ὑπ' ἄσης*, Reiskius *ὑπ' ἄλης*; infeliciter uterque: nam vocum *ἄση* et *ἄλη* priores syllabæ breves sunt. Muretus (Var. Lect. X. 12.) legendum censuit *ἄσης ὕπ'*; sed *ἄτης* recte defendit Valckenaerius. Ipse tamen maluit *ἢ θανεῖν π.* quod sententiæ minus apte, ut opinor, conveniret.

277. Musgravius pro *θανεῖν* conjicit *ἄδηλ'*, satis audacter.

278. *ἐξαρκεῖ.* Glossa in Cod. Par. apud Valck. *ἀρέσκει.* sic infra 699. *κἀξαρκοῦντά μοι*, quod dicerent nostrates *and satisfactory to me.* X. II. 567. pro *τάδ'* habet *τόδ'*.

280. *ὅδ'* Lascaris, Aldus, Musgravius, et Valckenaerius, male: particula enim adversativa *δὲ* requiritur. Male etiam Brunckius *ὃ δ'*. *ὁ δὲ* est *ille autem.* Articulus præpositivus *ὁ*, *ἡ*, *τὸ*, sequentibus *μὲν*, *δὲ*, *γὰρ*, vice pronominum *οὗτος* et *ἐκεῖνος*, non rarus apud Tragicos.

ΤΡ. ἔκδημος ὢν γὰρ τῆσδε τυγχάνει χθονός.
ΧΟ. σὺ δ' οὐκ ἀνάγκην προσφέρεις, πειρωμένη
νόσον πυθέσθαι τῆσδε καὶ πλάνον φρενῶν;
ΤΡ. εἰς πάντ' ἀφῖγμαι, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον.
οὐ μὴν ἀνήσω γ' οὐδὲ νῦν προθυμίας,
ὡς ἂν παροῦσα καὶ σύ μοι ξυμμαρτυρῇς,
οἵα πέφυκα δυστυχοῦσι δεσπόταις.
ἄγ', ὦ φίλη παῖ, τῶν πάροιθε μὲν λόγων
λαθώμεθ' ἄμφω· καὶ σύ θ' ἡδίων γενοῦ,
στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα, καὶ γνώμης ὁδὸν,
ἐγώ θ', ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόθ' εἱπόμην,
μεθεῖσ', ἐπ' ἄλλον εἶμι βελτίω λόγον.
κεἰ μὲν νοσεῖς τι τῶν ἀπορρήτων κακῶν
γυναῖκες αἵδε συγκαθιστάναι νόσον.

Exempla videas in hac fabula v. 1173. 1218. 1239. 1302. 1305. Similis articuli usus, etiam sine istis particulis, apud Tragicos occurrit, rarius quidem, sed in exemplis indubiæ fidei. Verum ea quæstio non est hujus loci.

281. Hic versus cum præcedente citatur in Scholio ad v. 115. ubi pro *ὢν γὰρ* mendose legitur *ὅ γε*. Versus est Baccharum 215. *Ἔκδημος ὢν μὲν τῆσδ' ἐτύγχανον χθονός*.

283. *πλάνον* Edd. et MSS. omnes præter Flor. qui *πλάνην*. Constat utramque formam Tragicis fuisse in usu; in Æschylo semper, ni fallor, invenitur *πλάνη*, præterquam in Prom. Vinct. 576. ubi vulgo *πλάνοι*: sed et ibi *πλάναι* e MSS. restituit Blomfieldius. Contra in Euripidis superstitibus fabulis semper legitur *πλάνος*. Helen. 773. *πόσον χρόνον Πόντου 'πὶ νώτοις ἅλιον ἐφθείρου πλάνον*; Inde colligo hujus formæ usum post Æschyli tempora invaluisse. Mœris, *πλάνος*, *Ἀττικῶς· πλάνη*, *Ἑλληνικῶς*. Hinc citavit Eustathius ad Il. B. p. 335, 44=252, 43. *πλάνος φρενῶν, ἡ πλάνη*. Flor. inverso ordine *φρενῶν πλάνον*.

284. *εἰς πάντ' ἀφῖγμαι* vulgo, ut in Soph. Œd. Tyr. 265. *κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι*. *εἰς πᾶν* Valck. et Brunck. e quatuor MSS. Utrumque probum. Sic dicebant *πᾶν δρῶν* vel *πάντα δρῶν* eodem sensu quo hæc Nutrix *εἰς πάντ' ἀφῖγμαι*. Plato. Apolog. § 29. (p. 39.) *ὅπως ἀποφεύξεται, πᾶν ποιῶν, θάνατον*. Sed Eubulus ap. Athen. III. p. 100. A. *Ὑπεδησάμην, ἅπαντα δρῶν, τὰς ἐμβάδας*. quæ loca indicavit Blomfieldius. Deinde *κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον*, *nec quidquam profeci*. Similis phrasis est in Iph. A. 1373. (1259.) *Καὶ πλέον πράξωμεν οὐδέν*. Soph. Œd. Tyr. 918. *οὐδὲν εἰς πλέον ποιῶ*.

288. Sic Lasc. et Codd. omnes. *ἀλλ', ὦ φίλη παῖ* Ald. quod sumptum esse credo a versu 475. ubi recte legitur.

289. *λάθωμεν* Flor. Sequentia sic legit et distinguit Blomfieldius (*Quart. Rev.* Vol. VIII. p. 228.) *καὶ σύ γ' ἡδίων γενοῦ, Στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα, καὶ γνώμης ὁδὸν Ἔγωγ', ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόθ' ἑσπόμην, Μεθεῖσ'*, κ.τ.λ.—Sed optime se habent vulgata. Respondent sibi *σύ θ'* v. 289. et *ἐγώ θ'* v. 291.

290. Horat. Carm. III. 29. 16. *Sollicitam explicuere frontem.*

291. Vertas, *omissis istis, in quibus te male tum sequebar*, id est, *imitabar*.

294. *συγκαθιστάναι* Ald. *συγκαθιστάνται* Lasc. et MSS. unde conjecit Musgravius in prima editione *συγκαθίσταιντ' ἂν*, quod cum Valckenaerio et Brunckio nos quoque in tribus prioribus edd. recepimus. Porsonus in Suppl. Præf. Hec. p. xxxiii. (30.) hanc emendationem acutam et probabilem vocat, monens particulam *ἂν* sæpissime in ista

εἰ δ' ἔκφορός σοι ξυμφορὰ πρὸς ἄρσενας,
λέγ' ὡς ἰατροῖς πρᾶγμα μηνυθῇ τόδε.
εἶεν· τί σιγᾷς; οὐ σε χρῆν σιγᾷν, τέκνον,
ἀλλ' ἤ μ' ἐλέγχειν, εἴ τι μὴ καλῶς λέγω,
ἢ τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις.
φθέγξαι τι· δεῦρ' ἄθρησον. ὦ τάλαιν' ἐγώ.
γυναῖκες, ἄλλως τούσδε μοχθοῦμεν πόνους,
ἴσον δ' ἄπεσμεν τῷ πρίν· οὔτε γὰρ τότε
λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται.
ἀλλ' ἴσθι μέντοι, (πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα

versus sede positam reperiri. Mihi tamen idem evenit, ac Musgravio, qui ipse postea Aldinam lectionem retinendam judicavit, allatis Homeri locis, Iliad. I. 688. Εἰσὶ καὶ οἵδε τάδ' εἰπέμεν. T. 140. Δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχεῖν.—Addas Iph. A. 1478. (1356.) Πλόκαμος ὅδε καταστέφειν.—Lasc. νόσων.

296. ἰατρῷ P.

297. εἶεν solennis exclamatio est, ubi missis iis, quæ jam dicta sint, ad alia se convertit oratio. Huic respondet vernacula interjectio *Well!* Vide Hec. 313. Med. 386. Male igitur Brunckius contra Edd. et MSS. edidit ἔα, quæ particula summam admirationem denotat. Hunc olim secutus sum reponentem οὔ σε χρὴ pro vulgato οὐκ ἐχρῆν.—Sed sententia postulat præteritum. Nunc igitur scripsi οὔ σε χρῆν, quoniam hoc verbum sine augmento libentius usurpabant Attici. Vid. Elmsl. ad Heracl. 649.—Similis est confusio infra 345.

298. Sic Valck. et Brunck. e duobus Codd. A. Fl. Vulgo ἦν τι.

301. "*Sic Ion.* 134. *legendum est,* εὐφάμους πόνους μοχθεῖν Οὐκ ἀποκάμνω. *non* εὐφάμοις πόνοις." R. P. Dixit paullo aliter μόχθους ἐπόνησα infra 1366. In Flor. λόγους pro πόνους.

302. τῶν πρὶν MSS. et Edd. ante Barnesium, qui dedit e Scaligeri conjectura τῷ πρίν.—Maluit Valck. τοῖς πρίν.—sed facilius permutantur τῶι et τῶν.

303. ἔθελγεθ' Lasc. Ald. sed ἐτέγγεθ' MSS. omnes, et sic Musgr. Valck. Brunck. τέγγειν proprie est *aqua adspersa mollire.* De metaphorico hujus verbi usu videnda sunt quæ docte et eleganter disputavit Ruhnkenius ad Timæum p. 248. Conferas Æsch. Prom. 1007. Τέγγει γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσει κέαρ Λιταῖς. Hinc quoque ἄτεγκτος *durus, qui molliri nequit:* ut in Soph. Œd. Tyr. 336. Ἀλλ' ὧδ' ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ;

304. ἴσθι—εἰ θανεῖ, προδοῦσα σοὺς Παῖδας interpretatur Valcken. *Scias te prodidisse liberos quum morieris.*—Melius sensum attingit lingua nostra: *know that, if thou shalt die, thou wilt have betrayed thy children.*—Græci sæpe conjungunt verba οἶδα, γιγνώσκω, μανθάνω, αἰσθάνομαι, et ex his composita, cum participiis præsentis, perfecti et futuri, ut in notis istis Ξύνοιδα σοφὸς ὤν. Ἴσθι δύσποτμος γεγώς. Hunc Græcismum sumpsit Virgilius Æn. II. 376. *extemplo (neque enim responsa dabantur Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.* Quin et Miltonus nostras Parad. Amiss. IX. 792. Nonnunquam hæc formula cum participio Aoristi invenitur; conferendi versus hujus fabulæ 521. 896. Soph. Trach. 739. Τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι (τὸν δ' ἐμὸν λέγω Πατέρα) κατακτείνασα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ. Electr. 1200. Μόνος βροτῶν νῦν ἴσθ' ἐποικτείρας ποτέ.—vid. ad Alc. 150. (151.) et 438. (450.) ἴστω πορεύσας.

Verba π. τ. αὐ. Γ. θ. quæ διὰ μέσου dicta sunt, illustrentur per similes sententias Med. 28. ὡς δὲ πέτρος, ἢ θαλάσσιος Κλύδων, ἀκούει νουθετουμένη φίλων. Androm. 537. Τί με προσπίπτεις ἁλίαν πέτραν, Ἢ κῦμα λιταῖς ὡς ἱκετεύων; Pari sensu intelligendus est versus Æschyli Prom. Vinct. 1001. Ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως, παρηγορῶν. Shakespeare, *Merchant of Venice,* Act. 4. Sc. 1. *You may as well go stand upon*

γίγνου θαλάσσης), εἰ θανεῖ, προδοῦσα σοὺς
παῖδας, πατρῴων μὴ μεθέξοντας δόμων,
μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν Ἀμαζόνα,
ἣ σοῖς τέκνοισι δεσπότην ἐγείνατο
νόθον, φρονοῦντα γνήσι', οἶσθά νιν καλῶς,
Ἱππόλυτον. ΦΑΙ. οἴμοι. ΤΡ. θιγγάνει σέθεν τόδε.
ΦΑΙ. ἀπώλεσάς με, μαῖα, καί σε πρὸς θεῶν
τοῦδ' ἀνδρὸς αὖθις λίσσομαι σιγᾶν πέρι.
ΤΡ. ὁρᾷς; φρονεῖς μὲν εὖ, φρονοῦσα δ', οὐ θέλεις
παῖδάς τ' ὀνῆσαι, καὶ σὸν ἐκσῶσαι βίον.
ΦΑΙ. φιλῶ τέκν'· ἄλλῃ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι.
ΤΡ. ἁγνὰς μὲν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις.
ΦΑΙ. χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.
ΤΡ. μῶν ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τινος;
ΦΑΙ. φίλος μ' ἀπόλλυσ' οὐχ ἑκοῦσαν οὐχ ἑκών.
ΤΡ. Θησεύς τιν' ἡμάρτηκεν εἴς σ' ἁμαρτίαν;
ΦΑΙ. μὴ δρῶσ' ἔγωγ' ἐκεῖνον ὀφθείην κακῶς.
ΤΡ. τί γὰρ τὸ δεινὸν τοῦθ', ὅ σ' ἐξαίρει θανεῖν;
ΦΑΙ. ἔα μ' ἁμαρτεῖν· οὐ γὰρ εἴς σ' ἁμαρτάνω.
ΤΡ. οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι.

the beach, And bid the main flood bate his usual height; &c.

307. ἱππείαν vulgo contra metrum. ἱππίαν A. et Eustath. ad Il. Z. p. 656, 23=521, 31. indicante Porsono. Extat altera forma infra 1352. Similiter usi sunt Tragici vocibus δούλειος et δούλιος, Βακχεῖος et Βάκχιος, atque aliis ejusmodi.

312. Alio ordine habet Cod. A. τοῦδ' αὖθις ἀνδρός. Αὖθις, *posthac*. Hesychius, αὖθις. πάλιν, ἢ μετὰ ταῦτα. Vid. infra v. 896. et ibi notata.

315. χειμάζομαι proprie *tempestate jactor*. Usu metaphorico, ut hic, adhibetur in Eur. Suppl. 269. Ion. 966. Soph. Phil. 1460. Antig. 391. Aristoph. Ran. 361.

316. φορεῖς e duobus MSS. Brunckius, qui et in Soph. Œd. T. 1320. φορεῖν pro φέρειν edidit; utrumque male. αἱμάτων φέρεις X. Π. 702.

317. Orest. 1604. ΜΕ. Ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας. ΟΡ. ἀλλ' οὐ τὰς φρένας. Hic versus laudatur apud Athenæum XII. p. 530. D. ubi μιάσματα.

318. Verte, *num e calamitate ab inimico aliquo tibi illata?* ἐπακτόν. ἔξωθεν ἐπηγμένον. Hesych. Exponit Scholiastes, ἐπακτὴ (l. ἐπακτὸς) πημονὴ, ἔξωθεν ἐπαγομένη γοητεία παρὰ τῶν ἐχθρῶν.—Vide Ruhnken. Tim. p. 114. —Hunc et seq. versum adhibuit Auctor X. Π. 706–7.

320. σ' omittit Fl.

322. ἐξαίρειν hic est *excitare, impellere*, ut in Alcest. 346. (356.) Οὔτ' ἂν φρέν' ἐξαίροιμι πρὸς Λίβυν λακεῖν Αὐλόν. qua significatione sæpius dicitur ἐπαίρειν. Aristoph. Nub. 42. Ἥτις με γῆμαι 'πῆρε τὴν σὴν μητέρα. Vid. Ruhnken. ad Timæum, p. 119.

323. Corruptissime Fl. οὐ γαρ εἰσί μ' ἁμαρτεῖν.

324. Duportus, Scaliger, aliique corrigebant οὐδὲ σου λελείψομαι; sed muta-

ΦΑΙ. τί δρᾷς; βιάζει χειρὸς ἐξαρτωμένη.
ΤΡ. καὶ τῶνδε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε.
ΦΑΙ. κάκ', ὦ τάλαινα, σοί, τάδ' εἰ πεύσει, κακά.
ΤΡ. μεῖζον γὰρ ἤ σοῦ μὴ τυχεῖν, τί μοι κακόν;
ὀλεῖ. ΦΑΙ. τὸ μέντοι πρᾶγμ' ἐμοὶ τιμὴν φέρει.
ΤΡ. κἄπειτα κρύπτεις χρήσθ', ἱκνουμένης ἐμοῦ;
ΦΑΙ. ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν ἐσθλὰ μηχανώμεθα.
ΤΡ. οὔκουν λέγουσα τιμιωτέρα φανεῖ;
ΦΑΙ. ἄπελθε, πρὸς θεῶν, δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες.
ΤΡ. οὐ δῆτ', ἐπεί μοι δῶρον οὐ δίδως ὃ χρῆν.
ΦΑΙ. δώσω· σέβας γὰρ χειρὸς αἰδοῦμαι τὸ σόν.
ΤΡ. σιγῷμ' ἂν ἤδη· σὸς γὰρ οὑντεῦθεν λόγος.
ΦΑΙ. ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ, ἠράσθης ἔρον.

tione nihil opus. Sensus est, ut videtur, *Vincar igitur, si modo necesse est ut vincar, non volens, sed tua opera.* ἐν δὲ σοὶ λελ. *sed penes te est ut vincar.* Sic in Alcest. 279. (289.) Ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή. Contra Valckenaerius vertit ἐν σοί, *tuo judicio.*

325. ἐξηρτημένη e duobus Codicibus Matthiæus.

326. Καὶ σῶν γε γονάτων vulgo, sed τῶνδε γονάτων, quod exhibent Codd. B. D. verum esse judicavit Valckenaerius, et recepit Brunckius. Conf. Hec. 752. ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων. Androm. 892. Ἀγαμέμνονος παῖ, πρὸς σὲ τῶνδε γουνάτων, Οἴκτειρον ἡμᾶς.

328. μὴ τυχεῖν interpretatur Scholiastes στερηθῆναι.

329. ὀλεῖ. Hæc vox vulgo Phædræ tribuitur; Nutrici continuavit Brunckius, monente Valckenaerio. Sic quidem convenit Phædræ responsio, τὸ μέντοι πρᾶγμα (scil. τὸ ὀλέσθαι) ἐμοὶ τιμὴν φέρει. Ceterum ὀλεῖς in nota MSta probavit Musgravius, et integrum versum Phædræ tribuit. Certe in hujusmodi dialogis rara est singularis versus divisio.

330. Sic omnes Libri præter Parisiensem apud Valck. qui habet ἐμοί, mendose. Emendavit Brunckius ἱκνουμένην ἐμέ. Græci quidem κρύπτειν cum duplici accusativo sæpissime construunt, ut infra 918. Suppl. 296. ubi recte edidit Gaisfordius, Αἰσχρόν γ' ἔλεξας, χρήστ' ἐπικρύπτειν φιλούς· Hec. 570. Κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών. Sed neque ista exempla, neque alia quæ protulit Brunckius ad Æsch. Prom. 625. (630.) huic nostro prorsus similia sunt. Equidem censeo Euripidem hic prælaturum fuisse genitivum, quem vocant, absolutum, ut in Hec. 272. prætulit Ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ', ἀπαιτούσης ἐμοῦ, Ἄκουσον. ubi, nisi quod participium adjiciendum erat, dixisset Ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σε ἐμοί.

331. Lasc. Ald. et Codd. habent Ἐκ τῶν γὰρ ἐσθλῶν αἰσχρὰ μηχ. contra sensum. Sed αἰσχρῶν ἐσθλά, quod pro varia lectione suprascriptum habet MS. B. agnoscit quoque Scholiastes; et sic Musgr. Valck. Brunck. Audacius conjecit Musgr. ἄκη γὰρ αἰσχρῶν.

332. Sic hodie scribendum censeo: vid. Soph. Aj. 79. Orest. 1238. Vulgo οὐκοῦν sine interr.

333. Sic Cod. Flor. Ante Valck. editum erat δεξιᾶς τ' ἐμῆς μέθες, solœce. Statuit enim Dawesius Misc. Crit. p. 238. μεθιέναι cum accusativo, μεθίεσθαι cum genitivo ab Atticis conjunctum esse; et hanc regulam firmarunt Valcken. ad Phœn. 531. (522.) Porson. ad Med. 736. (734.)

336. Similis est versus Eur. Suppl. 109. Οἶδ'· ἀλλὰ τῶνδε μῦθος οὑντεῦθεν, τέκνον.

337. ἔρος Æolicum esse pro ἔρως docent Hesychius v. ἔρον, Etymol. M. v. ἔρος. Gregorius Corinthius p. 286.

ΤΡ. ὃν ἔσχε ταύρου, τέκνον; ἢ τί φῂς τόδε;
ΦΑΙ. σύ τ', ὦ τάλαιν' ὅμαιμε, Διονύσου δάμαρ.
ΤΡ. τέκνον, τί πάσχεις; ξυγγόνους κακοῤῥοθεῖς;
ΦΑΙ. τρίτη δ' ἐγὼ δύστηνος ὡς ἀπόλλυμαι.
ΤΡ. ἔκ τοι πέπληγμαι. ποῖ προβήσεται λόγος;
ΦΑΙ. ἐκεῖθεν ἡμεῖς οὐ νεωστὶ δυστυχεῖς.
ΤΡ. οὐδέν τι μᾶλλον οἶδ' ἃ βούλομαι κλύειν.
ΦΑΙ. φεῦ. πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἁμὲ χρὴ λέγειν;
ΤΡ. οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς.
ΦΑΙ. τί τοῦθ', ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾷν;
ΤΡ. ἥδιστον, ὦ παῖ, ταὐτὸν, ἀλγεινόν θ' ἅμα.
ΦΑΙ. ἡμεῖς ἂν εἶμεν θατέρῳ κεχρημένοι.
ΤΡ. τί φῄς; ἐρᾷς, ὦ τέκνον, ἀνθρώπων τινός;
ΦΑΙ. ὅστις ποθ' οὗτός ἐσθ' ὁ τῆς Ἀμαζόνος.

Eustathius ad Il. A. p. 136, 33 = 103, 8. Scholiastes Homeri Il. A. 469. et alii Grammatici. Vid. Koen. ad Gregorium. Comparatur γέλος, quod Æolicum est pro γέλως. Ἔρος frequens est apud Homerum, sed non nisi in nominativo vel accusativo: in Euripidis senariis quinquies occurrit; in melicis, Soph. Electr. 197. Post hunc versum nota interrogationis in editionibus male ponitur; quod et infra 351. factum est. Ex his et sequentibus sumpta quæ Ovidii Phædra dixit, Epist. Heroid. IV. 53. *Forsitan hunc generis fato reddamus amorem; Et Venus e tota gente tributa petat.—Pasiphae mater, decepto subdita tauro, Enixa est utero crimen onusque suo. Perfidus Ægides, ducentia fila secutus, Curva meæ fugit tecta sororis ope. En ego nunc, ne forte parum Minoïa credar, In socias leges ultima gentis eo.*

339. σὺ δ' Fl.

340. τί πάσχεις; interrogatio est Atticis usitata, quam plerumque interpretantur *Quid facis?* Mihi potius videtur congruere cum nostratium locutione *What ails you?*

341. Sic in Soph. Œd. Col. 331. legendum, Ὦ τῆσδε, κἀμοῦ. ΙΣΜ. δυσμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης. ubi δυσμόρου τ' sine auctoritate edidit Brunckius. "Malim ὧδ' ἀπόλλυμαι. Confer Soph. Ant. 919. Aj. 426. Σόλωνα pro Δόλωνα Aldus in Rhes. 525. σώματα pro δώματα Herc. 825." Elmsl.

343. Videtur sensus esse, *Ab ista re (amore scilicet) nos non recenter, sed jam olim infelices sumus.* Aliter ceperunt interpretes.

344. οὐδέν τοι Flor.

345. Vulgo ἅ μ' ἐχρῆν, perperam. ἁ' μὲ χρὴ servavit Aristophanes in Equit. 16. ubi hic versus Imperatori Demostheni lepide adsignatur; et sic Brunckius.

346. Hec. 743. Οὔ τοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων, Ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.

347. ἀνθρώπους ἐρᾷν pro simplici τὸ ἐρᾷν dictum esse arbitror. Vertas, *Quid est illud tandem quod vocant amare?* Recte contulit Valckenaerius Ovid. Metam. VII. 12. *mirumque, nisi hoc est, Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.* Corrigere tentavit Reiskius ὃ δὴ λέγουσιν ἐν ἀνθρώποις ἐρᾷν, et obsequentem habuit Brunckium.

349. ἡμεῖς δ' sine causa maluit Valck. Deinde κεχρημέναι Edd. et MSS. præter Cod. A. qui recte κεχρημένοι. Porsonus ad Hecub. 511. (509.) "Meminerint tirones Dawesiani canonis: Si mulier, de se loquens, pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet masculinum; si masculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem."

ΤΡ. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; ΦΑΙ. σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ,
κλύεις.
ΤΡ. οἴμοι, τί λέξεις; τέκνον, ὥς μ' ἀπώλεσας.
γυναῖκες, οὐκ ἀνασχέτ'· οὐκ ἀνέξομαι
ζῶσ'· ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος.
ῥίψω, μεθήσω σῶμ'· ἀπαλλαχθήσομαι
βίου θανοῦσα· χαίρετ'· οὐκέτ' εἴμ' ἐγώ.
οἱ σώφρονες γὰρ, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὅμως,
κακῶν ἐρῶσι. Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς,
ἀλλ' εἴ τι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ,
ἣ τήνδε, κἀμὲ, καὶ δόμους ἀπώλεσεν.
ΧΟ. ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ, στροφή.
ἀνήκουστα τᾶς τυράννου πάθεα
μέλεα θρεομένας.
ὀλοίμαν ἔγωγε, πρὶν † σὰν φίλαν

352. Vertit in sua Tragœdia Racinius, *Hippolyte! Grands Dieux!* Ph. *C'est toi qui l'as nommé.* Hunc versum respexerunt Plato in Alcibiade I. Tom. II. p. 113. C. Aristides Tom. III. p. 27. C. quod notavit Valck.

353. τί λέξεις; monuit Valckenaerius eum scribendi modum pro τί λέγεις; in talibus esse Euripidi peculiarem. Vid. Hec. 511. 1124. Phœn. 1274. Ion. 1113. Helen. 779. Med. 1310. Οἴμοι, τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι. Videtur Hermanno ad Viger. p. 735. ea formula proprie indicare, *Quo tandem progredieris, hoc facto initio?* Interrogatio post τέκνον vulgo posita erat: mutavit Valck.

354. ἀνέχεσθαι cum participio apud Atticos sæpe conjungitur. Med. 38. οὐδ' ἀνέξεται κακῶς Πάσχουσ'. Æsch. Pers. 838. Μόνης γὰρ, οἶδα, σοῦ κλύων ἀνέξεται. Soph. Aj. 211. Electr. 1028. Plura hujus structuræ exempla videas apud Valck. in Phœn. 547. (550.)

356. ἀπαλλαγήσομαι X. II. 369. verum asperam formam, ut antiquiorem, prætulere Tragici. Non desunt tamen alterius exempla, etsi rariora. Vid. Porson. ad Phœn. 972. (986.)

358. Voces ἀλλ' ὅμως in fine senarii frequentabat Euripides: quem morem ridens sæpe imitatus est Aristophanes.

359. Supprimitur μόνον, ut in Hec. 1121. Ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως. Phœn. 1496. Σὰ δ' ἔρις, οὐκ ἔρις, ἀλλὰ φόνῳ φόνος Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε. Alcest. 231. (235.) "*Hujus ellipseos exempla suppeditabunt Jos. Scaliger ad Varronem de R. R.* III. p. 244. *Dan. Fessel. Adversar. Sacr.* IV. 3. *Joan. Davis. ad Cicer. Tusc. Disput.* V. 6, *et ad Cicer. de Natur. Deor.* II. 64. *et Lambert. Bos. in voce.*" R. P.

362. His respondent metra antistrophica infra 665.

363–4. Hos versus ita divisi, ut fierent Dochmiaci, cujus etiam generis sunt vv. 365. 366. 367. 371. 372. 374. Asynarteti sunt vv. 368. 369. e Cretico et Dochmiaco constantes. Conf. Æsch. Suppl. 112. Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρουμένα Λέγω λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ. Quæ, etsi vulgatum ordinem reliquit Burneius, in versus Dochmiacos distribuenda sunt.

365. Hæc vertit Ratallerus, *O utinam ante Inteream, quam domina ista tua Mœsto perdat funere vitam.* Quæ interpretatio, etsi Valckenaerio satis commoda visa est, mihi certe non satisfacit. Dixit quidem Noster Suppl. 1004. καταλύσουσα βίοτον; sed vereor ut καταλῦσαι φρένα idem valere possit ac καταλῦσαι βίοτον, nec dubito quin corruptela

καταλῦσαι φρένα.
ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ·
ὦ τάλαινα τῶνδ᾽ ἀλγέων·
ὦ πόνοι τρέφοντες βροτούς.
ὄλωλας, ἐξέφηνας εἰς φάος κακά.
τί σε παναμέριος ὅδε χρόνος μένει;
τελευτάσεταί τι καινὸν δόμοις.
ἄσημα δ᾽ οὐκέτ᾽ ἐστὶν οἷ φθίνει τύχα
Κύπριδος, ὦ τάλαινα παῖ Κρησία.
ΦΑΙ. Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ᾽ ἔσχατον
οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον,

aliqua in his vocibus lateat: hanc opinionem firmat magna lectionum varietas. *φιλίαν* habent Codd. B. D. *φρενῶν* Ald. et B. pro var. lect. *φιλίαν καταινῦσαι φρενῶν* A. Fl. et Lasc. Hinc aliquis legendum arbitretur *καθανύσαι*, nam *ἀνύτω* asperum spiritum habet: nec tamen video quomodo ex ista lectione sensus idoneus exprimi possit. Hesychius explicat *καθανύσαι. συντελέσαι.* *πρίν σ᾽ ἂν φ. κ. φ.* quod edidit Musgravius, solœcum est. Græci dicebant *πρὶν σε θανεῖν*, et *πρὶν ἂν σὺ θανῇς*, non item *πρὶν ἂν σε θανεῖν*. Præterea non debebat pronomen inter *πρὶν* et *ἂν* interponi. Hunc locum, cum nihil certi habeam, quod in textum reponam, aliorum sagacitati commendo.

Postea, a doctissimo Elmsleio monitus, rescripsi *πρὶν σᾶν, φίλα, Καθανύσαι φρενῶν.* propter Soph. Electr. 1451. *Ἔνδον· φίλης γὰρ προξένου καθήνυσαν.*—Hodie correctioni Elmsleianæ diffido; et graviorem aliquam corruptelam in his vocibus inesse suspicor.

367. Sic MSS. A. Fl. Aldus duplicat *μοι*. Lascaris *ἰώ μοι μοι φεῦ.*

369. Verbi *τρέφειν* videtur sensus esse, *prosequi more nutricis*. Comparat Musgravius Soph. Trach. 116. *Οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ Τρέφει, τὸ δ᾽ αὔξει βιοτου Πολύπονον, ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον.* Philemonem Stobæi LXVI. p. 420, 47. p. 281. Ed. Grot. *Τὸν μόνιον ὄντα καὶ κακῇ τύχῃ τρέφει.* ubi lectionem Gesneri et Bentleii *Τὸν δὲ μόνον ὄντα*, probavit Porsonus in Advers. p. 296. Casaubonus in Animadv. in Athenæum VII. c. 18. p. 549. plurima dedit exempla verbi *τρέφειν* apud Sophoclem pro *ἔχειν* adhibiti; ut in *φόβον τρέφειν, νόσον τρέφειν.* Sed tales locutiones cum Euripideis nostris parum apte comparantur.

371. Adjectivum *πανημέριος* apud Homerum frequens est, et significat *per totum diem*, quo sensu Attici aliam formam *πανήμερος* usurpabant. vid. Æsch. Prom. 1024. Soph. Trach. 660. Aristoph. Ran. 387. *Παναμέριος* extat in Nostri Ion. 122. Scholiastes interpretatur, *τίς ἄρα σε χρόνος ἐκ πασῶν τῶν ἡμερῶν οὗτος ἐξεδέχετο, ᾧ τὰ τοῦ ἔρωτος νοήσασα ἐξέφηνας*; ubi pro *νοήσασα* corrigendum *νοσήματα*. Brunckius e Musgravii conjectura edidit *τίς σ᾽ ὦ παναμέριος ὅδε πόνος μίμνει.*—Nunc demum correxi *τί* pro *τίς*, et metro et sententiæ consulens. *παναμέριος ὅδε χρόνος* valet *ἥδε ἡμέρα*.

372. Vulgo *τελευτήσεται.* sed *τελευτᾶσαι τε* Flor. unde vidit Valck. legendum esse *τελευτάσεται.* quod edidit Brunck. Inter *αι* et *ε* frequens est confusio: in hoc versu pro *καινὸν* Aldina habet *κενόν*. Deest *δόμοις* in E. et Lasc.

373. Vide supra ad. v. 269. *οἷ φθίνει*, *quo cadit*, metaphora sumpta a Sole vel astro in occasum vergente.

376. *προνώπιον* Hesychius et Suidas exponunt per *πρόθυρον*, id est, *vestibulum*, ad hunc locum respicientes. Hesychius etiam *προνώπια, τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν· κάθαπερ ἐνώπια, τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται.* similia habet Pollux. Vid. Bacch. 639. *Εἰς προνώπι᾽ αὐτίχ᾽ ἥξει.* Docet Eustathius ad Il. A. p. 82, 35=62, 14. et rursus ad Il. B. p. 312, 14=236, 14. hanc vocem contractam esse e *προενώπιον*, quod si constaret,

ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ
θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος·
καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
πράσσειν κάκιον· ἔστι γὰρ τό γ' εὖ φρονεῖν
πολλοῖσιν· ἀλλὰ τῇδ' ἀθρητέον τάδε·
τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν,
οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'· οἱ μὲν ἀργίας ὕπο,
οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ
ἄλλην τιν'· εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου,
μακραί τε λέσχαι, καὶ σχολὴ, τερπνὸν κακὸν,
αἰδώς τε· δισσαὶ δ' εἰσίν· ἡ μὲν οὐ κακὴ,
ἡ δ' ἄχθος οἴκων· εἰ δ' ὁ καιρὸς ἦν σαφὴς,
οὐκ ἂν δύ' ἤτην ταὔτ' ἔχοντε γράμματα.

legendum esset *προὐνώπιον*. sed profecto fluxit ab adjectivo *προνωπὴς*, quod explicatur per *εἰς τοὔμπροσθεν φερόμενος*. Anglice, *forward*. Androm. 729. *Ἄγαν προνωπὴς εἰς τὸ λοιδορεῖν φέρει.* Alcest. 143. (144.) 186. (187.) Ceterum regio Trœzenia Peloponnesi vestibulum dicitur, utpote quæ prima ab Oriente peninsulæ pars Atticæ objecta erat.—Sic Pindar. Ol. XIII. 4. *Κόρινθον Ἰσθμίου πρόθυρον Ποτειδᾶνος.* De situ et monumentis Trœzenis vide quæ dedit Leakius *Itin. Peloponn.* T. II. pag. 442.

377. Hæc ridet Aristophanes in Equit. 1287. apertius vero in Ran. 931. *Ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα, Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρύω ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις.* sic scripsi pro vulgato *ἱππαλεκτρύονα*, quod metri leges violat, ex emendatione Porsoni, cujus notitiam debeo Dobræo. Vid. Supplem. Præf. ad Hec. p. xlii. (40.) Epicharmi versus emendatos citat Porsonus in Addend. in Not. ad Hec. 1161. *Αἴτε τι ζητεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμητέον.* Καί, *Πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται.* Eustathius hæc citans ad Il. B. p. 168, 4=127, 16. monet respicere Nostrum ad locutionem proverbialem *ἐν νυκτὶ βουλή*, unde etiam Nox *εὐφρόνη* vocatur.

381. *τάδε* Ald. *τόδε* Lasc. et MSS. sed pluralem in talibus prætulere Tragici.

382. Eadem tautologia, si sit tautologia, legitur in Iphig. Taur. 490. (471.) *τὰς γὰρ ἐνθάδε Θυσίας ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν.* Vv. 382—6. laudat Stobæus XXX. p. 290, 47. Gesn. p. 133. Grot.

383. Aliam lectionem Κοὐκ *ἐκπονοῦμεν* habent E. P. et Lasc. Conf. Eur. Fragm. Chrysippi II. (Fr. 830.) *Αἶ, αἶ· τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν, Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.* Ovid. Met. VII. 20. *video meliora, proboque; Deteriora sequor.*—Senec. Hippolyt. 604. *Vos testor omnes Cœlites hoc quod volo me nolle.*

384. *προσθέντες* Fl.

386. "*μακραὶ δὲ Stobæus Trincavelli* xxviii." R. P.

387. Hæc adumbrata ex Homerico (Il. Ω. 44.) *οὐδέ οἱ αἰδὼς Γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.* Eandem sententiam expressit Euripides in Fragm. Erechthei apud Clem. Alexandr. Strom. VI. p. 621. B. (Fr. 364.) *Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι· Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὖ κακὸν μέγα.* Ubi male legitur in Edit. Paris. *Αἰδοῦς καὶ αὐτός.* Nostra citat Plutarchus de Virtut. Moral. Tom. II. p. 448. F. Confert V. D. Jac. Tate Hesiod. Op. et D. 11. *Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω· τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας, Ἡ δ' ἐπιμωμητή. κ.τ.λ.*

389. *ἤστην* vulgo: sed *ἤτην* Homeri Scholiast. Venet. ad Il. A. 104. Pro *γράμματα* MSS. A. B. *πράγματα*. sed *γράμματα* Eustathius ad Il. Θ. p. 723, 15 = 613, 24. citans in exemplum

ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω προγνοῦσ' ἐγὼ,
οὐκ ἔσθ' ὁποίῳ φαρμάκῳ διαφθερεῖν
ἔμελλον, ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν.
λέξω δὲ καί σοι τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.
ἐπεί μ' ἔρως ἔτρωσεν, ἐσκόπουν ὅπως
κάλλιστ' ἐνέγκαιμ' αὐτόν. ἠρξάμην μὲν οὖν
ἐκ τοῦδε σιγᾶν τήνδε καὶ κρύπτειν νόσον.
γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστὸν, ἣ θυραῖα μὲν
φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται,
αὐτὴ δ' ὑφ' αὑτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά.
τὸ δεύτερον δὲ, τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν,
τῷ σωφρονεῖν νικῶσα, προὐνοησάμην.
τρίτον δ', ἐπειδὴ τοισίδ' οὐκ ἐξήνυτον
Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι
κράτιστον· οὐδεὶς ἀντερεῖ βουλεύμασιν.
ἐμοὶ γὰρ εἴη μήτε λανθάνειν καλὰ,
μήτ' αἰσχρὰ δρώσῃ μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν.

Atticæ syntaxeos, qua pro femininis dualibus masculina, in articulis præsertim et participiis, adhibentur. Præivit Homerus Il. Θ. 455. ubi πληγέντε κεραυνῷ de Junone et Minerva dictum est.—Ita quoque Hesiod. O. & D. 197. προλιπόντ' ἀνθρώπους Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. Vide ad Sophocl. Electr. 977. Heindorf. Plat. Phædr. p. 237. δύο τινὲ ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε.—γράμματα legerat etiam Menander Athenæi XIII. p. 571. E. qui Nostrum imitatus est, observante Valckenaerio. Sensus est; *Si vero utriusque occasio certa esset, res duæ non iisdem literis*, id est, *eodem nomine, designarentur*. Perperam vulgo ταῦτ'. recte tamen Lascaris ταῦτ' ἔχον γε Fl.

390. Vulgo φρονοῦσ'· sed προγνοῦσ' e Codice A. ediderunt Musgravius et Brunckius.

391. διαφθείρειν significat *abolere*, hic vero usu metaphorico, *oblivisci*. Eodem modo usurpatur διολλύναι, Soph. Œd. Tyr. 317. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ Εἰδὼς διώλεσ'· οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην. Contra σώζειν est *recordari* in Helen. 266. σώζεσθαι Eur. Suppl. 916. Ἃ δ' ἂν μάθῃ παῖς, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ Πρὸς γῆρας. Soph. Trach. 682. et alibi. Vid. Porson. Suppl. Præf. ad Hec. p. xxxiii. (31.)

397—9. Habet Stobæus XXXVI. p. 216, 52. Grot. p. 142. Optime vertit Grotius *Nam nullam habere convenit linguæ fidem, Consilia cordi quæ scit alieno dare, Suis laboret ipsa cum semper malis.*

400. Ovidii Phædra, Heroid. IV. 151. *Et pugnare diu, nec me submittere culpæ Certa fui, certi si quid haberet amor.* τὸ δεύτερόν τε Codd. A. Fl.

402. Vulgo τοῖσιν. Edidi post Brunckium τοισίδ', quod extat in Orest. 1125. Heraclid. 965. Eandem correctionem adhibuit Porsonus Medeæ v. 1295. (1292.) τοισίδ' pro τοῖσιν reponendum est in Nostri Iphig. T. 747. (729.) et alibi. Vid. infr. ad v. 1391. De formis ἀνύτω et ἀρύτω, quæ pro communibus ἀνύω et ἀρύω Atticis in usu erant, vide Porsonum ad Phœniss. 453. (463.)

404. βουλευμάτων Flor.

τὸ δ᾽ ἔργον ᾔδη, τὴν νόσον τε δυσκλεᾶ.
γυνή τε πρὸς τοῖσδ᾽ οὖσ᾽ ἐγίγνωσκον καλῶς,
μίσημα πᾶσιν. ὡς ὄλοιτο παγκάκως,
ἥτις πρὸς ἄνδρας ἤρξατ᾽ αἰσχύνειν λέχη
πρώτη θυραίους. ἐκ δὲ γενναίων δόμων
τόδ᾽ ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν.
ὅταν γὰρ αἰσχρὰ τοῖσιν ἐσθλοῖσιν δοκῇ,
ἦ κάρτα δόξει τοῖς κακοῖς εἶναι καλά.
μισῶ δὲ καὶ τὰς σώφρονας μὲν ἐν λόγοις,
λάθρα δὲ τόλμας οὐ καλὰς κεκτημένας·
αἳ πῶς ποτ᾽, ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι,
βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν,
οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην,
τέρεμνά τ᾽ οἴκων, μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ;

407. ᾔδειν Lasc. Ald. Sed ᾔδη habent quatuor Codices, recte: nam hæc est Attica plusquam perfecti forma; quod monuerunt veteres Grammatici. Permulta loca ubi librariorum inscitia invexit communes formas ᾔδειν, ἐπεποίθειν &c. correxerunt Viri docti. De hac re consulas Dawesium Miscell. Crit. p. 232. Piersonum ad Mœrin p. 173—4.

408. γυνὴ δὲ unus Codex. Hæc verba recte interpretatus est Valck. *Præterea quoque me probe noveram esse mulierem, rem omnibus odiosam.* Similis est Creusæ querela in Nostri Ion. 398. Τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας· Κἂν ταῖς κακαῖσιν αἱ ᾽γαθαὶ μεμιγμέναι Μισούμεθ᾽· οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν. Valckenaerius attulit Tragicorum loca, in quibus μῖσος, μίσημα, στύγος, et στύγημα de personis dicuntur: Med. 1323. Ὦ μῖσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι Θεοῖς τε, κἀμοί, παντί τ᾽ ἀνθρώπων γένει. Soph. Electr. 289. Ὦ δύσθεον μίσημα. Verum nostri loci ratio aliquantum diversa est: similis constructio in Heliodor. Æthiopic. VI. 9. Tom. II. p. 108. ed. Mitscherl. οὐκ ἐννοήσεις ἄνθρωπος οὖσα, πρᾶγμα ἀστάθμητον, καὶ ὀξείας ῥοπὰς ἐφ᾽ ἑκάτερα λαμβάνον; De constructione dictum est supra ad v. 304.

409. ὥστ᾽ ὄλοιτο e membranis, ut videtur, tacite edidit Brunckius: sed proculdubio recte se habet ὡς ὄλοιτο. nam particula ὡς cum optativo in initio sententiæ significat *utinam*, ut in Homeri Iliad. Σ. 107. Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν, ἔκ τ᾽ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. Soph. Electr. 126. ὡς ὁ τάδε πορὼν Ὄλοιτ᾽.

413.—"δοκῇ sc. εἶναι καλά, e sequente versu: vel duplici sensu accipiendum δοκεῖν; *si turpia* placebunt *generosis, hæc honesta* videbuntur *plebeiis.*" Matthiæ.

417-18. Hos versus sumpsit Eumathius de Ismeniæ et Ismenes Amor. x. p. 373. priorem leviter mutatum Xenarchus Comicus apud Athenæum XIII. p. 569. D. quod indicavit Valck.

420. τέραμνά τ᾽ Lasc. vv. 419, 420. adhibuit Lucianus Adversus Indoctum, Tom. III. p. 123, 54. Conferas infra v. 1077. Æschyl. Agam. 37. οἶκος δ᾽ αὐτὸς, εἰ φθογγὴν λάβοι, Σαφέστατ᾽ ἂν λέξειεν. Nostri Androm. 923. ὡς δοκοῦσί μοι Δόμοι γ᾽ ἐλαύνειν φθέγμ᾽ ἔχοντες οἵδε με. Cicer. pro Cœlio, 24. *Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat? non parietes conscios? non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet?* Juvenal. Sat. IX. 102. *O Corydon, Corydon, secretum divitis ullum Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquentur, Et canis, et postes, et marmora.* Non absimilia sunt in Shakespearii tragœdia *Macbeth*, Act. II. Sc. I.

ἡμᾶς γὰρ αὐτὸ τοῦτ' ἀποκτείνει, φίλαι,
ὡς μή ποτ' ἄνδρα τὸν ἐμὸν αἰσχύνασ' ἁλῶ,
μὴ παῖδας, οὓς ἔτικτον· ἀλλ' ἐλεύθεροι,
παῤῥησίᾳ θάλλοντες, οἰκοῖεν πόλιν
κλεινῶν Ἀθηνῶν, μητρὸς οὕνεκ' εὐκλεεῖς.
δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.
μόνον δὲ τοῦτό φασ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ,
γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν, ὅτῳ παρῇ·
κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην', ὅταν τύχῃ,
προσθεὶς κάτοπτρον, ὥστε παρθένῳ νέᾳ,
χρόνος· παρ' οἷσι μήποτ' ὀφθείην ἐγώ.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ· τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν,
καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.

421. *ἀποκτενεῖ* Ald. sed *ἀποκτείνει* restituerunt ultimi editores ex A. P. et Lasc. Idem error sublatus est infra 1067. *ἀποκτεῖναι* Flor.

423. *ἐλευθέρως* Aldus, non male; sed paullo melior altera lectio *ἐλεύθεροι*, quam exhibent A. D. P. Fl. Lasc. et receperunt Musgr. Valck. Brunck.

424. *θάλοντες* Lasc.

426-7. Bis laudantur apud Plutarchum, de Liberorum Educatione Tom. II. p. 1. C. et de Audiendis Poetis p. 28. C. Sex vv. 426—431. exhibet Stobæus LXXXVIII. p. 501, 12, p. 363. Ed. Grot. Citat Diog. Laer. Bion. *Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύστομός τις ᾖ.*

428. *μόνον δέ φασι τοῦθ' ἁμ. β.* Stobæus Trincavelli, et Stobæi MS. et sic Brunck. Mox *ὅταν παρῇ* Stobæus. Corrupte Fl. *φράστ' ἁμ.* et *παρῆν*. Vertit Grotius, *Unum sed aiunt esse par vitæ bonum, Cum rectus animus nil sibi conscit mali.* Verbum *ἁμιλλᾶσθαι* hic significat *durando certare*. Quoad sententiam comparari possunt Sophocles Philoct. 1443. *οὐ γὰρ ἡὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς· Κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται.* (Ita hunc locum dedere nuperi Editores pro *ἡ γὰρ εὐσέβεια σ. βρ.* e correctione Dawesii Misc. Crit. p. 241. quam contra Tyrwhittum defendit Porsonus in Append. ad Toup. p. 448.) Euripides in Fragm. Temenid. apud Stobæum I. p. 1. 9. (Fr. 722.) *Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται, Ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ Ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.*

431. *προσθεὶς* Ald. Fl. et Stobæi Ed. Trincav. *προθεὶς* Lasc. cum plerisque MSS. solito librariorum errore, quem secuti sunt Musgr. et Brunck. Deinde vulgo *παρθένος νέα.* sed meliorem lectionem *παρθένῳ νέᾳ* servarunt A. Scholiast. et sic Musgr. Brunck. Stobæus Trincav. et Stobæi Cod. Sensus est, *Ut virgini ministra sua, ita menti hominis speculum affert tempus.* Conferunt Viri docti Terentium Adelph. Act. III. Sc. 3. 60. *denique Inspicere tanquam in speculum in vitas omnium Jubeo.*

433. *ἁπανταχοῦ* Aldus, ut vulgo; et sic X. Π. 547. *ἁπανταχῇ* E. P. Lasc. et Stobæus, hunc et sequentem versum exhibens, v. p. 63, 49. p. 37. Grot. *τὸ σῶφρόν πως*, Lasc.

434. *καρπίζεται* Codd. A. B. D. E. et hoc quidem post Musgravium et Brunckium in prima editione amplexus eram, vice alterius lectionis *κομίζεται*, quod habent Lasc. Ald. Stobæus, et X. Π. 547. Cum autem ad *δευτέρας φροντίδας* ventum est, vidi *καρπίζεσθαι* pro *καρποῦσθαι* Tragicis haud usitatum esse. Spurius est versus Æsch. Theb. 601. *Ἄτης ἄρουρα θάνατος ἐκκαρπίζεται.* Verba Scholiastæ Pindari, Nem. IX. 110. a Musgravio citata, *δόξαν εὐκλεᾶ καρπούμενος*, e tragœdia desumpta esse

ΤΡ. δέσποιν', ἐμοί τοι ξυμφορὰ μὲν ἀρτίως
ἡ σὴ παρέσχε δεινὸν ἐξαίφνης φόβον.
νῦν δ' ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα· κἀν βροτοῖς
αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
οὐ γὰρ περισσὸν οὐδὲν, οὐδ' ἔξω λόγου
πέπονθας· ὀργαὶ δ' εἴς σ' ἀπέσκηψαν θεᾶς.
ἐρᾷς. τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν.
κἄπειτ' ἔρωτος οὕνεκα ψυχὴν ὀλεῖς;
οὔ τ' ἄρα λύει τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας,

credo. Quin et Demosthenes adv. Leptinem, 56. p. 478, 1. Ed. Reisk. *ὅτου γὰρ ἂν τις παρ' ἡμῶν ἀγαθοῦ τοῖς ἄλλοις αἴτιος γένηται, τούτου τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καρποῦται.* Credit Valck. Euripidem *καρπίζεται* in priore hujus fabulæ editione scripsisse, mox mutasse in *κομίζεται.*

435. *ἐμοί τε* Flor.

437. De constructione vid. supra ad v. 304. *φαῦλος*, perinde ac alia quædam adjectiva, modo duorum generum est, modo femininam formam *φαύλη* adhibet. Extat quidem *φαύλην* apud Nostrum in Med. 807. Non aliter feminina sunt *μάταιον* Iphig. T. 628. (608.) *ὀρφανὸν* Hec. 151. *στεῤῥὸς* Hec. 296. *γενναῖος* Hec. 592. *δίκαιος* Iph. T. 1202. (1169.) *μέλεος* Orest. 207. *βρύχιον* Pers. 397. et plura ejusmodi, quorum alibi leguntur femininæ formæ *ματαία, δικαία, μελέα,* &c.

438. Hic versus quasi e Nostri Cretensibus citatur apud Athen. XIV. p. 640. B. Proverbium, si quod aliud, tritum, extat iisdem fere vocibus apud Eustathium ad Il. B. p. 195, 24=148, 6. et ad Il. H. p. 689, 54=567, 13. utrobique Ed. Basil. mendose *σοφότεραι.* Versum citat idem ad Il. B. p. 164, 31=124, 31. Noster Suppl. 1082. Ἀλλ' *ἐν δόμοις μὲν ἤν τι μὴ καλῶς ἔχῃ, Γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα.* Citat Egertonus Cic. Philipp. XII. 2. *posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse.*

440. *ἐπέσκηψαν* vulgo. Sed cum haberet Cod. A. *εἴ σ' ἀπέσκηψαν*, edidit Brunckius, monente Valckenaerio, *εἴς σ' ἀπέσκηψαν*: recte, ut opinor; *ἐπισκήπτειν* enim apud Tragicos plerumque sensu *mandandi* adhibetur. *ἀποσκήπτειν, ἐνσκήπτειν, κατασκήπτειν, ἐγκατασκήπτειν* de malis divinitus irruentibus dicuntur; quod exemplis ostendit Valck. Sic infra 1416. Ὀργαὶ *κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας.* In nostro versu non displiceret *ἐνέσκηψαν.*

441. Hæc in usus suos converterunt Eumathius de Ism. Amor. III. p. 73. et Heliodorus Æthiopic. IV. 10. p. 239. Contulit Valck. Herodotum VI. 68. *οὔτε γὰρ, εἴπερ πεποίηκάς τι τῶν λεγομένων, μούνη δὴ πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ.* Conf. infr. 836. et ibi notata.

443. Vulgo *οὐκ ἆρά γ' οὐ δεῖ*, quæ cum manifeste vitiosa essent, infelicibus conjecturis tentarunt Viri docti: Scaliger *οὐκ ἆρα νοῦ δεῖ.* Reiskius *οὐκ ἐράσετ' ἔτ' οὐδεὶς, οἵ τ'.* Heathius *οὐκ ἀρά γ' εὖ'χει.* Musgravius *οὐκ ἆρά γ' ἡδὺ*, vel *οὐκ ἆρα δεινόν.* Scholiastes exponit per *οὐ λυσιτελεῖ, οὐ συμφέρει*: unde vidit tandem Valckenaerius eum legisse *λύει*: cumque plurimi MSS. cum Lasc. exhiberent *οὔ τ' ἆρα*, ipse correxit *οὔ τ' ἆρα λύει*, quam proxime vero: in uno tantum leviter erravit Vir summus: copula *τε* hic locum non habet. *οὔτ' ἆρα* est *οὔ τοι ἆρα*, diphthongo *οι*, quæ elidi non potest, cum brevi vocali crasin efficiente: quod persæpe fit apud Atticos poetas, præsertim in *τοι ἆρα* et *τοι ἄν.* vid. infra 482. 1032. 1411. Hæc crasis, quam vix unquam librarii perceperunt, restituta est a Porsono Medeæ v. 867. (863.) Sophoclis Ajaci, v. 534. extat Trachin. 279. 322. Soph. Electr. 404. Æsch. Prom. 395. Theb. 552. Agam. 870. Nostri Iphig. Aul. 965. (867.) et alibi, licet plerumque vel a librariis corrupta, vel ab interpretibus parum percepta. Exempla apud Aristophanem plurima dedit Elmsleius ad Acharn. 323. Ceterum loci sententiam bene illustrat Ovidius Amor. II. 5. 1. *Nullus amor tanti est (abeas pharetrate*

ὅσοι τε μέλλουσ', εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.
Κύπρις γὰρ οὐ φορητὸν, ἢν πολλὴ ῥυῇ·
ἣ τὸν μὲν εἴκονθ' ἡσυχῇ μετέρχεται,
ὃν δ' ἂν περισσὸν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα,
τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισε.
φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ', ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ
κλύδωνι Κύπρις· πάντα δ' ἐκ ταύτης ἔφυ.
ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα καὶ διδοῦσ' ἔρον,
οὗ πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν' ἔκγονοι.
ὅσοι μὲν οὖν γραφάς τε τῶν παλαιτέρων
ἔχουσιν, αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαις ἀεὶ,
ἴσασι μὲν, Ζεὺς ὥς ποτ' ἠράσθη γάμων

Cupido) Ut mihi sint toties maxima vota mori. λύει pro λυσιτελεῖ, *tanti est*, occurrit in Med. 566. 1112. 1362. (1359.) Σάφ' ἴσθι· λύει δ' ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς. (ubi vid. Porson.) Alc. 627. (644.) Sophocl. Electr. 1005. Plenius in Œdip. T. 316. Φεῦ, φεῦ· φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη Λύει φρονοῦντι. Hesychius λύει· λυσιτελεῖ.

445. φορητὸς MSS. et Edd. ante Valckenaerium, qui e Stobæo LXI. p. 386, 36. (p. 239. Grot.) reposuit φορητὸν, recte: hunc loquendi modum adamavit Euripides. Vid. supra, 108. Orest. 232. 234. Phœn. 355. 374. 962. ubique subauditur χρῆμα. Tritissima sunt hujus structuræ exempla apud Latinos, *Triste lupus stabulis. Dulce satis humor. Varium et mutabile semper Femina.* Deinde comparant Editores Horatianum, Carm. I. 19. 9. *In me tota ruens Venus Cyprum deseruit.* πολλὴ est *vehemens, nimia.* ut Iph. Aul. 558. (476.) Καὶ μετέχοιμι τᾶς 'Αφροδίτας, πολλὰν δ' ἀποθείμαν.—Sic Latini *multus fluens;* vide Bentl. Horat. Serm. I. vii. 28.

446. ἥκονθ' duo Codd. et Stobæus Trincavelli.

447. περισσὰ Stobæus loc. cit. male: vid. infra 952. Deinde σωφρονοῦνθ' Flor. pro quo Is. Vossius male proposuit σωφρονεῖν θ'. frequens est φρονεῖν μέγα apud Tragicos, præsertim Nostrum, et significat *superbire;* ut supra v. 6. Orest. 808. Phœn. 41. Electr. 1120. hinc etiam Phœn. 703. Ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν. id est, *Thebas despicere.*—αὖ pro ἂν e tribus MSS. Matthiæ.

448. Voces πῶς δοκεῖς interpositæ spiritum quendam orationi addunt. Sic Noster Hec. 1160. Κᾆτ' ἐκ γαληνῶν, πῶς δοκεῖς, προσφθεγμάτων Εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν' ἐκ πέπλων ποθὲν Κεντοῦσι παῖδας. Aristoph. Ran. 53. ἐξαίφνης πόθος Τὴν καρδίαν ἐπάταξε, πῶς οἴει, σφόδρα. Eccles. 399. Κᾆπειθ' ὁ δῆμος ἀναβοᾷ, πόσον δοκεῖς. De his et similibus formulis egit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 475, 25.

449. Cuivis hæc legenti in mentem veniet carminis Lucretiani initium. Valckenaerius laudat versus Sophoclis Phædræ apud Stobæum LXI. p. 388, 24. (Fr. 607.) Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται, Οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω Ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται. Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται. Tres priores Euripidi adscribit Clemens Alex. Strom. VI. p. 633. D.

451-2. Habet Plutarchus in Erotic. Tom. II. p. 756. D. ἔγγονοι Ald. sed ἔκγονοι Lasc. Plutarch. et X. II. 49. cum MSS. nonnullis.

454. Locutionem ἐν μούσαις εἶναι de Poetis vel etiam Historicis intelligit Eustath. ad Il. B. p. 262, 2 = 198, 30. huc respiciens: ὥστε ἐν τῷ, Μῆνιν ἄειδε θεὰ, προσυπακουστέον τὸ, δι' ἐμοῦ ὃς ἀεὶ ἐν μούσαις εἰμί· ὃ δὴ περὶ τῶν ποιητῶν ἢ τῶν ἁπλῶς λογίων Εὐριπίδης φησί.—Ælian. V. H. IX. iv. Πολυκράτης ὁ Σάμιος ἐν μούσαις ἦν.

Σεμέλης· ἴσασι δ', ὡς ἀνήρπασέν ποτε
ἡ καλλιφεγγὴς Κέφαλον εἰς θεοὺς Ἕως,
ἔρωτος οὕνεκ'· ἀλλ' ὅμως ἐν οὐρανῷ
ναίουσι, κοὐ φεύγουσιν ἐκποδὼν θεούς,
στέργουσι δ', οἶμαι, ξυμφορᾷ νικώμενοι·
σὺ δ' οὐκ ἀνέξει; χρῆν σ' ἐπὶ ῥητοῖς ἄρα
πατέρα φυτεύειν, ἢ 'πὶ δεσπόταις θεοῖς
ἄλλοισιν, εἰ μὴ τούσδε γε στέρξεις νόμους.
πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν,
νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾷν;
πόσους δὲ παισὶ πατέρας ἡμαρτηκόσι
ξυνεκκομίζειν Κύπριν; ἐν σοφοῖσι γὰρ

456. Aliter Homerus Odyss. O. 250. Ἀλλ' ἤτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν Ἠὼς, Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

458. Valckenaerius citat locum simillimum ex Herc. Fur. 1318.

459. θεοὶ pro θεοὺς Markland.

460. *στέργουσι, they acquiesce.* In hoc sensu στέργειν frequentatur, plerumque quidem cum accusativo, ut infra 463. nec raro tamen cum dativo.—συμφοραῖς X.II. 1062.—ξυμφορᾶς Flor. quod defendi possit per Æsch. Suppl. 1005. ἱμέρου νικώμενος. Fragm. Dictyos apud Stob. XCI. p. 507, 26. (Fr. 343.) χρημάτων νικωμένῳ. hujus fabulæ v. 724. πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι. Sed videtur dativus magis commodus, et in talibus usitatior. Noster Med. 1195. ξυμφορᾷ νικωμένη. Hec. 333. τῇ βίᾳ νικώμενον. Heracl. 299. νικηθεὶς πόθῳ.

461. σὺ δ' οὐκ ἀνέξει; supprimitur νικωμένη. Plenius dixit Heracl. 352. Νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται. Vide supra ad v. 354. Deinde χρῆν σ' ἐ. ῥ. ἀ. Π. φ. vertas, *Debuerat igitur pater te certis et pactis conditionibus genuisse:* et conferas Iph. A. 29. (28.) Οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς, Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.—Plato Sympos. p. 213. A. ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω ἢ μή;—Huc respexit Eustathius ad Il. B. p. 235, 35 = 177, 6. Ceterum notent tirones exemplum brevis vocalis in fine vocis ante inceptivam ῥ productæ: quod apud Atticos semper factum esse statuit Dawesius Misc. Crit. p. 160. inter alia exempla hunc versum afferens. Videas Æsch. Prom. 1023. Διαρταμήσει σώματος μέγα ῥάκος. Soph. Œd. T. 847. Τοῦτ' ἔστιν ἤδη τοὔργον εἰς ἐμὲ ῥέπον. Œd. C. 900. Antig. 318. 712. Eur. Ion. 522. Iph. T. 253. (242.) Cyclop. 398. Ἔσφαξ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν τινι ῥυθμῷ. Electr. 772. Suppl. 94. Helen. 1090. Μέγας γὰρ ἁγὼν, καὶ βλέπω δύο ῥοπάς. et loca plurima Comicorum apud Dawesium, Brunckium in Aristoph. Plut. 1065. Gaisfordium in Hephæstion. p. 219. Sed profecto Canon Dawesianus parum accurate traditus est; exceptiones enim quædam notandæ erant, quarum præcipuas congessit Gaisfordius ad Hephæst. p. 220. Verior profecto regula videtur, quam de hujus literæ apud Iambicorum scriptores potestate statuit Censor Promethei Editionis Blomfieldianæ (*Quarterly Review*, Vol. V. p. 225.). Si finalis syllaba natura brevis secunda pedis pars est, ut in eam ictus metricus cadat, tum ob consonantem ῥ in initio vocis sequentis producitur. Hæc autem vis ἐκτατικὴ non obstat, quo minus syllaba in priore pedis parte brevis maneat, ut in Prom. 713. Χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾷν χθόνα.

463. στέργεις Lasc. Ald. et plerique Codices. Sed στέρξεις A. Fl. et sic Musgr. Valck. Brunck. quos secutus sum.

464. φρονεῖν pro φρενῶν. Fl.

465. μὴ δοκεῖν et οὐ δοκεῖν pro *dissimulare* usurpantur: Med. 67. Ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν. In hoc loquendi modo inter Græcos et nostrates prorsus convenit.

467. ξυνεκκομίζειν est *adjuvare*, quo

τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά.
οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρῆν βίον λίαν βροτούς·
οὐδὲ στέγην γὰρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι,
καλῶς ἀκριβώσειαν· εἰς δὲ τὴν τύχην
πεσοῦσ', ὅσην σὺ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκεῖς;
ἀλλ' εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχεις,
ἄνθρωπος οὖσα, κάρτα γ' εὖ πράξειας ἄν.
ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν,
λῆξον δ' ὑβρίζουσ', (οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις
τάδ' ἐστὶ, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν·)
τόλμα δ' ἐρῶσα· θεὸς ἐβουλήθη τάδε·

sensu invenitur in Orest. 685. Electr. 73. Notat Valck. similiter adhiberi *ξυνεκφέρειν* in Fragm. Eur. Dictyos apud Stob. p. 474, 14. p. 347. Grot. (Fr. 340.) *Πατέρα τε παισὶν ἡδέως ξυνεκφέρειν Φίλους ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν,* Παῖδάς *τε πατρί.*

469. *χρὴ* vulgo *χρῆν* Valck. e MSS. A. Fl. *βροτοὺς λίαν* Fl.

470. Sic omnes libri. Sed quum judicarem verbum *ἀκριβώσειαν* flagitare *ἂν* adjectam, edidi in prioribus *οὐδ' ἂν στέγην γὰρ*—Hodie judicium de syntaxeos lege minime mutavi; dubito tamen num veram loci sanandi rationem invenerim. Suspicor excidisse versiculum post 470. in quo contineretur particula. Sensus quidem loci haud obscurus est: videtur tamen aliquid deesse ad justam argumenti declarationem. Apponam verba Scholiastæ qui videtur plura quam quæ hodie in Euripide leguntur, invenisse.—*οὐδὲ στέγην γὰρ, ὑφ' ἧς οἱ δόμοι κατηρεφεῖς γίνονται, ἀκριβώσειαν, οἱ τέκτονες δηλονότι· καὶ τὸ μέτρον τοῦ διαστήματος κ. τ. λ.—εἶτα πρὸς μὲν ξύλων συνθέσεις, καὶ κανόνας εὖ συνθέτους, οὐκ ἐφίκετο τῆς ἀκριβείας ἡ τέχνη· σὺ δὲ τηλικαύτην συμφορὰν κ. τ. λ.* Edidit Brunckius ad Valckenaerii sententiam, *ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι.* sed genitivum defendit Porsonus in schedis, allato Archilochi loco apud Plutarch. Tom. II. p. 604. C. ubi de Thaso insula dictum est, *ἥδε δ', ὥς ὄνου ῥάχις, Ἕστηκεν ὕλης ἀγρίας ἐπιστεφής.*—Comparandus Anacreon Athen. I. p. 12. A. *τράπεζαι Κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν.*

472. *δοκοῖς* Ald. et pars MSS. ceteri cum Lasc. *δοκεῖς.* Hunc versum frustra sollicitarunt Viri docti. Heathius conjecit *πεσούσας ἣν σύ.* Marklandus *σῶς ἂν ἐκν.* Brunckius Valckenaerio obsecutus edidit *δοκοῖ,* male; etenim particula *ἂν* ad *ἐκνεῦσαι* pertinet. "*Synesius Encom. Calvit.* p. 82. ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἴωνα δοκῶ τὸν ῥαψῳδὸν ἐξευρεῖν. *Ita lego pro ἐξευρήσειν ex Suida, contra quam statuit P. Leopardus Emendat.* II. 19. *vide Eurip. Hippol.* 472. *male a Valckenaerio et Brunckio tractatum. Æschyl. Agam.* 935. *ubi similiter errant Heathius et Pauwius.*" R. P. Vertas: *In calamitatem vero, quantum tu, lapsa, quomodo te enataturam expectas!* Eadem metaphora infra vv. 824, 5.

473. Vulgo *ἔχοις,* quod ob *πράξειας ἂν* in altero sententiæ membro prætulere Valck. et Brunck. Sed *ἔχεις* præbent Lasc. A. P. Fl. quæ constructio nemini displicere debet; vid. infra 483. Hec. 788. *εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ, Στέργοιμ' ἄν.*

474. *Ἄνθρωπος* de muliere dicitur Theocr. Adoniaz. 106. *Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς Ἀνθρώπω, ὡς μῦθος, ἐποίησας* Βερενίκαν. ad quem locum plura Valckenaerius. vide etiam Heliodorum citatum ad v. 408. Similiter Sulpicius ad Ciceronem, Epist. Fam. L. IV. 5. *In unius mulierculæ animula si jactura facta est, tanto opere commoveris! quæ si hoc tempore non diem suum obiisset, paucis post annis tamen ei moriundum fuit; quoniam homo nata fuerat.*

476. *λῆξον δ'* Lasc. cum Codicibus omnibus. *λῆξόν θ'* Aldus, quem sequitur Valck. perperam.

477. *θέλεις* Flor.

νοσοῦσα δ', εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου.
εἰσὶν δ' ἐπῳδαί, καὶ λόγοι θελκτήριοι·
φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου.
ἦ τ' ἄρ' ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν,
εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.

ΧΟ. Φαίδρα, λέγει μὲν ἥδε χρησιμώτερα
πρὸς τὴν παροῦσαν ξυμφοράν· αἰνῶ δὲ σέ.
ὁ δ' αἶνος οὗτος δυσχερέστερος λόγων
τῶν τῆσδε, καί σοι μᾶλλον ἀλγίων κλύειν.

ΦΑΙ. τοῦτ' ἔσθ', ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας
δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι.
οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν,
ἀλλ' ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται.

ΤΡ. τί σεμνομυθεῖς; οὐ λόγων εὐσχημόνων
δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός· ὡς τάχος διϊστέον
τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον.

480. Quivis comparabit Horatianum, Epist. I. I. 33. *Fervet avaritia, miseraque cupidine pectus? Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem Possis, et magnam morbi deponere partem.* Musgravii conjectura καὶ λόγος θελκτήριος Φανήσεταί τις, nemini, opinor, arrisura est.

482. Vulgatam lectionem Ἦτ' ἀρά γ' ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξ. ἄν, mirum est probasse Valckenaerium. Codices A. Fl. exhibent ἦ γὰρ ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, unde recte Brunckius ἂν duplicatum edidit. Hæc particula cum optativis sæpissime, nonnunquam etiam cum indicativis repetitur: (vid. vv. 270. 497. 965.) quod ignorantes librarii multa poetarum loca vitiarunt. Versus quosdam, in quibus ἂν male omissa erat, feliciter sanavit Porsonus ad Hecub. 742. (730.) Orest. 51. Videas Blomfield. ad Æsch. Prom. 795. Omnes editores, præter Lascarem, dederunt ἦ τ' ἄρα, male. Vide quæ notavi supra ad v. 443.

486. δηστυχέστερος A. Fl. Mox Τῶν τῆδε καὶ σὺ Fl. corrupte.

487. Duplicis comparativi exempla satis multa apud Tragicos invenies. Hec. 377. μᾶλλον εὐτυχέστερος. Æsch. Sept. Theb. 673. τίς ἄλλος μᾶλλον ἐνδικώτερος; Suppl. 279. μᾶλλον ἐμφερέστεραι. Duplex superlativus Med. 1323. ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι. Alcest. 790. (806.) Τίμα δὲ καὶ τὴν πλεῖστον ἡδίστην θεῶν Κύπριν βροτοῖσιν. Soph. Philoct. 631. θᾶσσον ἂν τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐμοὶ Κλύοιμ' ἐχίδνης. Hec. 620. κάλλιστά τ' εὐτεκνώτατε Πρίαμε. ubi contulit Porsonus, inter alia, Soph. Œd. C. 1190. κάκιστα δυσσεβεστάτων. Cf. infra v. 1419. Ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν. Simile exemplum præbet Cicero Epist. ad Att. XII. 38. *sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberalissima, doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere* (*credo*).

493. τἀνδρὸς, scil. *Hippolyti*, ὡς τάχος e MS. A. edidere Musgr. Valck. Brunck. pro vulgato εἰς τάχος. et sic profecto Lascaris editio. Deinde διοιστέον Ald. sed διϊστέον omnes MSS. Lasc. et Scholiastes, qui exponit per διαγνωστέον. Videtur sensus esse, *Quam celerrime dignoscendi tibi sunt ii, qui recta de te declaraverint.* ἐξ εὐθείας λέγειν et ἀπ' εὐθέος λέγειν sunt, *plane, aperte, sine ambagibus dicere.* Edidit ex ingenio Brunckius διζητέον, quod ne Græcum quidem esse arbitror. Porsonus, ut ab amico ejus accepi, legendum putabat διοπτέον.

εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος
τοιαῖσδε, σώφρων δ' οὖσ' ἐτύγχανες γυνὴ,
οὐκ ἄν ποτ' εὐνῆς οὕνεχ', ἡδονῆς τε σῆς,
προσῆγον ἄν σε δεῦρο· νῦν δ' ἀγὼν μέγας
σῶσαι βίον σὸν, κοὐκ ἐπίφθονον τόδε.
ΦΑΙ. ὦ δεινὰ λέξασ', οὐχὶ συγκλείσεις στόμα,
καὶ μὴ μεθήσεις αὖθις αἰσχίστους λόγους;
ΤΡ. αἴσχρ', ἀλλ' ἀμείνω τῶν καλῶν τάδ' ἔστι σοι·
κρεῖσσον δὲ τοὖργον, εἴπερ ἐκσώσει γέ σε,
ἢ τοὔνομ', ᾧ σὺ κατθανεῖ γαυρουμένη.
ΦΑΙ. καὶ μή σε πρὸς θεῶν, εὖ λέγεις γὰρ, αἰσχρὰ δὲ,
πέρα προβῇς τῶνδ'· ὡς ὑπείργασμαι μὲν εὖ
ψυχὴν ἔρωτι· ταἰσχρὰ δ' ἢν λέγῃς καλῶς,
εἰς τοῦθ', ὃ φεύγω νῦν, ἀναλωθήσομαι.
ΤΡ. εἴ τοι δοκεῖ σοι, χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν·
εἰ δ' οὖν, πιθοῦ μοι· δευτέρα γὰρ ἡ χάρις.
ἔστιν κατ' οἴκους φίλτρα μοι θελκτήρια

495. εἰ μὴ γὰρ ἦν Lasc.

496. σώφρων *suæ mentis.* Maluit Valck. σώφρων τ'.

498. προσῆγον MSS. et Edd. ante Brunckium, qui e Scaligeri conjectura edidit προῆγον, fortasse recte: sed et alterum probum.

500. συγκλήσεις ex uno Codice A. ediderunt Musgravius et Brunckius. Sed συγκλείσεις Lasc. Ald. et Auctor X. Π. qui hunc versum bis adhibet, 110 et 438. Credo formas ἔκλῃσα, κλῇδες, κλῇθρον, recentioris esse Atticismi, et in Tragicorum scripta a Grammaticis invectas. Consulas notam Valckenaerii in Phœn. (268.)

503. ἐκσώσειέ σε vulgo. ἐκσώσει γέ σε A. Flor. quod receperunt Valck. et Brunck. recte. Porsonus ad Med. 823. (819.) monet particulam γε sæpe in dialogis sequi εἴπερ, vel continuo, vel interposito alio vocabulo. Idem ad Phœn. 502. (512.) notat voces ὄνομα et ἔργον non raro a Tragicis opponi.

505. Hactenus legitur καὶ μή γε, πρὸς θεῶν. Emendat Porsonus καὶ μή σε, in Nota MSta ad Aristoph. Vesp. 1441. "*Pro* γε *lege* σὲ *ut recte Schol. et Suid.* (v. ζηλῶ). γε *et* σὲ *sæpe permutantur, ut Eurip. Med.* 871. (867.) *ubi pro* φέρειν εἰκός γ', *recte ex MSS. edidit Brunckius* φέρειν εἰκός σ'. *Emenda obiter Eurip. Hippolyt.* 505. Καὶ μὴ ΣΕ πρὸς θεῶν— *confer Valcken. ad Phœniss.* 1659. *Markland. ad Suppl.* 277. *et ad Iph. Aul.* 1233. (1128.) *Brunck. ad Med.* 326. (*adde Alcest.* 1098 (1117.)) *ad Apoll. Rhod.* III. 985. σ' *pro* γ' *in eadem fabula* 118. *ex MS. reposuit Musgravius.*" R. P.

507. τἀσχρὰ Lasc. Ald.

509. δοκεῖ omnes Editores ante Musgravium, qui ob imperfectum χρῆν edidit εἴ τοι 'δόκει σοι: postea sententiam mutavit, et δοκεῖ revocandum esse censuit. Imperfectum 'δόκει prætulerunt etiam Valckenaerius et Brunckius. Mihi potius videtur servanda esse formula εἴ τοι δοκεῖ σοι, quæ legitur in Nostri Electra, v. 77. et alibi. Sententiam sic interpretor; *Si quidem hoc tibi ita placet, debebas, fateor, non peccare: Si tamen in peccato,* hoc est, in amore, *revera implicita es, obsequere mihi; ea enim secunda est utilitas.*

511. Observat Valckenaerius dictum

ἔρωτος, (ἦλθε δ' ἄρτι μοι γνώμης ἔσω)
ἅ σ' οὔτ' ἐπ' αἰσχροῖς, οὔτ' ἐπὶ βλάβῃ φρενῶν,
παύσει νόσου τῆσδ', ἢν σὺ μὴ γένῃ κακή.
δεῖ δ' ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου
σημεῖον, ἢ λόγον τιν', ἢ πέπλων ἄπο,
λαβεῖν, ξυνάψαι τ' ἐκ δυοῖν μίαν χάριν.
ΦΑΙ. πότερα δὲ χριστὸν, ἢ ποτὸν, τὸ φάρμακον;
ΤΡ. οὐκ οἶδ'· ὄνασθαι, μὴ μαθεῖν, βούλου, τέκνον.
ΦΑΙ. δέδοιχ' ὅπως μοι μὴ λίαν φανεῖ σοφή.
ΤΡ. πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι· δειμαίνεις δὲ τί;
ΦΑΙ. μή μοι τι Θησέως τῶνδε μηνύσῃς τόκῳ.
ΤΡ. ἔασον, ὦ παῖ· ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς.

esse *φίλτρα θελκτήρια ἔρωτος* sicut in Apollon. Rhod. III. 738. *θελκτήρια φάρμακα ταύρων.*

512. *γνώμην ἔσω* Lasc. male. Adverbia *εἴσω* et *ἔσω*, præpositionum vice fungentia, genitivum post se habent. Leguntur quidem apud Homerum *Ἴλιον εἴσω, οὐρανὸν εἴσω*: dubito autem an hanc licentiam unquam adhibuerint Attici.

513. *ἐπὶ φρενῶν βλάβῃ* Cod. Fl. repugnante metro: nam vocalis in fine præpositionis, literis *φρ* proximam vocem inchoantibus, brevis manet; sequentibus vero *βλ*, in Euripidis senariis, longa fit. De his metri legibus consulendus Porsonus ad Orest. 64. et ad Hec. 302.

516. Reiskii conjectura legentis *ἢ πλόκον τιν', ἢ πέπλων λάκος*, haud necessaria est, et lectoribus in Euripide versatis parum probabilis videbitur. Hinc tamen *πλόκον* sumpsit Brunckius. Repetendum est *ἢ* (*τι σημεῖον*) *πέπλων ἄπο*. Apponam verba Scholiastæ, de duplici incantandi more disputantis. *Δεῖ, φησὶν, αὐτῇ φαρμάξει σημεῖον ἐκ τοῦ Ἱππολύτου τι λαβεῖν, ἢ λόγου μνημόνευμα, ἢ κρασπέδου ἀπόσπασμα· καὶ τῷ μὲν λόγῳ αὐτοῦ τὸν λόγον τῆς Φαίδρας συνάψαντας ἐπᾴδειν, τὸ δὲ ἀπόσπασμα ἐσθῆτος πάλιν ἐπαοιδαῖς ἀποσπάσματι τῆς ἐσθῆτος Φαίδρας συνάπτειν.* Citant Editores quæ in re simili fecit Theocriti Pharmaceutria, Idyll. II. 53. *Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις, Ὢ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.* et comparant Virgiliana, Eclog. VIII. 91. *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, Pignora cara sui.* Lucian. Tom. III. p. 288. 65. *δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τοιούτων.* In iis quæ sequuntur Lucianus morem per nomina incantandi attigit.

518. Conf. Æsch. Prom. 479. *Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον, Οὐ χριστὸν, οὔτε πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων Χρείᾳ κατεσκέλλοντο.* Eurip. Suppl. 1109. *Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον, Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥστε μὴ θανεῖν.* De diversis *φαρμάκων* generibus apud auctores Græcos memoratis, omuino legenda est doctissima Blomfieldii nota, quam ad Promethei locum in Glossario scripsit.

519. *ὄνασαι* Flor.

520. *φανῇς* Editiones et Manuscripti, præter Flor. qui exhibet *φανῇ*; unde edidi, juxta Atticorum normam, *φανεῖ*, quoniam particulæ *ὅπως μὴ* plerumque cum futuro indicativi construuntur. Vid. Dawes. Misc. Crit. p. 228.

521. Monuit Dawesius Misc. Crit. p. 79. voculam *ἂν* participiis, perinde ac optativis et infinitivis, futuri temporis notionem conferre. Interpretatur Musgravius, *scito te*, si de hac re trepida es, *nihil non fuisse formidaturam*. Hunc versum imitatus est, ut videtur, Auctor Rhesi, v. 80. *Πάντ' ἂν φοβηθεὶς ἴσθι, δειμαίνων τόδε.*

522. Pro *τόκῳ* aliam lectionem *τέκνῳ* exhibent C. E. P. Lasc.

μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι,
ξυνεργὸς εἴης· τἄλλα δ᾽, οἷ᾽ ἐγὼ φρονῶ,
τοῖς ἔνδον ἡμῖν ἀρκέσει λέξαι φίλοις.

ΧΟ. Ἔρως, Ἔρως, ὃ κατ᾽ ὀμμάτων στροφὴ α΄.
στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν
ψυχᾷ χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ,
μή μοι ποτὲ σὺν κακῷ φανείης,
μηδ᾽ ἄρρυθμος ἔλθοις·
οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ᾽
ἄστρων ὑπέρτερον βέλος,
οἷον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας
ἵησιν ἐκ χερῶν
Ἔρως ὁ Διὸς παῖς.

527. Sic Aldus et Codices nonnulli. *ὃς κατ᾽ ὀμμάτων* A. E. P. Fl. Lasc. et Eustathius ad Il. Γ. p. 432, 6=328, 17. et hoc edidit Valckenaerius, negans scilicet Homericum *ὁ* pro *ὃς* usquam Atticis poetis adhibitum esse. In obliquis casibus articulus præpositivus apud Tragicos vice relativi positus haud raro invenitur. Hoc quidem in Choricis præcipue fit: vid. Hec. 448. 635. Bacch. 573. sed etiam in senariis extant non pauca hujus usus exempla; Æsch. Sept. c. Theb. 36. *Σκοποὺς δὲ κἀγὼ καὶ κατοπτῆρας στρατοῦ Ἔπεμψα, τοὺς πέποιθα μὴ ματᾶν ὁδῷ.* 509. Agam. 526. 974. Sophocl. Œd. Tyr. 1055. 1379. 1427. Œd. Col. 304. 1258. Trach. 47. 381. 728. Electr. 1144. Eurip. Andr. 810. *κτείνασα τοὺς οὐ χρὴ θανεῖν.* Bacch. 712. Electr. 279. In Æsch. Pers. 152. recte Brunckius, Heathium secutus, edidit *Βασίλεια δ᾽ ἐμὴ, τὴν προσπιτνῶ.* Ceterum monuit Eustathius ad Il. A. p. 23, 1=17, 42. articulo præpositivo, quoties pronominis vice fungitur, addendum esse accentum. Corrupte Flor. *ἔρον, ἔρον*, et mox *πάθον*.

529. *οἷς* pro *οὓς* B. D. Utramque constructionem probam esse ostendit Valckenaerius ad Phœn. 285. (292.) cui assentitur Porsonus. Iidem codices habent *ψυχαῖς*.—Nescio anuon rectius *ἐπιστρατεύσῃς*:—subauditur *ἂν*, ut supra v. 429.

531. *ἔλθῃς* Lasc. solœce.

532. "*Eustath. ad Il.* Θ. p. 700, 15=581, 43." R. P.

533. *ἄστρων βέλος* interpretatur Musgravius de siderum, vel solis vi, quam incusabant veteres si quis exanimis repente concidisset. Citat ille Hesychii glossam, *ἀστροβολήτους· τοὺς ὑπὸ τοῦ κυνὸς βαλλομένους.* observans ad hanc opinionem alludere nomen apud Latinos *sideratorum*. Vertit Valck. *ἄστρων βέλος, fulminis telum.*

534-6. Editiones omnes *οἷον τὸ τᾶς* 'A. Valckenaerius plures correctiones in notis proposuit, et totum locum sic scribendum censuit: *Οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ᾽ Ἄστρων, ὑπέρτατον βέλος Οἷόν γ᾽ ὁ τᾶς Ἀφροδίτας Ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως ὀλίγος παῖς.* Sed in his quædam sunt deteriora vulgatis: constructio magis impedita; displicet otiosa particula *γ᾽* ad explendum metrum advocata: neque credibile est dixisse Euripidem *ὀλίγος παῖς* pro *παιδάριον*. Dixerit quidem Theocritus, Idyll. I. 47. *ὀλίγος τις κῶρος*, dixerit etiam Homerides Hymn. in Merc. 245. *Παῖδ᾽ ὀλίγον.* sed talis locutio a Tragici consuetudine plane abhorret. Ad ultimum Strophæ versum defendendum, citat Musgravius Virgilium, qui in Ciri v. 132. dixerit, *Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater Iratum potuit, quem nec pater atque avus idem Jupiter.* Lactant. In-

ἄλλως, ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ, ἀντ. α'.
Φοίβου τ' ἐπὶ Πυθίοις τερέμνοις
βούταν φόνον Ἑλλὰς αἴ' ἀέξει,
Ἔρωτα δὲ τὸν τύραννον ἀνδρῶν,
τὸν τᾶς Ἀφροδίτας
φιλτάτων θαλάμων,
κλειδοῦχον, οὐ σεβίζομεν,
πέρθοντα, καὶ διὰ πάσας

stitut. I. 17. *Venus genuit ex Jove Cupidinem.* Apuleium, Lib. VI. Negat autem Valckenaerius alibi apud veteres Græcos Jovem dictum esse patrem Cupidinis; idemque in disputatione de Amore, ac Patre ejus, in Diatribe, cap. XV. exquisitæ suæ eruditionis insigne specimen dedit. Sed Ἔρως ὁ Διὸς παῖς in suo Hippolyti exemplari certe legerat Eumathius, qui bis huc respexit, de Ismen. Amor. IX. p. 342. et X. p. 393. Nec minore jure παῖς Διὸς vocatur Amor, quam παῖς Διώνης in Fragmento Antigonæ Euripideæ apud Scholiasten Pindari Pyth. III. 177. (Fr. 177.) Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεός. vid. Valck. Diatr. p. 154. C. quippe Dione mater fuisse Veneris perhibetur. Homer, Il. E. 371. ἧσ' ἐκ χειρῶν Lasc.—Olim dederam τοῖον pro οἷον in v. 534. ex emendatione. Dudum autem persuasus sum recte legi vulgatum, et sentio cum Matthiæo poetam conjunxisse diversa constructionis genera: ejus verba sunt, "Vulgaris sermo postularet οὔτε γὰρ πυρὸς οὔτ' ἄστρων ὑπέρτερον βέλος ἐστὶ τοῦ τᾶς Ἀφροδίτας (βέλους) ὃ Ἔρως ἵησι, sed quum dici posset et ὑπέρτερον βέλος ἐστὶν ἐκείνου, ὃ et τοιοῦτον βέλος ἐστὶν, οἷον, poeta utrumque conjunxit."

537. Pro ἄλλως, ἄλλως, malebat Brunckius μάταν, μάταν, ut versus cum Strophico melius congrueret. Sed non animadvertit ille primam vocis Ἔρως syllabam etiam in versibus 536. 540. longæ respondere. Equidem existimo prius Ἔρως in v. 527. extra metrum esse habendum; unde versus fiet Ionicus a majore, cujus generis quinque alios habet eadem strophe, vv. 528. 529. 530. 531. 536. et cum antistrophico, ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ, probe congruet: in hoc enim metro primæ syllabæ quantitas ἀδιάφορος est. vid. vv. 536. 540. 555. ἄλλους ἄλλως Flor. Ἀλφειῷ Lasc.

538. ἐν Πυθίοις Flor. Lasc. τεράμνοις Lasc. et Ald. De duplici hujus vocis scriptura egit Arnaldus in Miscell. Observ. Tom. VI. p. 595. et Valckenaerius ad Phœn. 335. addens: "τέρεμνα vel τέραμνα semper apud Euripidem et alios vel *tecta* sunt domorum, vel *ædes* ipsæ, *tecta* quoque Latinis dictæ."

539. Hunc versum ter respexit Eustathius, ad Il. A. p. 23, 27=18, 10. p. 49, 2=36, 51. et ad Il. Z. p. 627, 15=481, 34. in primo loco adducit βούταν φόνον in exemplum Ionicæ formæ βούτας pro communi βότας, comparans νοῦσος pro νόσος, κοῦρος pro κόρος, et similia. In duobus reliquis interpretatur β. φ. de *hecatomba*. ἀέξει δὴ Aldus. δὴ omittunt Codices A. B. D. E. et Lasc. Musgravius ob metrum emendabat αὐξάνει δή: Heathius ἄρ' ἀέξει, quod edidit Brunckius; saltem debebat ἆρ' ἀέξει.—In hac editione secuti sumus Hermannum de Metris, p. 445. legentem Ἑλλὰς αἴ' ἀέξει.

540. Versum ex Euripidis Andromeda Σὺ δ', ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων, Ἔρως, (Fr. 135.) habent Lucianus Tom. II. p. 2, 17. Athenæus XIII. p. 561. B.

543. κληδοῦχον editiones: sed κλειδοῦχον, quod exhibet Cod. Paris. apud Valck. verius judico; vid. supra ad v. 500. "*οὐ σεβίζομεν, non colimus;* publico certe cultu non dignamur Amorem, cui primus fertur Charmus, ætate Pisistrati, altare posuisse in Academia." Valck. Meminit Athenæus XIII. p. 609. D. Ad hanc rem respexit idem XIII. p. 561. D. quem exscribam: Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἀπέχονται συνουσίας τινὸς διαλαβεῖν προεστάναι τὸν Ἔρωτα, ὥστε, τῆς Ἀκαδημίας ἐκδήλως τῇ Ἀθηνᾷ καθιερωμένης, αὐτόθι τὸν Ἔρωτα ἱδρυσάμενοι συνθύουσιν αὐτῷ.

544. πάσης edebatur ante Brunckium, qui Doricam formam reposuit.

ἰόντα συμφορᾶς
θνατοῖς, ὅταν ἔλθῃ.
τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ *στροφὴ β'.*
πῶλον, ἄζυγα λέκτρων,
ἄνανδρον τὸ πρὶν καὶ ἄνυμφον, οἴκων
ζεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ δρομάδα,
τὰν Ἄϊδος ὥστε Βάκχαν,
σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ,
φονίοις θ' ὑμεναίοις,
Ἀλκμήνας τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν.
ὢ τλάμων ὑμεναίων.

547. Omittitur præpositio ἐν, ut in Soph. Trach. 171. Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη. Phœn. 608. Μυκήναις. Androm. 438. 704. Τροίᾳ, et alibi. Etsi Οἰχαλίᾳ habent Lascaris et Aldus cum codicibus quibusdam, prava lectio Οἰχαλίαν in vulgatas editiones ante Musgravianam irrepserat. Aptissime confert Elmsleius Helen. 375. Ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε, ut recte Aldus.

548. πῶλον ἄζυγα λέκτρων, explicat Scholiastes per παρθένον, ἄπειρον γάμων. Πῶλος modo de *juvene*, modo de *puella* dicebatur; quod monuit Hesychius in voce. In Androm. 621. Peleus, ad Hermionam, Helenæ filiam, alludens, inquit, μήτε δώμασιν λαβεῖν Κακῆς γυναῖκος πῶλον. Eubulus Athenæi XIII. p. 568. E. πώλους Κύπριδος. Anacreon. Od. LX. 1. Πῶλε Θρῃκίη. Contra in Phœn. 946. Menœceus vocatur Οὗτος δὲ πῶλος τῇδ' ἀνειμένος πόλει. In Lycophr. Alex. 1452. Teucer, ὡς ὁ πατρίου φονεὺς Πώλου, scil. Ajacis.

549. οἴκῳ e MS. C. Musgravius.

550. In omnibus editionibus præter Brunckianam legitur ζεύξασ' ἀπειρεσίαν δρομάδα: sed vox ἀπειρεσίαν proculdubio corrupta est, et e Scholiastæ verbis liquet scripsisse Poetam οἴκων ζεύξασ' ἄπο; exponit enim ille, ἀποζεύξασα καὶ ἀποχωρίσασα τῶν οἴκων. Similis locutio in Phœniss. 328. Ἀπήνας ὁμοπτέρου, Τᾶς ἀποζυγείσας δόμων. Reliquam versus partem difficile est corrigere. Equidem olim conjiciebam οἴκων ζεύξασ' ἀπ' Εὐρυτίων; extat adjectivum Εὐρύτειος in Soph. Trach. 260. et 1219. nec minore jure dici potuit Εὐρύτιος, quam alibi dictum est Βάκχιος pro Βακχεῖος, Ἀγαμεμνόνιος pro Ἀγαμεμνόνειος; vid. supra ad v. 307. Malint fortasse aliqui Εὐρυτιδᾶν; legitur enim Ἴφιτος Εὐρυτίδης in Hom. Odyss. Φ. 14. 37. Sed verisimilior videtur Blomfieldii nostri emendatio, οἴκων ζεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ, hoc est, *remigio:* Hercules enim, vastata Œchalia, Iolam Trachina deportandam navibus commisit. Vid. Soph. Trach. 658.— Eandem emendationem ante Blomfieldium ediderat Matthiæus, sed in Grammatica Græca, qui liber anno 1811, quum eam conjecturam a Blomfieldio accepi, paucis vel nemini in his regionibus innotescere potuerat.

551. In hoc etiam versu gravis corruptela diu inhæserat. Vulgo legitur τὰν ναῖδ' ὅπως τε Βάκχαν, quod frustra defendere tentaveris. Deest τὰν in tribus Codd. et Lasc. Cod. E. habet τὰν ἀϊδ' ὅπως τε Βάκχαν. Flor. ἀΐδαν et Βάκχαι. Ex his varietatibus Musgravius acute et feliciter conjecit τιν' Ἄϊδος ὥστε Βάκχαν, quod probavit Valck. et recepit Brunck. Articulum vero retinendum esse judicavi. In Nostri Hecub. 1076. occurrit Βάκχαις Ἅιδου. vid. Herc. Fur. 1119. Ἄϊδος Βάκχαν interpretantur *Furiam.* Ceterum conferas Nostri Suppl. 1000. προσέβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν Οἴκων ἐκβακχευσαμένα.

553. ὑμαιναίοις Lasc.

554. ἔδωκεν Cod. Par. apud Valck.

555. ὦ τλᾶμον vulgo, contra metrum. Correxit Brunckius, præeunte Heathio. Vid. infra 1458.

ὦ Θήβας ἱερὸν   ἀντ. β΄.
τεῖχος, ὦ στόμα Δίρκας,
ξυνείποιτ᾽ ἂν ἁ Κύπρις οἷον ἕρπει.
βροντᾷ γὰρ ἀμφιπύρῳ τοκάδα
τὰν διογόνοιο Βάκχου
νυμφευσαμέναν, πότμῳ
φονίῳ κατεύνασεν.
δεινὰ γὰρ τὰ πάντ᾽ ἐπιπνεῖ, μέλισσα δ᾽
οἷά τις πεπόταται.

ΦΑΙ. σιγήσατ᾽, ὦ γυναῖκες. ἐξειργάσμεθα.
ΧΟ. τί δ᾽ ἐστὶ, Φαίδρα, δεινὸν ἐν δόμοισι σοῖς;
ΦΑΙ. ἐπίσχετ᾽, αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.
ΧΟ. σιγῶ· τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.
ΦΑΙ. ἰώ μοι· αἶ, αἶ, αἶ.

558. Hic versus in editionibus meam præcedentibus sic divisus est; *Συνείποιτ᾽ ἂν οἷον Ἁ Κύπρις ἕρπει.* ubi metra Strophicis male respondent. Ego vero, ordine verborum leviter immutato, contraxi in unum versum, ab Hephæstione appellatum *Pindaricum Hendecasyllabum;* quales sunt vv. 554. 568. et strophicus noster 549. Vid. Hephæst. c. XIV. 46. p. 79, 10. et ibi Gaisfordium. Flor. *συνεῖπετ᾽*. Conjecit Scaliger. *ἕρδει* pro *ἕρπει*, et mox *διγόνοιο*. Priorem conjecturam, quod mireris, probavit Valckenaerius.

562. *κατεύνασε* Lasc. Ald. et Codices: neque contra eorum auctoritatem vocem mutare ausus sum. Brunckius, quo metra antistrophica sibi invicem melius responderent, edidit in v. 553. *ὑμεναίοισιν*, et in nostro versu *κατακοίμασεν* pro *κατεύνασεν*, satis probabiliter; dixit enim Euripides Hecub. 473. *Τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ Κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας*; et quoad significationem nihil differunt *κοιμάω* et *κοιμίζω*. Malim vero legere *κατακοιμᾷ*, et in Strophico *ὑμεναίοις* retinere, ut versus sint Ionici a Majore, qui vocantur, Hipponactii, quales vv. 531. 536.

563. *δεινὸν* vulgo. *δεινὸς* Fl. Recte Musgravius edidit e duobus MSS. *δεινὰ*, formam scilicet Doricam pro *δεινή*. Mox *πάντα γε πιπνεῖ* Fl. *πάντα γ᾽ ἐπιπιπνεῖ* A. *δεινὰ γὰρ πάντ᾽ ἐπιπνεῖ* B.

564. Hactenus editum est *οἷα*; prætuli neutrum plurale *οἷα*, i. e. *velut*: ut in Soph. Trach. 105. *οἷά τιν᾽ ἄθλιον ὄρνιν.* Quod ad metrum attinet, versus est Pherecrateus, in quo genere eam sibi licentiam permittebant Poetæ, ut in initio versus Spondeum et Trochæum, perinde ac Iambum, nullo discrimine adhiberent. Sic infra v. 733. *Κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς* antistrophico 743. *Σεμνὸν τέρμονα ναίων* opponitur. Adeant tirones Burneii Tentamen de Metris Æschyli, Proleg. p. xxxiv. et Gaisfordium ad Hephæst. p. 302. Exempla Pherecrateorum dabit hæc fabula vv. 142. 548. 555. 557. 733. 751. 851.

565. Habet X. Π. 847. *ἐξειργάσμεθα*, Gloss. *ἀπολώλαμεν*. vid. infr. 603.

566. *ἐν δόμοισί σοι* legit Elmsleius.

567. *ὡς μάθω* Cod. E. sed *ἐκμάθω* recte defendit Valck. monens idem significare, quod alibi *μᾶλλον μάθω* et *μάθω σαφέστερον*.

568. *τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.* In his respicit Chorus ad Phædræ vocem *ἐξειργάσμεθα*. Confer Phœn. 1336. ΑΓ. *Οἰχόμεσθ᾽·* ΚΡ. *οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχει λόγου.* Troad. 707. *Τί δ᾽ ἔστιν, ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν;* Hec. 182. *Τί με δυσφημεῖς; φροίμιά μοι κακά.*

569. Vulgo *αἶ* quater, in Fl. bis, in MS. Paris. apud Valck. ter, legitur.

ὢ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων.
ΧΟ. τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾷς λόγον;
ἔνεπε, τίς φοβεῖ σε φάμα, γύναι,
φρένας ἐπίσσυτος;
ΦΑΙ. ἀπωλόμεσθα. ταῖσδ᾽ ἐπιστᾶσαι πύλαις,
ἀκούσαθ᾽ οἷος κέλαδος ἐν δόμοις πίτνει.
ΧΟ. σὺ παρὰ κλεῖθρα, σοὶ
μέλει πομπίμα
φάτις δωμάτων·
ἔνεπε δ᾽, ἔνεπέ μοι, τί ποτ᾽ ἔβα κακόν.
ΦΑΙ. ὁ τῆς φιλίππου παῖς Ἀμαζόνος βοᾷ
Ἱππόλυτος, αὐδῶν δεινὰ πρόσπολον κακά.
ΧΟ. ἰαχὰν μὲν κλύω,
σαφὲς δ᾽ οὐκ ἔχω γεγωνεῖν ὅτου·
διὰ πύλας ἔμολεν, ἔμολέ σοι βοά.
ΦΑΙ. καὶ μὴν σαφῶς γε τὴν κακῶν προμνήστριαν,

570. *ἀλγημάτων* citat X. II. 603.

571. Versus, quos in hac scena cecinit Chorus, in quatuor Dochmiacorum systemata distribui. Dochmii quidem simplices cum duplicibus permixti leguntur; quod in omnibus Tragicorum scriptis persæpe fit; nusquam vero hoc metrorum genus frequentius quam in nostra fabula usurpavit Euripides. Vide notata supra ad v. 363. vide etiam v. 811. et seq. Neque hæc metrorum observatio prorsus inutilis est, siquidem hinc refutantur conjecturæ, quæ versuum legibus officiunt; quales sunt Heathii *φῆμα, ὦ γύναι*, v. 572. Brunckii *ἐπίσυτος*, v. 573. Valckenaerii *ἔννεπε δή, ᾽ννεπέ μοι*, v. 579. Hic versus legitur in X. II. 133.

573. Est in senario *ἐπίσσυτος*, Æsch. Agam. 887. Valck. monet ordinem verborum esse *τίς ἐπίσσυτος φάμα φοβεῖ σε φρένας;*

574. Divisim *ἐπὶ στᾶσαι* Ald. *τοῦδ᾽ ἐ. πόλεις* Fl. et mox *περὶ* pro *παρά*.

576. Vulgo *κλῆθρα*. Vide notata ad v. 500.

577. Pro *μέλει* Musgravius conjecit *μόλει*, quæ vox apud Græcos nunquam erat audita. *ἔμολον* est aoristus verbi, cujus præsens in usu non erat. *πομπίμα φάτις δωμάτων* exponit Schol. *ἡ ἐκ τῶν οἴκων πεμπομένη φωνή.* Fl. *πομπίμων*.

579. Vulgo *ἐννεπέ μοι*. Utraque forma Tragicis usurpata est: sed hic alteram metrum flagitat. Sic in Bacch. 1041. legendum *Ἐνεπέ μοι, φράσον τίνι μόρῳ θνήσκει.* ubi vulgo *ἐννεπέ μοι.*

582. Paullo numerosius esset *Κλύω μὲν ἰαχάν. σαφῶς* A. Fl. *Ἰαχὰν κλύω* mavult Elmsleius ad Heracl. 752.—Seidler. et Matth. censent *ἰαχὰν* esse dissyllabam per synizesin.

583. *ὅπα*, quod exhibent Lasc. et Codd. quidam, Doricum est pro *ὅπῃ*. Male vulgo editum erat *ὅπα*. Mirum est Valckenaerio in mentem venisse *γέγωνόν τ᾽ ὅπα*: hunc vero secutus Brunckius scripsit *Σαφῆ δ᾽ οὐκ ἔχω Γέγωνόν τ᾽ ὅπα.* *Γεγωνεῖν* exponit Scholiastes per *εἰπεῖν*, ut in Æsch. Prom. 820. Soph. Œd. Col. 213. et alibi.—Quum *ὅπα* manifesto vitiosum esset dedi in prioribus edd. *ὅπα* (Dor. pro *ὅπῃ*) e Lasc. et Codd. quibusdam. Hodie vero parum arridet ista lectio; neque credo *ὅπα, quanam via*, huic sententiæ accommodatam esse. Dedi igitur, literis non multum mutatis, *ὅτου*, scil. *quisnam sit, cujus clamorem audiam.*

585. *προμνήστρια* proprie est *nuptiarum conciliatrix* (Anglice *a match-maker*)

τὴν δεσπότου προδοῦσαν ἐξαυδᾷ λέχος.
ΧΟ. ᾤμοι ἐγὼ κακῶν. προδέδοσαι, φίλα.
τί σοι μήσομαι;
τὰ κρύπτ' ἄρα πέφηνε, διὰ δ' ὄλλυσαι,
ΦΑΙ. αἶ, αἶ, ἒ, ἕ.
ΧΟ. πρόδοτος ἐκ φίλων.
ΦΑΙ. ἀπώλεσέν μ' εἰποῦσα συμφορὰς ἐμὰς,
φίλως, καλῶς δ' οὐ, τήνδ' ἰωμένη νόσον.
ΧΟ. πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ' ἀμήχανα;
ΦΑΙ. οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν· κατθανεῖν ὅσον τάχος
τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον.
ΙΠ. ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ' ἀναπτυχαὶ,
οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ' ὄπα.

exponente Hesychio ἡ συνιστῶσα ἀλλήλοις τοὺς γαμοῦντας. et mox, προξενοῦσα νυμφίους ἢ νύμφας. similiter explicat Pollux III. 31. In hoc sensu vox usurpatur ab Aristophane, Nub. 41. Εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς, Ἥτις με γῆμαι 'πῆρε τὴν σὴν μητέρα. Eadem postea dicebatur προξενήτρια, testante Scholio in Aristoph. Nub. quod exscripsit Suidas v. προμνήστρια. In nostro versu metaphorice dicitur *malorum conciliatrix*. Ceterum observat Valckenaerius ad Theocr. Adoniaz. p. 196. multa verba in ΤΡΙΑ desinentia præbere Comicum, quæ nusquam alibi reperias; et existimat hæc fuisse in sermone quotidiano usitata. Occurrunt quidem in Aristophane πανδοκεύτρια Plut. 426. Ran. 114. Vesp. 35. συκοφάντρια Plut. 970. συμπαίστρια Ran. 411. λαχανοπωλήτρια Thesm. 387. συσκηνήτρια 624. λαικάστρια Acharn. 529. 537. νυμφεύτρια 1056. συνθεάτρια in Fragm. ap. Jul. Polluc. X. 67. (Fr. 399.) et quædam alia. Nec desunt apud Tragicos exempla harum formarum, licet rariora. Extat πενθήτρια infra 805. ἀγύρτρια Æsch. Agam. 1273. φαιδρύντρια Choeph. 759. εὐνήτρια Soph. Trach. 922. θηλάστρια pro τροφὸς, et μαιεύτρια pro μαῖα citantur e Sophoclis Alexandro (Fr. 86.) in Lex. MS. Sangerm. Vid. Brunckii Lex. Sophocleum.

587. φίλαν Fl. μνήσομαι A.

589. Vulgo τὰ κρυπτὰ γὰρ πέφηνε.—Corrigit Seidlerus in Libro de Dochmiacis Τὰ κρύπτ' ἄρα πέφηνε, et hoc demum recepimus.

593. Participium præsentis ἰωμένη conatum exprimit; ut λύουσα Phœn. 81. θάπτων et κομίζων Suppl. 495. Versum vulgato certe minus numerosum præbent E. P. Lasc. Φίλως μὲν, οὐ καλῶς δ', ἰωμένη νόσον, quem probavit Valckenaerius, recepit Brunckius; male, ut opinor. Eleganter supprimitur μὲν, ut in Androm. 586. Δρᾷν εὖ, κακῶς δ' οὔ. Orest. 100. Ὀρθῶς ἔλεξας, οὐ φίλως δ' ἐμοὶ λέγεις. Citat Scholiastes proverbium Εὔνοι' ἄκαιρος οὐδὲν διαλλάσσει ἔχθρας. hæc verba videntur mutata esse a senario apud Apostolium aliosque, Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, quem inter Fragmenta Hippolyti Καλυπτομένου immerito inseruerunt Euripidis Editores. (Fr. 437.) Vid. Porson. Suppl. Præf. ad Hec. p. xix. (16.)

594. πῶς οὖν; τί δράσεις; hæc verba inchoant versum, Hec. 876. Nec ferri potest Piersoni conjectura, cui patrocinatur Valckenaerius, Οἶσθ' οὖν τί δράσεις; talem enim formulam nescivit Euripides. Haud infrequens est οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; sed et illud a nostro loco prorsus esset alienum. τί γοῦν, τί δράσεις; Conditor X. Π. 609. 1836. qui et duos seq. vv. adhibet, 610. 611.

595. οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν· idem senarii initium habet Noster Suppl. 933. Ion. 311.

597–8. Leguntur in X. Π. 226–7.

ΤΡ. σίγησον, ὦ παῖ, πρίν τιν' αἰσθέσθαι βοῆς.
ΙΠ. οὐκ ἔστ' ἀκούσας δείν' ὅπως σιγήσομαι.
ΤΡ. ναὶ πρός σε τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου.
ΙΠ. οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, μηδ' ἅψει πέπλων;
ΤΡ. ὦ πρός σε γονάτων, μηδαμῶς μ' ἐξεργάσῃ.
ΙΠ. τί δ', εἴπερ, ὡς φῄς, μηδὲν εἴρηκας κακόν;
ΤΡ. ὁ μῦθος, ὦ παῖ, κοινὸς οὐδαμῶς ὅδε.
ΙΠ. τά τοι καλ' ἐν πολλοῖσι κάλλιον λέγειν.
ΤΡ. ὦ τέκνον, ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς.
ΙΠ. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Huc respexit Eustathius ad Il. H. p. 679, 49=551, 12. exponens *ἡλίου ἀναπτυχαί, τοῦ ἀναπτύσσοντος δηλαδὴ τὰ ἐν σκότῳ.* Hesychius *ἀναπτυχαί, ἀνατολαί.* Sic Ion. 1445. *λαμπρᾶς, αἰθέρος ἀναπτυχαί.* Ejusdem generis est metaphora in Phœn. 84. *Ἀλλ', ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς.* Ion. 1516. *ἐν φαενναῖς ἡλίου περιπτυχαῖς.*

600. Aristoph. Plut. 18. *Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι.*

601. *δεξιᾶς τ'* E. P. Lasc. Ald. unde conjiciebat Marklandus legendum esse *Ναὶ πρός σε γένυος, δεξιᾶς τ' εὐωλένου.* sed recte observavit Valckenaerius vocem *γένυς* in formulis adjurandi nusquam adhiberi. Conjecit ipse Valck. *τῆσδε δεξιᾶς*, quod recipiendum esset, nisi bene se haberet vulgata lectio *τῆς σῆς δ.* in qua consentiunt omnes Edd. et MSS.

602. Vulgo *προσοίσῃς*, quod exhibet quoque X. II. 1273. Primus emendavit Heathius *προσοίσεις*, recte: mox vero *ἅψεις*, haud pari successu. *ἅπτεσθαι* quidem in media voce est *tangere; ἅπτειν* autem *nectere* significat. Contrario errore Valckenaerius ex duobus Codd. edidit *προσοίσῃ.* Legitur etiam in Bacch. 343. *Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα;* Cur notam interrogandi addiderim, dictum est supra ad v. 213.

603. Porsoni Adversaria indicant sequentia Euripidis loca, in quibus eadem adhibetur obtestandi formula, quæ hic et supra v. 601. ("*Phœn.* 923. 1665. *Med.* 324. *Hippol.* 601. 603. *Alcest.* 1098. (1117.) *Androm.* 892. *Suppl.* 277. *Iph. A.* 1247. *Iph. T.* 1068. *Troad.* 1042. *Hel.* 1237." R. P.) In his omnibus exemplis pronomen *σε* inter præpositionem et nomen inseritur; in plerisque verbum *ἄντομαι*, vel *ἱκνοῦμαι*, vel tale quiddam supprimitur; ut etiam supra v. 505. Addas Sophocl. Œd. Col. 250. 1333. Trach. 436. Philoct. 468. Apollon. Rhod. III. 985. ubi e MS. edidit Brunckius *Πρός σ' αὐτῆς Ἑκάτης μειλίσσομαι, ἠδὲ τοκήων, Καὶ Διός.* Hunc scribendi morem in talibus sæpe imitati sunt Latini. Exempla dabunt Terent. Andr. III. 3. 6. *Per te Deos oro, et nostram amicitiam, Chreme.* Ibid. V. I. 15. Plautus Menæchm. V. 7. 1. *Per ego te hæc genua obtestor.* Virgil. Æn. X. 369. *per vos et fortia facta, Per ducis Evandri nomen, devictaque bella,—Fidite ne pedibus.* Tibull. I. 5. 7. III. I. 15. IV. 5. 8. Liv. XXIII. 9. *Per ego te, inquit, fili, quæcunque jura liberos jungunt parentibus, precor quæsoque, ne ante ora patris facere et pati omnia infanda velis.* Deinde olim edideram *ἐξεργάσει*, Valckenaerio incaute obsecutus, qui verbum esse futurum statuit. Postulatur subjunctivus, ut infra 607. *ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς.* *ἐξεργάζεσθαι* est *perdere*, ut *διεργάζεσθαι* infra v. 609. Hesychius habet *ἐξεργάσει· διαφθείρει.* ubi legendum censuit Kusterus *διαφθερεῖς.* aut si ad nostrum versum respexit glossa, *ἐξεργάσῃ· διαφθείρῃς.*

608. Ob hanc sententiam, Hippolyti persona plane indignam, et ab ipso mox repudiatam, Euripidis sæpius in Aristophanis comœdiis exagitatus est: vide Ran. 102. 1471. Thesmoph. 275. quin et impietatis crimine, tanquam perjurii suasor, ab Hygiænonte quodam in jus vocatus, teste Aristotele Rhetor. III. c. 15. *Ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα*

ΤΡ. ὦ παῖ, τί δράσεις; σοὺς φίλους διεργάσει;
ΙΠ. ἀπέπτυσ'· οὐδεὶς ἄδικος ἔστ' ἐμοὶ φίλος.
ΤΡ. ξύγγνωθ'· ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώπους, τέκνον.
ΙΠ. ὦ Ζεῦ, τί δή, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν,
γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;
εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος,
οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε·
ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς
ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος,
παίδων πρίασθαι σπέρμα, τοῦ τιμήματος

ἐν τῇ 'Αντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβὴς, ὅς γ' ἐποίησε, κελεύων ἐπιορκεῖν, 'Η γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν, τὰς ἐκ Διονυσιακοῦ κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν. Sententiam tamen defendit et quodammodo laudat Cicero de Offic. III. 29. *Quod ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum est perjurium.—Non enim falsum jurare, pejerare est; sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Scite enim Euripides, "Juravit lingua, mentem injuratam gero."* Ad hunc versum respexere Plato Theæteto p. 154. D. Symposio p. 199. A. Ovidius Heroid. XXI. 135. *Quæ jurat mens est; nil conjuravimus illa: Illa fidem dictis addere sola potest.* Lucian. Vit. Auct. Tom. I. p. 549, 59. Athenæus III. p. 122. B. Citant Scholiastes Aristophanis ad utrumque Ranarum locum; Eustathius ad Il. Δ. p. 443, 37=337, 28. comparans Homericum ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. et ad Il. Τ. p. 1175, 29=1239, 16. Suidas v. ἀνώμοτος. Sophoclis Scholiastes ad Œd. C. 230. ubi ὀμώμοκεν.

610. ἀπέπτυσα, *respuo*, legitur in Nostri Hecub. 1276. Iph. Taur. 1161. (1128.) Aristoph. Pac. 528. suppresso, ut hic, λόγον vel μῦθον. Plenius in Iph. Aul. 874. (776.) Πῶς; ἀπέπτυσ', ὦ γεραιὲ, μῦθον. Helen. 664. 'Απέπτυσα μὲν λόγον. Imitari videtur Plautus Asinaria I. I. 26. *Teque hercle obsecro, ut quæ locutus despuas.*—Vulgo ἔστι μοι—Sed ἔσται μοι E. Lasc. unde legendum arbitror ἔστ' ἐμοὶ φίλος.

611. ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἄνθρωπον X. II. 817. ἀνθρώποις Flor. quæ syntaxis est infra v. 1431. ἀνθρώποισι δὲ, Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.

612. κίβδηλος proprie de nummo adulterino dictum erat, teste Hesychio v. ἀκίβδηλον, κιβδηλιῶντας, ubi legitur ἔστι δὲ Κιβδηλὶς, ἐν τοῖς μετάλλοις σκωρία. In ista significatione usurpatur Med. 516. Ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ᾖ, Τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ, κ.τ.λ. Septem versus 612–8. habet Stobæus LXXI. p. 432, 51. p. 309. Grot. duos priores Dio Chrysost. Or. LXXIII. p. 642. A.

614. Conferendus est Noster Med. 573. χρῆν ἄρ' ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς Παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος· Χ' οὕτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν. et, qui Nostrum imitatus est, Miltonus, Parad. Amiss. X. 888. *O! why did God, Creator wise, that peopled highest heaven With spirits masculine, create at last This novelty on earth, this fair defect Of nature, and not fill the world at once With men, as angels, without feminine; Or find some other way to generate Mankind!*

616. ἐντιθέντας Ed. prima Stobæi; quæ et mox habet πόσιν πρίασθαι. Huc respexit Lucianus Amor. Tom. II. p. 439, 19.

617. Alio ordine, quem præbent duo Codd. A. Fl. hæc verba dedere Valcken. et Brunck. ἢ χρυσὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χαλκοῦ βάρος. In vulgato ad rariora adscendit oratio; ut Æsch. Prom. 502. Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε, τίς Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ; Cod. A. χαλκοῦν.

618. τοῦ τιμήματος τῆς ἀξίας, *pro æstimatione justi pretii.* ἡ ἀξία, *the value:* ut Xen. Mem. I. vi. 11. καίτοι τό γε

τῆς ἀξίας ἕκαστον· ἐν δὲ δώμασι
ναίειν ἐλευθέροισι, θηλειῶν ἄτερ.
νῦν δ' εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακὸν
μέλλοντες, ὄλβον δωμάτων ἐκτείνομεν.
τούτῳ δὲ δῆλον ὡς γυνὴ κακὸν μέγα·
προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ
φερνὰς, ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ.
ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν
γέγηθε, κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι
καλὸν κακίστῳ, καὶ πέπλοισιν ἐκπονεῖ,
δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών.
ἔχει δ' ἀνάγκην, ὥστε κηδεύσας καλοῖς

ἱμάτιον, ἢ τὴν οἰκίαν, ἢ ἄλλο τι, ὧν κέκτησαι, νομίζων ἀργυρίου ἄξιον εἶναι, οὐδενὶ ἂν μὴ ὅτι προῖκα δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβών. Brodæus in Miscell. IV. 15. male interpretatus est, *pro census amplitudine*.

621. Proprie dicebatur ἄγεσθαι γυναῖκα *ducere uxorem*: solennem igitur phrasin adhibiturus Hippolytus, κακὸν pro γυναῖκα, indignationi suæ obsecutus, intulit. Non inficeti sunt versus, qui Susarioni, Comicorum principi, adsignantur: Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται, Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ. Convitiis, quibus in hac oratione muliebrem sexum lacessit Euripides, festive respondet Chorus Mulierum apud Aristophanem Thesmoph. 786.

622. ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν hactenus exhibent editiones, pessimo metri vitio: ἐκτίνειν enim secundam corripit. ἐκπίνομεν, quod corrigere voluit Piersonus, nullis commendatur exemplis, et a Tragœdiæ indole respuitur. Musgravii emendatio, ἐκτίομεν, loci sententiæ non convenit.—Me meæ conjecturæ ἐκθύομεν, jamdudum pœnituit. Aliquando me intravit suspicio νοθείας hujus et præcedentis versiculi. Certe si abforet, nihil desideraremus. Nunc visum est facillimam emendandi rationem amplecti, legendo ἐκτείνομεν cum Blomfieldio *Quart. Rev.* Vol. VIII. p. 222. cum intelligam id ipsum esse in Codice Havniensi: non autem eo, quo ille sensu verbum accipio. Vertit ille, *we extend the wealth of our family*: ego potius, *we cast down the prosperity of our family*. Hanc significationem habet ἐκτείνειν Med. 585. ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος.

623. τούτων δὲ Flor.

624. Hæc attigit Eustathius ad Il. I. p. 742, 56=639, 24. agens de diversa significatione vocum ἕδνα et φερνή. Habet autem προθείς. frequens est hæc confusio, ob similitudinem scripturæ προσθεὶς et προθείς. vid. v. 384. 431. 714. καὶ θρέψας vulgo. sed præferenda videtur lectio Codicum B. D. κἀκθρέψας. Confer Med. 1349. Οὐ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην. Eur. ap. Stobæum Ecl. Phys. I. 9. 1. Fr. incert. 4. (839.) Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα κἀκτρέφουσ' ἅμα. Addit Blomfieldius (*Quart. Rev.* Vol. VIII. p. 222.) Aristoph. Pac. 629. ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξεθρεψάμην. Plat. Criton. 13. (p. 51.) ἡμεῖς γάρ σε γεννήσαντες ἐκθρέψαντες, παιδεύσαντες.

626. φυτὸν, quod præbent A. B. D. et Schol. pro vulgato κακὸν, edidere Musgr. Valck. Brunck. Legitur quidem in Androm. 353. εἰ γυναῖκες ἐσμὲν ἀτηρὸν κακόν. Cum tamen mulieres quater intra tantillum spatium jam dictæ essent κακὸν, alteram vocem, quæ non minus Euripidea est, prætuli. vid. Med. 230. Πάντων δ', ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει, Γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν. Opinatur Valckenaerius in prima fabulæ editione scriptum fuisse κακὸν, postea ipsum Poetam crebra vocis repetitione offensum correxisse φυτόν.

628. πέπλοισιν ἐκπονεῖ citat Eustath. ad Il. B. p. 170, 7=128, 48.

629. Hunc versum omitti potuisse censuit Valckenaerius.

γαμβροῖσι, χαίρων σώζεται πικρὸν λέχος·
ἢ χρηστὰ λέκτρα, πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς,
λαβὼν, πιέζει τἀγαθῷ τὸ δυστυχές.
ῥᾷστον δ' ὅτῳ τὸ μηδὲν, ἀλλ' ἀνωφελὴς
εὐηθίᾳ κατ' οἶκον ἵδρυται γυνή.
σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις
εἴη φρονοῦσα πλεῖον, ἢ γυναῖκα χρή.
τὸ γὰρ πανοῦργον μᾶλλον ἐντίκτει Κύπρις
ἐν ταῖς σοφαῖσιν· ἡ δ' ἀμήχανος γυνὴ
γνώμῃ βραχείᾳ μωρίαν ἀφῃρέθη.
χρῆν δ' εἰς γυναῖκα πρόσπολον μὲν οὐ περᾷν,
ἄφθογγα δ' αὐταῖς ξυγκατοικίζειν δάκη
θηρῶν, ἵν' εἶχον μήτε προσφωνεῖν τινα,

631. Proprie *γαμβρὸς* erat Mariti, *πενθερὸς* Uxoris cognatus; quod monuit Jul. Pollux III. 31. addens hæc nomina a Poetis confusa esse. Eustathius etiam ad Il. E. p. 572, 44=435, 19. hunc locum advocat in exemplum mutatæ significationis; *ἡ δὲ τραγῳδία ἐν τῷ, Κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖς, τοὺς πενθεροὺς δηλοῖ.* Idem notat, quod Œdipus apud Sophoclem Creontem, qui uxoris frater erat, *γαμβρὸν* suum appellat. Soph. Œd. T. 70. Videtur sane *γαμβρὸς* quemlibet affinem nonnunquam denotare: plerumque tamen apud Tragicos est *gener*. vid. Phœn. 427. Andr. 641. Suppl. 132. Iph. A. 986. (888.) *χαίρων* Ald.

633. Male Lascaris *τῶ 'γαθῷ*. Monuit Porsonus ad Phœn. 889. (903.) articulum cum *α* brevi semper in *α* longam coalescere.

634. *τὸ μηδὲν*, subaud. *οὖσα*, *res nihili, nullius momenti*, de persona dictum est, ut in Cyclop. 354. *Ζεῦ ξένι', ὅρα τάδ'· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις, Ἄλλως νομίζει, Ζεῦ, τὸ μηδὲν ὢν, θεός.* Tro. 412. *Οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα.* ubi participium, ut hic, supprimitur. Vid. Elmsl. ad Heracl. 168.

635. *εὐηθία* Lasc. Ald. In voce *ἵδρυται* alludere videtur Hippolytus ad ipsius locutionem *ἀγάλματι* supra v. 627.

637. *χρῆν* Ald. *γυναῖκ' ἐχρῆν* Lasc. *χρὴ* ex Cod. A. reposuit Musgr.

638. Pro vulgato *πανοῦργον* Brunckius e MSS. A. B. D. Fl. edidit *κακοῦργον*, quod probaverat Valck. Sed vid. infr. v. 1398. *Κύπρις γὰρ ἡ πανοῦργος ὧδ' ἐμήσατο.*

639. *ἀμήχανος* exponit per *εὐήθης* Eustath. ad Il. Z. p. 646, 3=507, 31. huc respiciens.

640. *μωρία impudicitia*, vel *libido;* qua significatione adhibetur etiam in Ion. 545. Sic quoque *τὸ μῶρον* infr. v. 970. Fragm. Dictyos apud Stobæum Ecl. Phys. I. 9. 4. (Fr. 338.) *καί μ' ἔρως ἕλοι ποτὲ, Οὐκ εἰς τὸ μῶρον οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων.* Androm. 673. *ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ Γυναῖκα μωραίνουσαν ἐν δόμοις ἔχων.* Comparari potest Troad. 989. *Τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς.*

641. *γυναῖκα* Brunckius, ex uno Cod. A. qui et *χρὴ* pro *χρῆν* exhibet.

642. *δάκη θηρῶν* dicitur pro *θῆρας*. Hinc Eustathius ad Il. Γ. p. 427, 29=324, 36. *ἄφθογγα δάκη θηρῶν.* Eandem periphrasin habet Æsch. Theb. 558. *θηρὸς ἐχθίστου δάκους Εἰκὼ φέροντα.* Similis sententia in Andr. 943. *Ἀλλ' οὔποτ', οὔποτ', οὐ γὰρ εἰς ἅπαξ ἐρῶ, Χρὴ τούς γε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἐστὶν γυνὴ, Πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον εἰσφοιτᾷν ἐᾷν Γυναῖκας· αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.*

643. Vulgo *μηδέ*. sed *μήτε*, lectionem Codicis A. Valckenaerio probatam, recepit Brunckius. Similem correctionem adhibui supr. v. 75. Flor. *μήποτε*. Satis notum est particulas *ἵνα, ὡς, ὅπως, ὄφρα,* cum indicativi temporibus præteritis aliquando conjungi. Hujus vero constructionis rationem in gratiam tironum

μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι πάλιν.
νῦν δ' αἱ μὲν ἔνδον δρῶσιν αἱ κακαὶ κακὰ
βουλεύματ', ἔξω δ' ἐκφέρουσι πρόσπολοι.
ὡς καὶ σύ γ' ἡμῖν πατρὸς, ὦ κακὸν κάρα,
λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες εἰς ξυναλλαγάς.
ἁγὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι,
εἰς ὦτα κλύζων· πῶς ἂν οὖν εἴην κακὸς,
ὃς οὐδ' ἀκούσας τοιάδ', ἁγνεύειν δοκῶ;
εὖ δ' ἴσθι, τοὐμόν σ' εὐσεβὲς σώζει, γύναι·
εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος, ᾑρέθην,

explicabo. Quum significare vellent Græci aliquid futurum fuisse, si alia quædam res contigisset, tum conjunctiones istas præfigebant indicativi temporibus, prout res postularet, imperfecto, aoristis, plusquam perfecto. Et hæc structura ab usibus particularum ὡς, ἵνα, &c. cum subjunctivo et optativo distinguenda est. Dixissent χρὴ πρόσπολον οὐ περᾷν—ἵν' ἔχωσι μήτε κ.τ.λ. i.e. *that they may be able neither* &c. Dixissent etiam οὐκ εἴων πρόσπολον περᾷν—ἵν' ἔχοιεν μήτε κ.τ.λ. *that they might be able neither* &c. Diversa autem ratio est sententiæ χρῆν πρόσπολον οὐ περᾷν—ἵν' εἶχον μήτε κ.τ.λ. *in which case they would be able neither* &c. Vid. Hermann. ad Viger. p. 805. Exempla quædam apponam, quibus hæc syntaxis, Atticorum fere propria, melius percipiatur. Soph. Œd. Tyr. 1386. ἀλλ' εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν Πηγῆς δι' ὤτων φραγμὸς, οὐκ ἂν ἐσχόμην Τὸ μὴ 'ποκλεῖσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας, Ἵν' ἦν τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν. 1391. τί μ' οὐ λαβὼν Ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε Ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦν γεγώς; Electr. 1131. Æsch. Prom. 152. Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν, νέρθεν θ' Ἅιδου Τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον Τάρταρον ἧκεν—ὡς μήτε θεὸς, Μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐγεγήθει. 749. Choeph. 193. Eur. Iph. T. 354. (340.) Nostræ fabulæ v. 934. 1082. Arist. Pac. 135. Eccl. 151. Quædam Oratorum loca congessit Valck. in Diatrib. p. 149. A. Quatuor versus emendatos exscribam, quos ex Hippolyto primo servavit Stobæus LXXX. p. 472, 38. p. 345. Grot. (Fr. 442.) Φεῦ, φεῦ· τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν Φωνήν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λόγοι. Νῦν δ' εὐτρόχοισι στόμασι τἀληθέστατα Κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἃ χρὴ δοκεῖν. In secundo versu Valck. ἦσαν pro ὦσι legendum esse monuit ex Plutarch. Tom. II. p. 802. A. Tertium emendavit Porsonus in Nota MSta. Exhibet quidem Stobæus νῦν δ' εὐρύθμοις πιστώμασι. Sed Clemens Alex. Strom. I. p. 340. εὐρόοισι στόμασι: unde restituit criticorum Princeps Νῦν δ' εὐτρόχοισι στόμασι, conferri jubens Bacch. 268. Plutarch. Vit. Pericl. I. p. 155. C.

644. ἐκείνου Ald. Sed ἐκείνων e Codicibus et Lasc. recte edidere Valck. et Brunck.

647. ὦ κακὸν πατρὸς κάρα Fl.

649. ἐξομόρξομι Lasc. νάμασιν ἀπομόρξομαι X. Π. 222. Aquæ fontanæ, quia stagnantibus puriores essent, in lustrationibus adhibebantur. Virgil. Æn. II. 719. *donec me flumine* VIVO *Abluero.*

650. Vertit Grotius, *qui fiam malus, Qui nec, quod audivi ista, me purum puto?*

652. Hunc versum ob sigmatismum notavit Valck. Vid. infr. 1162.

653. Interpretatur Valck. post Reiskium, *Nam si jurejurando circumventus non fuissem, haud armatus adversus insidias.* Speciosa sane correctio est summi poetæ Joannis Miltoni, quam margini sui exemplaris Euripidis adscripsit, εἰ μὲν γὰρ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος εὑρέθην. Sed nihil mutandum. ἄφρακτος, subaudito ὢν, *incautus;* ut in Aristoph. Thesm. 580. μή τι προσπέσῃ Ὑμῖν ἀφράκτοις πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα. ὅρκους θεῶν infra v. 1040. Homerica est locutio, Odyss. B. 377. γρηῢς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ. Eandem sumpsit Pindarus Olymp. VII. 119.

οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον μὴ οὐ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί.
νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἔς τ' ἂν ἔκδημος χθονὸς
Θησεὺς, ἄπειμι· σῖγα δ' ἕξομεν στόμα·
θεάσομαι δὲ, σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ,
πῶς νιν προσόψει καὶ σὺ, καὶ δέσποινα σή.
τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος.
ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι
γυναῖκας, οὐδ' εἰ φησί τις μ' ἀεὶ λέγειν·
ἀεὶ γὰρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.
ἤ νυν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω,
ἢ κἄμ' ἐάτω ταῖσδ' ἐπεμβαίνειν ἀεί.

ΧΟ. τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς ἀντ.
γυναικῶν πότμοι· τίνας νῦν τέχνας

θεῶν δ' ὅρκον μέγα μὴ παρφάμεν. Sophocles Œd. Tyr. 647. Μάλιστα μὲν τόνδ' ορκον αἰδεσθεὶς θεῶν.—quod exhibent omnes libri.—Ad εὑρέθην adscribit Schol. interpretamentum ἐλήφθην.—Piersoni igitur emendationem ᾑρέθην, cum Brunckio et Matthiæo demum recepi.

654. μὴ τάδ' ἐ. π. vulgo, omissa altera particula, quam ex Cod. A. reposuit Brunckius:—recte, quoniam præcesserat negandi particula, et sic Scholiastes.

655. Emendari jussit Dawesius Misc. Crit. p. 340. ἢ 'κδημος; cui paruerunt Valck. et Brunck. Monuit autem Elmsleius subjunctivum νομίζῃ subaudiri in Med. 1153. (1122.) post ἔς τ' ἄν. pristinam igitur lectionem reposui.

656. ἔξω μὲν στόμα corrigere voluit Valck. et correxit Brunck. sine causa, ut videtur. De numerorum permutationibus supra diximus ad v. 268. Legit Elmsleius σῖγά θ' ἕξομεν στόμα.

657. σὺν πατρὶ edebatur ante Musgravium, metro et sententia repugnantibus. πατρὸς e quatuor MSS. et Lasc. restituit Musgr. σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ, *quando cum patre reverso rediero;* ut recte interpretatur Valck. cum Marklando ad Eur. Suppl. 90. Conf. Orest. 1217. παρθένου δέχου πόδα, *expecta virginis reditum.*

658. χὴ δέσποινα σή. Markland.

659. X. II. 217. et 223. γεγευμένος Schol. πεπειραμένος. Sic Noster in Herc. F. 1353. Ἄταρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην. Hec. 375. οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν. Soph. Trach. 1101. Ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην.

660–4. Leguntur hi quinque versus apud Stobæum LXXI. p. 431, 37. Grot. p. 307. ubi ὄλλυσθε pro ὄλοισθε, et οὕτως pro οὖν πῶς v. 662. Odium, quo mulieres prosequebatur, pari sententia exprimit Euripides in Fragm. Æoli apud Stobæum LXXI. p. 432, 6. Grot. p. 308. (Fr. 33.) Γυναῖκα δ' ὅστις παύσεται λέγων κακῶς, Δύστηνος ἆρα, κοὐ σοφὸς, κεκλήσεται. Verbum ἔμπλημαι eadem significatione cum participio adhibetur in Fragm. Nostri Sylei 4. (681.) ἐμπλήσθητί μου Πίνων κελαινὸν αἷμα. Arist. Vesp. 603. Ἔμπλησο λέγων. Acharn. 236. Ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

665. τάλαινες Lasc. Ald. mendose. Versus est Pæonicus Dimeter, vel, si mavis, Creticus. De reliquis hujus antistrophæ metris, vide quæ ad strophica notavimus, supra v. 363. Totum canticum Phædræ tribuit A.—Conf. Æsch. Agam. 1136. Ἰὼ, ταλαίνας κακόποτμοι τύχαι.

666. Vulgo τίνα νῦν ἢ τέχναν, Ἔχομεν, ἢ λόγον, invito metro. Olim

ἔχομεν, ἢ λόγους
σφαλεῖσαι κάθαμμα λύειν λόγου;
ΦΑΙ. ἐτύχομεν δίκας,
ἰὼ γᾶ, καὶ φῶς,
πᾷ ποτ' ἐξαλύξω τύχας;
πῶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι;
τίς ἂν θεῶν ἀρωγὸς, ἢ τίς ἂν βροτῶν
πάρεδρος, ἢ ξυνεργὸς ἀδίκων ἔργων
φανείη; τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν πάθος
παρὸν δυσεκπέρατον ἔρχεται βίου.
κακοτυχεστάτα γυναικῶν ἐγώ.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ· πέπρακται, κοὐ κατώρθωνται τέχναι,
δέσποινα, τῆς σῆς προσπόλου· κακῶς δ' ἔχει.
ΦΑΙ. ὦ παγκακίστη, καὶ φίλων διαφθορὰ,

legi νυν encliticum. Quum tamen dubitem an ea vocula recte in hac sententia legatur, et videam tres Codices omittere prius ἢ, tres autem habere λόγους, satis auctoritatis habere videtur lectio quæ mihi semper arrisit: τίνας νῦν τέχνας proposuit etiam Hermannus.

668. καθ' ἅμμα λύσειν Ald. καθ' ἅμμα λύσιν λόγου Lasc. et λόγων pro varia lectione. Cum λύσιν exhibeant MSS. nonnulli, teste Musgravio, primus edidi ex ejus conjectura λύειν, quod credo, ob similitudinem literarum ε et ς, in λύσιν mutatum, mox e manu corrigentis librarii profectam esse Aldinæ lectionem λύσειν. Hesychio quidem recte restituerunt Viri docti κάθαμμα λύεις, sic enim MS. a Schowio collatus glossa vero e Suida, ut videtur, adscripta est; ἐπὶ τῶν δύσλυτόν τι λύειν ἐπιχειρούντων. Proverbialis erat locutio, ut patet ex Zenobio IV. 46. Displicet Brunckio aliisque vox λόγου, pro qua νόσου proposuit Luzacius, Exercit. Academ. p. 19. φόβου G. Burges. Sed verbi repetitionem, a qua alibi Euripides minime abstinebat, in hoc loco data opera sectatus esse videtur. Nodus enim, sive difficultas, quæ ab argumento profecta esset, argumento quoque solvi debebat.

669. ἔτυχον δίκας E. P. Lasc.

670. ὦ γᾶ Lasc. Ald. Correxit Heathius ἰὼ γᾶ, καὶ φῶς, ob versum Antistrophicum 367. ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ.

671. ἐξαλείξω MS. A. quod pro ἐξαλείψω scriptum putat Musgravius.

672. Ita recte Cod. Paris. Vulgo contra metrum legebatur πῶς δὲ κρύψω, φίλαι, πῆμα; Alteram scripturam e conjectura restituendam esse monuerat Marklandus.

673. Hæc imitatus est, ut videtur, Aristophanes Thesm. 715. Τίς οὖν σοι, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν Ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις;

676. δυσεκπέραντον Ald. δυσεκπέρατον tres MSS. Lasc. et Schol. quod proculdubio verum est, ut infra v. 887. βίον habent C. E. Lasc. et A. pro var. lect. Musgravio placuit verborum constructio, quam in Scholiis invenerat, τὸ γὰρ πάθος βίου παρ' ἡμῖν παρόν.—Verum frequens est apud Nostrum genitivus βίου, in fine sententiæ, post absolutam sententiam positus.

677. ἐγὼ deest in Lasc.

678. κοὐ κατώρθωται τέχνη auctoritate Codicis A. edidit Brunckius. Sed præstant, mea quidem sententia, quæ vulgo leguntur, pluralia. Dubitari potest, utri lectioni faveat Scholiastes. Hunc et sequentem versum Nutrici tribuendos esse monuit Reiskius; frustra.

680. Aliam lectionem διαφθορεῦ, quam exhibent duo Codices et X. II. 343. in textum intulerunt Valck. et Brunck. Sed multo melior est ad sen-

οἷ᾽ εἰργάσω με. Ζεύς σ᾽ ὁ γεννήτωρ ἐμὸς
πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.
οὐκ εἶπον; οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς,
σιγᾶν ἐφ᾽ οἷσι νῦν ἐγὼ κακύνομαι;
σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέσχου· τοιγὰρ οὐκέτ᾽ εὐκλεεῖς
θανούμεθ᾽. ἀλλὰ δεῖ με δὴ καινῶν λόγων.
οὗτος γὰρ, ὀργῇ νῦν τεθηγμένος φρένας,
ἐρεῖ καθ᾽ ἡμῶν πατρὶ σὰς ἁμαρτίας,
πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν αἰσχίστων λόγων.
ὄλοιο καὶ σὺ, χὤστις ἄκοντας φίλους
πρόθυμός ἐστι μὴ καλῶς εὐεργετεῖν.

tentiam, et plus auctoritatis præ se fert vulgata *διαφθορά*. Res pro persona ponitur, quod apud omnes fere scriptores, præsertim Atticos, sæpissime factum est. Comparat Musgravius Platonicum, *λώβη καὶ διαφθορὰ τῶν ξυγγιγνομένων*. Adde Nostri Androm. 299. *Μεγάλαν Πριάμου πόλεως λώβαν*, i. e. Parin. In Sophoclis Philoct. 622. *ἡ πᾶσα βλάβη* de Ulysse, in Electr. 301. de Ægistho dicitur. In ejusdem Philoct. 927. compellatur Neoptolemus, *Ὦ πῦρ σὺ, καὶ πᾶν δεῖμα, καὶ πανουργίας Δεινῆς τέχνημ᾽ ἔχθιστον, οἷά μ᾽ εἰργάσω, Οἷ᾽ ἠπάτηκας.* Ceterum verborum ordinem inverterunt Valck. et Brunck. secuti Florentinum, ubi *διαφθορεῦ φίλων*. At vero plura sunt ibi in pejus mutata, quam ut in re dubia isti Codici fides habeatur. Neque de hiatu in fine versus timendum; siquidem eundem in Hippolyti, quæ præcesserat, oratione, octies admiserit Euripides.

681. Ita MSS. Parisienses omnes, Lasc. Schol. et X. Π. 341. Aldus habet *Ζεὺς ὁ γ. ἐ. Π. ἐκτρίψειέ σ᾽*. Pejus Flor. *Ζεύς γ᾽ ὁ γεννήτωρ—*.

682. *οὐτεύσας* X. Π. 342. *πρόῤῥιζον ἐκτρίβειν* proprie de urbe vel familia dicebatur: ut in Prologo Rhesi apud Valck. Diatrib. p. 90. *Εἰ μὴ κατασκαφεῖσαν ὄψομαι πόλιν Πριάμου, βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκτετριμμένην.* Verum de homine dictum legitur etiam in loco Herodoti, quem cum nostro apte conferunt Viri docti VI. 86. *Γλαύκου νῦν οὐκέτι ἀπόγονόν ἐστι οὐδὲν, οὐδ᾽ ἱστίη οὐδεμία νομιζομένη εἶναι Γλαύκου· ἐκτέτριπταί τε πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης.* Vid. Aristoph. Ran. 587. *Πρόῤῥιζος αὐτὸς, ἡ γυνὴ, τὰ παιδία, Κάκιστ᾽ ἀπολοίμην*, et ibi Spanhemium, qui docet solenne Atheniensium juramentum respici, in quo imprecabantur, ut non ipsi solum, sed uxores, liberi, et totum insuper genus funditus perirent, si pejerassent. *πρόῤῥιζον* Hesych. *σὺν ταῖς ῥίζαις ἀνασπώμενον*. Idem Latini dicebant *cum stirpe*, ut Virg. Æn. XI. 394. *Evandri totam cum stirpe videbit Procubuisse domum.*

683. Hunc et duos seq. versus adhibuit X. Π. 196–8. In Exercit. Academ. quæ sub Luzacii auspiciis Lugduni prodierunt, p. 19. emendatum est, *οὐκ εἶπον, ὡς σῆς προὐνοησάμην φρενὸς*, satis frigide. Vulgatum defendere poterit Baccharum versus 649. *Οὐκ εἶπον; οὐκ ἤκουσας, ὅτι λύσει μέ τις;*

685. *σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέσχου·* subaudi *σιγῶσα*. vid. supr. ad vv. 354. 361.

687. *συντεθηγμένος* vulgo. Emendavit Piersonus *νῦν τεθηγμένος*, quod, Valckenaerii judicium secutus, admisi. Idem fecerat Brunckius, etsi postea ipsum sui facti pœnituit. Verum neque præpositio *συν* hic locum habet; neque compositum *συνθήγω* alibi reperire potui. Contra *λῆμ᾽ ἔχων τεθηγμένον* est in Nostri Orest. 1625.

688. *τὰς ἁμαρτίας* Lasc. Ald. et MSS. præter A. cujus auctoritate correxit Musgravius *σὰς ἁμ.* Post hunc vulgo sequitur versus, quem omittit ille Codex, *ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέροντι συμφορὰς*, et quem ut ab interpolatoris manu profectum cum Brunckio delevi. Mox idem præbet *πλήσει δὲ*, sed *πλήσει τε*, præter Lasc. Ald. et MSS. habet etiam X. Π. 212. 964.

ΤΡ. δέσποιν᾽, ἔχεις μὲν τἀμὰ μέμψασθαι κακά·
τὸ γὰρ δάκνον σου τὴν διάγνωσιν κρατεῖ·
ἔχω δὲ κἀγὼ πρὸς τάδ᾽, εἰ δέξει, λέγειν·
ἔθρεψά σ᾽, εὔνους τ᾽ εἰμί· τῆς νόσου δέ σοι
ζητοῦσα φάρμαχ᾽, εὗρον οὐχ ἁβουλόμην.
εἰ δ᾽ εὖ γ᾽ ἔπραξα, κάρτ᾽ ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν·
πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.
ΦΑΙ. ἦ γὰρ δίκαια ταῦτα κἀξαρκοῦντά μοι,
τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα συγχωρεῖν λόγοις;
ΤΡ. μακρηγοροῦμεν· οὐκ ἐσωφρόνουν ἐγώ.
ἀλλ᾽ ἔστι κἀκ τῶνδ᾽ ὥστε σωθῆναι, τέκνον.
ΦΑΙ. παῦσαι λέγουσα· καὶ τὰ πρὶν γὰρ οὐ καλῶς
παρῄνεσάς με, κἀπεχείρησας κακά·
ἀλλ᾽ ἐκποδὼν ἄπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι
φρόντιζ᾽· ἐγὼ γὰρ τἀμὰ θήσομαι καλῶς.
ὑμεῖς δὲ, παῖδες εὐγενεῖς Τροιζήνιαι,
τοσόνδε μοι παράσχετ᾽ ἐξαιτουμένῃ,
σιγῇ καλύπτειν, ἁνθάδ᾽ εἰσηκούσατε.

696. Ita Lasc. et MSS. rectius quam quod Aldina exhibet *ζητοῦσά γ᾽ εὗρον φάρμακ᾽.*

697. Proponunt Heathius et Musgravius *εἰ δ᾽ εὖ γ᾽ ἔπραξ᾽ ἄν*, quod solœcum esse credo. Falluntur etiam qui voculam *ἂν* æque ad *ἔπραξα* ac ad *ἦν* referendam esse cogitent. Constructione nihil expeditius aut facilius; eadem est in Orest. 247. *Εἰ μόνος ἐσώθη, μᾶλλον ἂν ζηλωτὸς ἦν.* Hom. Il. E. 679. *Καί νύ κ᾽ ἔτι πλέονας Λυκίων κτάνε δῖος Ὀδυσσεύς, Εἰ μὴ ἄρ᾽ ὀξὺ νόησε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ.* Codd. A. Fl. solito librariorum errore exhibent *κάρτα γ᾽ ἐν σ. ἦν. ἔπραττον* pro *ἔπραξα* Schol.

698. "*Eustathius ad Iliad.* K. p. 786, 7=698, 36." R. P. *πρὸς τὰς τύχας* bene vertit Musgravius *pro rerum exitu*, conferens Helen. 321. *Πρὸς τὰς τύχας τὸ χάρμα, τοὺς γόους τ᾽ ἔχε. τὰς φρένας κεκτήμεθα, prudentiæ opinionem possidemus:* in hoc sensu adhibetur *κτᾶσθαι* in Med. 218. *Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.* Iph. T. 676. (657.) *Καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι.* et alibi.

699. *ἦ καὶ δίκαια* Cod. Par. *κοὐξαρκοῦντά μοι* Lasc. Vid. supr. ad v. 278.

700. De usu *τοῦ εἶτα* inter participium et verbum positi, vide Koen. ad Gregor. p. 62. *τρώσαντες* Fl.—Interpretor cum Matthiæo *συγχωρεῖν λόγοις, verbis mihi concedere; quæ ego dixi, vera esse concedere*, ut supra v. 299. *ἢ τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις.*

705–6. X. Π. 228–9. Euripidem reprehendit Brumœus, quod in reliqua fabula quid de Nutrice factum sit, ne verbo quidem indicaverit. Distinctionem inter formulas *τἀμὰ θήσομαι καλῶς*, et *ταῦτ᾽ ἐγὼ θήσω καλῶς*, supra v. 523. notavit Kusterus de Verbis Mediis, Sect. I. 47. De locutione *εὖ θέσθαι* vel *καλῶς θέσθαι τὸ παρὸν*, luculente disseruit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 405.

708. *τοσόνδ᾽ ἐμοὶ* Brunckius, qui et infra 727. *τῆσδ᾽ ἐμοί.*

709. *καλύψειν* B. D. *καλύψαθ᾽* Lasc. Ald. *καλύπτειν* A. Fl. et sic Musgr. Valck. Brunck.

ΧΟ. ὄμνυμι σεμνὴν Ἄρτεμιν Διὸς κόρην,
μηδὲν κακῶν σῶν εἰς φάος δείξειν ποτέ.
ΦΑΙ. καλῶς ἔλεξας· ἓν δὲ προτρέπουσ' ἐγὼ
εὕρημα δή τι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω,
ὥστ' εὐκλεᾶ μὲν παισὶ προσθεῖναι βίον,
αὐτή δ' ὄνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.
οὐ γάρ ποτ' αἰσχυνῶ γε Κρησίους δόμους,
οὐδ' εἰς πρόσωπον Θησέως ἀφίξομαι
αἰσχροῖς ἐπ' ἔργοις, οὕνεκα ψυχῆς μιᾶς.
ΧΟ. μέλλεις δὲ δή τι δρᾷν ἀνήκεστον κακόν;
ΦΑΙ. θανεῖν· ὅπως δὲ, τοῦτ' ἐγὼ βουλεύσομαι.
ΧΟ. εὔφημος ἴσθι. ΦΑΙ. καὶ σύ γ' εὖ με νουθέτει.
ἐγὼ δὲ Κύπριν, ἥπερ ἐξόλλυσί με,
ψυχῆς ἀπαλλαχθεῖσα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ,

712. Vulgo ἐλέξασθ'· sed ἔλεξας e Cod. Flor. certissime reposuit Valckenaerius, indicans quatuordecim alia Euripidis loca, in quibus eadem formula καλῶς ἔλεξας legitur. Deinde προτρέπουσ' Lasc. Ald. ut vulgo editur, sed Brunckius dedit προστρέπουσ', i. e. *obsecrans*, quod pro varia lectione habet MS. B. firmantibus aliis Codicibus; nam προστρέπτουσ' D. προστρέπω σ' E. Visum est vulgatam lectionem in textu retinere, etsi, fateor, neque hæc, neque προστρέπουσ' mihi satisfacit: neutri certe convenit Scholiastæ interpretatio ἀντὶ τοῦ ζητοῦσα καὶ ἐξερευνῶσα; nec dubito quin aliter scripserit Euripides: conjicio equidem προσκοποῦσ', quod a vestigiis literarum in Codd. non longe recedit. Sed judicabit eruditus Lector. προσβλέπουσα vel προβλέπουσα conj. Wakefield.

713. δῆτα pro δή τι e duobus Codd. Brunckius. Conf. Heraclid. 533. Εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ Κάλλιστον εὕρηκ', εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.

714. προθεῖναι Lasc. Vide notata supra ad v. 624.

715. αὐτή τ' Lasc. Ald. et MSS. Correxit Canterus αὐτὴ δ', quod ob præcedentem particulam μὲν requiritur: et sic profecto edebatur, donec veterem errorem revocavit Musgravius. In locutione πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα censet Valckenaerius tesserarum ludum respexisse Euripidem. Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 486. afferens Sophoclem Stobæi CVI. p. 570, 42. (Fr. 686.) Στέργειν δὲ τἀμπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει Σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ στένειν τυχήν. male emendavit κεὖ θέσθαι: correxit eum Porsonus ad Phœn. 1422. monens καὶ nunquam crasin facere cum εὖ, nisi in compositis; et insuper legendum esse τἀκπεσόντα ex Ed. Trincav. Conferre possis Nostri Electr. 843. 1100. τὰ μὲν γὰρ εὖ, Τὰ δ' οὐ καλῶς πίπτοντα δέρκομαι βροτῶν. Med. 54. Æsch. Agam. 32.

716. αἰσχηνῶ Lasc. qui simile habet vitium supra v. 246. Κρησίου Ald.

720. ἐγὼ τοῦτο β. Lasc. Ald. sed Codd. recte τοῦτ' ἐγὼ β. quod sine Codicibus legendum esse monuerat Canterus. θανεῖν γ' mavult Elmsleius ad Heraclid. 141.

721. εὔφημος ἴσθι. Eadem est formula in Orest. 1327. et in Tragici incerti senario apud Ammonium p. 76. similis autem εὔφημα φώνει in Iph. T. 687. (668.) Herc. F. 1184. Soph. Aj. 362. Electr. 1211. Marklandus conjecit καὶ σύ γ' εὖ με νουθετεῖς, et καὶ σὺ μή με νουθέτει, utrumque frustra: omnino enim sana sunt vulgata; meminerint tantum tirones σύ γ' esse *tu saltem*.

τέρψω· πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι.
ἀτὰρ κακόν γε χἀτέρῳ γενήσομαι
θανοῦσ', ἵν' εἰδῇ μὴ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς
ὑψηλὸς εἶναι· τῆς νόσου δὲ τῆσδ' ἐμοὶ
κοινῇ μετασχὼν σωφρονεῖν μαθήσεται.

ΧΟ. ἀλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν, στροφὴ α'.
ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν
θεὸς ἐν πταναῖς ἀγέλαισιν θείη·
ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον
κῦμα τὰς Ἀδριηνᾶς
ἀκτᾶς, Ἠριδανοῦ θ' ὕδωρ,
ἔνθα πορφύρεον σταλάσσουσ'

724. ἡττηθήσομαι Lasc. Ald. et MSS. præter Fl. Sed ττ pro σσ in vocibus ἥττων, πράττω, θάλαττα et similibus, recentioris erant Atticismi, nunquam a Tragicis adhibiti. Hoc post alios monuit Porsonus ad Hec. 8.

725. Male θατέρῳ duo Codices. "*In Danae* 16. *vulgo* Ὃς τῆσδέ γ' ἄρξει θατέρας πολλῆς χθονός. *χἀτέρας recte Heathius, probante Valckenaerio ad Hipp.* 728. *Sed neuter vidit γ' in τ' mutandum. Vid. Hec.* 361. Τὴν Ἕκτορός τε, χἀτέρων πολλῶν κάσιν. *Eur. Electr.* 431. Ὁ πλούσιός ΤΕ, χὠ πένης ἴσον φέρει." R. P.

727. Vulgo τῆσδέ μοι.

728. Æsch. Agam. 1425. Γνώσει διδαχθεὶς ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν.

729. ὑπαὶ Lasc. ἠλίβατος epitheton est Homericum, de cujus etymo et significatione nihil certi statui potest. Vertitur quidem plerumque *excelsus et præruptus*, ex Etymologo M. p. 427, 39. Ἠλίβατος, δύσβατος καὶ ὑψηλὸς τόπος· μέγας καὶ ἄβατος.—ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν ἀλιτόβατος, καὶ συγκοπῇ ἀλίβατος, καὶ ἐκτάσει ἠλίβατος. Idem mox nostrum locum citans habet ἠλιβάτοις κευθμῶσι, βαθυτάτοις· ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν τῆς βάσεως. Sic etiam Hesychius v. ἠλίβατον. Schol. Apollon. Rh. II. 169. et alii Scholiastæ. Verum talibus Grammaticorum commentis parum fidei habendum est. Magis etiam a verisimilitudine abhorret interpretatio, quam cum aliis Grammaticis affert Photius Lex. p. 66. ἠλίβατος, ὑψηλή, ἐφ' ἣν πρῶτον διὰ τὸ ὕψος ὁ ἥλιος βαίνει. Aliorum interpretationes nihilo meliores habet Etymologus. Rectius fortasse Musgravius intelligit *immensus, ingens*. Apud Homerum quidem vox cum πέτρη semper jungitur; vid. Il. O. 273. 619. Π. 35. quoque Pindarus Olymp. VI. 109. Ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέτραν ἀλίβατον Κρονίου.—Vide Buttmann. Lexilog. T. II. p. 183.—Noster Suppl. 80. ἐξ ἀλιβάτου πέτρας. Theocr. Idyll. XXVI. 10. Stesichorus vero, ab Etymologo et Hesychio citatus, Τάρταρον ἠλίβατον. Hesiod. Theog. 483. Ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ. Damoxenus Athenæi III. p. 102. C. corrigente Porsono, Αἱ μεταβολαὶ γάρ, αἵ τε κινήσεις κακὸν Ἠλίβατον ἀνθρώποισιν, ἀλλοίωμά τε. Dorice ἀλιβάτοις demum scripsimus.

731. ποταναῖς Ald. A. πταναῖσιν Lasc. P. Ποτανὸς quidem apud Nostrum satis frequens est. Vid. Suppl. 621. 1142. Helen. 1478. 1487. Electr. 460. Orest. 988. sed, ob secundam syllabam productam, ab hoc loco necessario exulat. Versus noster in duos male divisus est a Musgravio et Valckenaerio, quos per incuriam, ut ipse ait, secutus est Brunckius; verum ille ποταναῖς anapæstum esse credidit. ἀγέλῃσιν Ald. ἀγέλαισι Lasc. et sic Musgr. metro repugnante. recte ἀγέλαισιν A.

732. Edidit Barnesius ἀρθείην γὰρ, errore scilicet typographico.

733. Huc respexit Eustathius ad Il. Γ. p. 405, 34 = 307, 28. In ed. Rom. legitur Ἀδριηνῆς, in Basil. Ἀδρηνῆς, mendose.

735. πορφυρὸν Ald. sed πορφύρεον

εἰς οἶδμα πατρὸς τριτάλαιναι
κόραι, Φαέθοντος οἴκτῳ,
δακρύων τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.
Ἑσπερίδων δ' ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτὰν ἀντ. α'.
ἀνύσαιμι τᾶν ἀοιδῶν,
ἵν' ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνας
ναύταις οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει,
σεμνὸν τέρμονα ναίων
οὐρανοῦ, τὸν Ἄτλας ἔχει,
κρῆναί τ' ἀμβρόσιαι χέονται
Ζανὸς μελάθρων παρὰ κοίταις,

Lasc. cum Codd. omnibus. Deinde *σταλάσσουσιν* Lasc. Ald. quos secuti sunt Musgravius et Brunckius, planissime contra metrum. Versus est una syllaba Glyconeo procerior, vocatus *Σαπφικὸς ἐννεασύλλαβος, ἢ Ἱππωνάκτειος*, teste Hephæst. Cap. x. p 56, 12. Vid. supr. v. 67. Hæc metri species licentiam habet, quam de Pherecrateis loquens supra memoravi, ad v. 564. scilicet ut ab Iambo, Spondeo, et Trochæo, pari jure versus incipiat: quod videre est apud plurima Hipponacteorum exempla, a Gaisfordio allata. Idem prorsus de Glyconeis intelligendum est. vid. vv. 63. 64. 67. 732. 734. 742. 744. 749. 750. 762. 763. Recte igitur atque ordine versui nostro opponitur antistrophicus 745. *κρῆναί τ' ἀμβρόσιαι χέονται.*

736. *τάλαιναι* MSS. plerique cum Lasc. et sic Brunckius.

740. *ἀνύσαιμι* subaud. *ὁδὸν*, vertas *festinem*, vel *iter celeriter conficiam*. vid. Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. 607. Similiter Sophocles Trach. 657. *πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε.* Paullum aliter in Aj. 607. *Ἔτι μέ ποθ' ἀνύσειν Τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν.* Antig. 805. Eurip. Suppl. 1142. ubi præpositio quoque supprimitur. Ex mea correctione edidi *τᾶν ἀοιδῶν*; nam vulgatum *τᾶν ἀοιδᾶν* esset *cantilenarum; ἀοιδὸς* vero de *cantatore* et *cantatrice* dicitur; vid. Phœn. 1508. *Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας.* Ceterum Hesperides ut *ἀοιδοὶ* celebrantur etiam in Herc. Fur. 394. *Ὑμνῳδούς τε κόρας Ἤλυθεν ἑσπέριον ἐς αὐλὰν, Χρυσέων πετάλων ἄπο μηλοφόρον Χερὶ καρπὸν ἀμέρξων.* ubi sequentia cum nostris conferas. Apollon. Rh. iv. 1399. *ἀμφὶ δὲ νύμφαι Ἑσπερίδες ποίπνυον ἐφίμερον ἀείδουσαι.* Hesiod. Theog. 274. *Γοργούς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο, Ἐσχατίῃ πρὸς νυκτὸς, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι.* et 517. *Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης. Πείρασιν ἐν γαίης, πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων, Ἑστηὼς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτοισι χέρεσσι.* Milton. Comus 980. *There I suck the liquid air, All amidst the gardens fair Of Hesperus and his daughters three, That sing around the golden tree.* Quæ de Hesperidum fabula apud Poetas et Mythographos extant, congessit Heynius in Observ. ad Apollodorum p. 166. seq. *τὰν ἀοιδὰν* Lasc.

741. Vid. supr. v. 147. et ibi notata. Vulgo *λίμνης*, Doricam terminationem recte exhibent Lasc. et Codd. nonnulli.

743. Ita Valck. ex quatuor Codd. A. B. D. Fl. Pro *ναίων* exhibent Lasc. Ald. *κυρῶν*, quod et B. pro var. lect. Hinc opinatur Valckenaerius primum scripsisse Euripidem *σεμνῷ τέρμονι κύρων*, imitatione Æschyli, qui in Nioba apud Plutarch. Tom. ii. p. 603. A. Strabon. xii. (Fr. 146.) sub fin. dederat *οὐρανῷ κύρων ἄνω.* mox autem in secunda editione, ad morem sui temporis, scripsisse *σεμνὸν τέρμονα ναίων.*

744. De articulo præpositivo vice postpositivi adhibito vide quæ diximus supra ad v. 527. et vid. infra v. 1274. Atlantis fabulæ meminerunt Homerus Odyss. A. 51. Hesiod. Theog. 517. Pindar. Pyth. iv. 515. Æschyl. Prom. 347. 425 Eurip. Ion. 1. Herc. F. 405. Virgil. Æn. iv. 246. 480. vi. 796. et alii Poetæ.

746. *κοίτας* Lasc.

ἵν' ἁ βιόδωρος αὔξει
ζαθέα χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς.
ὦ λευκόπτερε Κρησία — στροφὴ β'.
πορθμὶς, ἃ διὰ πόντιον
κῦμ' ἀλίκτυπον ἅλμας
ἐπόρευσας ἐμὰν ἄνασσαν,
ὀλβίων ἀπ' οἴκων,
κακονυμφοτάταν ὄνασιν.
ἦ γὰρ ἀπ' ἀμφοτέρων, ἦ
Κρησίας ἐκ γᾶς, δύσορνις
ἔπτατο κλεινὰς Ἀθήνας,
Μουνύχου δ' ἀκταῖσιν ἐκδή-
σαντο πλεκτὰς πεισμάτων ἀρ-

747. Ita cum Brunckio edidi, e Codice A. qui exhibet ἵνα βιόδωρος. Vulgo ἵν' ὀλβιόδωρος, probantibus Valckenaerio et Matthiæo; sed vocem ὀλβιόδωρος nusquam alibi legisse memini; analogiæ magis convenientes sunt formæ ὀλβοδότας Bacch. 572. ὀλβοδότειρα Bacch. 419. ὀλβοφόρος Iph. A. 597. (515.) Contra βιόδωρος est epitheton Terræ in Soph. Phil. 1161. Μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα. Adumbratum est ab Homerico ζείδωρος ἄρουρα. Deinde ἄξει Ald. Correxit Canterus in Nov. Lectt. I. 13. αὔξει, quod exhibent omnes MSS. et Lasc. Conjecerat Miltonus ἀέξει, et sic Reiskius. Utraque forma αὔξειν et ἀέξειν usi sunt Pindarus et Tragici; sed illa usitatior, et nostri versus metro necessaria est. Solam ἀέξειν adhibuit Homerus. De his verbis egit Casaubonus Animadv. in Athenæum p. 287, 35.

748. Valde probabilis est Brunckii conjectura θνατοῖς, quæ vox, ob scripturæ compendia, cum θεοῖς facile confundi poterat. Metro certe melius conveniret, et dubito annon sensui aptius esset θνατοῖς.

752. πορεύσας Lasc. ἀμὰν Fl.

755. Exponit Musgravius; "Vel utrobique male ominata fuit, vel certe a parte Cretæ, tum cum Athenas advolavit."

756. Sex ultimos hujus Strophæ versus in metra Trochaica distribui, quibuscum optime congruunt antistrophica. Quatuor priores sunt dimetri; ultimus est dimeter brachycatalecticus, qui vocatur, Ithyphallicus, quales vv. 169. 753. præeunte monometro sive basi.

757. Quatuor MSS. habent ἔπτατ' ἐπὶ κλ.' A. Poteris quidem metro consulere legendo ἔπτατ' εἰς κλεινὰς Ἀθήνας. Malui autem, ut Poeticæ licentiæ in Choricis nonnihil concedamus, vocalem in fine vocis ἔπτατο, ob mutam et liquidam in κλεινὸς, productam habere.

758. Μουνυχίου MSS. et Edd. metro invito. Μουνύχου emendatio est Hermanni, de Metris p. 445. Portus quidem iste vocabatur Μουνυχία vel ὁ ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν, ab Heroe Munycho. Harpocration, Μουνυχία· τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς Ἀτθίδος, ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ Παντακλεοῦς. Ita pro Μουνυχίου et Παντευκλεοῦς correxerunt VV. DD. ex Etymol. M. p. 589, 48. ἐπ' ἀκταῖς habet Aldina, contra metrum. ἐπ' ἀκταῖσιν E. Lasc. Recte autem M. δ' ἀκταῖσιν Codd. A. B. D. Fl. et sic quidem recentes editiones. Præpositio e librarii explicatione in textum invecta erat. Citat Valckenaerius in exempla similis constructionis Apollon. Rh. II. 177. γαίῃ Βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν IV. 244. πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν Παφλαγόνων γαίῃ.—Catull. LXIII. 171.—Mox πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς vertit Marklandus *tortas funium extremitates*, probante Valckenaerio ad Herod. IV. 60. ubi σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου.—Vide eundem ad Act. Apost. X. 11.

χὰς, ἐπ' ἀπεί-
ρου τε γᾶς ἔβασαν.
ἀνθ' ὧν οὐχ ὁσίων ἐρώ- ἀντ. β'.
των δεινᾷ φρένας Ἀφροδί-
τας νόσῳ κατεκλάσθη·
χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα
συμφορᾷ, τερέμνων
ἄπο νυμφιδίων κρεμαστὸν
ἅψεται ἀμφὶ βρόχον λευ-
κᾷ καθαρμόζουσα δείρᾳ,
δαίμονα στυγνὸν καταιδεσ-
θεῖσα, τάν τ' εὔδοξον ἀνθαι-
ρουμένα φάμαν, ἀπαλλάσ-
σουσά τ' ἀλγει-
νὸν φρενῶν ἔρωτα.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ἰοὺ, ἰού.
βοηδρομεῖτε πάντες οἱ πέλας δόμων.

760. Hæc bis attigit Eustathius ad Il. Γ. p. 427, 29=324, 38. et ad Il. H. p. 690, 48=568, 19. Marklandus delere voluit ἐπ', vetantibus metro et sermone. *ἐπιβῆναι ἠπείρου* est Homericum; Odyss. E. 399. *Νῆχε δ' ἐπειγόμενος ποσὶν ἠπείρου ἐπιβῆναι*. I. 85. *Ἔνθα δ' ἐπ' ἠπείρου βῆμεν, καὶ ἀφυσσάμεθ' ὕδωρ*. Ceterum *ἤπειρος*, cujus forma Dorica est *ἄπειρος*, apud Homerum et Tragicos simpliciter denotat *terram*, mari scilicet oppositam. Rariore autem licentia usus Noster conjunctim dixit *ἀπείρου γᾶς*.

763. *δεινὰ* Lasc. Ald. Mox *χαλεπὰ* Lasc.

764. *κατεκλύσθη* conj. Musgr.

765. *ὑπέραντλος*. de vi hujus vocis fuse egit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 108, 73. nobis satis erit monuisse, quod navis *ὑπέραντλος* dicebatur, cujus *ἄντλος*, h. e. *sentina*, tanta copia exundabat, ut neque exhauriri, neque compesci posset. Hinc ad Phædram calamitate oppressam, ac pene submersam, vox translata est. Ex locis ab Hemsterhusio citatis, unum exscribam Dion. Cass. LII. p. 473. A. verba sunt Mæcenatis ad Augustum de Republica loquentis—*μήτε οὖν χειμαζομένην ἔτ' αὐτὴν περιΐδῃς· ὁρᾷς γὰρ ὡς ὑπέραντλός ἐστι· μήτε περὶ ἕρμα περιρραγῆναι ἐάσῃς*.

766. *τεράμνων* Edd. omnes. vid. supr. ad v. 538.

768. *βρόχον ἀμφὶ λ.* Lasc. E. Fabulæ nostræ œconomia, in ceteris egregia, hoc nomine culpatur, quod Chorus præsenserit Phædræ facinus, nec tamen prohibere conatus sit. Idem profecto vitium in aliis Euripidis Tragœdiis conspicitur; et forsan, ob partes Choro tuendas, quæ eum a scena abesse non sinebant, ægre vitari potuit. In illo autem magis peccasse videtur Tragicus, quod ipse necis modus, quem initura esset Phædra, a Choro prædictus sit.

769. *δέρᾳ* vulgo: *δείρᾳ*, Marklando jubente, recepere Valck. et Brunck.

771. *ἔνδοξον* et *φήμαν* Lasc.

774. *φρεσὶν* pro *φρενῶν* Flor.

775. *Ἐξαγγέλου* personam præfix-

ἐν ἀγχόναις δέσποινα, Θησέως δάμαρ.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ, πέπρακται· βασιλὶς οὐκέτ' ἔστι δὴ
γυνὴ, κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη.
ΘΕ. οὐ σπεύσετ'; οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον
σίδηρον, ᾧ τόδ' ἅμμα λύσομεν δέρης;
ΗΜΙΧ. φίλαι, τί δρῶμεν; ἢ δοκεῖ περᾷν δόμους,
λῦσαί τ' ἄνασσαν ἐξ ἐπισπαστῶν βρόχων;
ΗΜΙΧ. τί δ'; οὐ πάρεισι πρόσπολοι νεανίαι;
τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου.
ΘΕ. ὀρθώσατ' ἐκτείναντες ἄθλιον νέκυν.
πικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς.
ΧΟ. ὄλωλεν ἡ δύστηνος, ὡς κλύω, γυνή.
ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ἐκτείνουσι δή.

erunt Valck. et Brunck. e membranis. Idem codex versus 778. 779. Nutrici tribuit.

778. *οὐκέτ' ἔστι, non amplius est in viris.* Hæc phrasis, cum loquendi modo apud nostrates apprime congruens, legitur in vv. 357. 866. 1157. et sæpissime alias; legenda etiam, monente Porsono, in Aristoph. Nub. 1471. *Ζεὺς γάρ τις ἔστιν;* ΣΤ. *ἔστιν.* ΦΕΙ. *οὐκέτ' ἔστ', ἐπεὶ Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς.* ubi vulgatur *οὐκ ἔνεστ'*. Brunck. *οὐκ ἔστιν γ'*.

779. X. Π. 231. 1426.

780. Gladius *anceps*, i. e. *utrinque acutus*, qui alibi *ἀμφηκὴς, δίστομος*, hic audaci sane metaphora dicitur *ἀμφιδέξιος σίδηρος*. Id observavit Erotianus in Lex. Hippocr. nostrum versum citans. Metaphoricum hujus vocis usum, non multum quidem diversum, indicat Valckenaerius apud Herodotum V. 92. *ἀνδρωθέντι δὲ καὶ μαντευομένῳ Κυψέλῳ ἐγένετο ἀμφιδέξιον χρηστήριον ἐν Δελφοῖσι.*

782. Comparat Valckenaerius Orest. 1539. ΗΜ. *Τί δρῶμεν; ἀγγέλλωμεν εἰς πόλιν τάδε, Ἢ σῖγ' ἔχωμεν;* ΗΜ. *ἀσφαλέστερον, φίλαι.*

785. *τὸ πολλὰ πράσσειν* de eo dicitur, qui res ad se nihil attinentes agit. Noster Suppl. 576. *Πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας, ἥ τε σὴ πόλις.* Herc. F. 266. cum interrogatione legendum, *Κἄπειτα πράσσω πόλλ' ἐγὼ, φίλους ἐμοὺς Θανόντας εὖ δρῶν, οὗ φίλων μάλιστα δεῖ;* Aristoph. Ran. 228. Pac. 1058. *πολλὰ πράττεις, ὅστις εἶ.* Herod. V. 33. *τί πολλὰ πρήσσεις;* Fragm. Eurip. Antiopæ ap. Stobæum LVI. p. 374, 38. (Fr. 211.) *Ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν παρὸν, Μωρὸς, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.* Alia hujus phraseos exempla videas ap. Markland. in Suppl. Similis est notio vocum *πολυπράγμων, πολυπραγμονεῖν, πολυπραγμοσύνη.* Eadem significatione dixit Sophocles *περισσὰ πράσσειν*, Antig. 68. *τὸ γὰρ Περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.* contraria Democritus apud M. Antonin. IV. 24. *ὀλίγα πρῆσσε, φησὶν, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν.* ubi plura habet Gatakerus. *βίῳ* pro *βίου* Lasc. et E. P. pro v. l. unde receperunt Valck. et Brunck.

786. Male Ald. hunc et seq. v. *Ἀγγέλῳ* tribuit. *οἰκτείροντες* pro *ἐκτείναντες* habet D. *νεκρὸν* P.

787. *οἰκουρὸς* dicebatur materfamilias cui, absente marito, demandata erat domus custodia; ut Clytæmnestra in Hecub. v. 1277. *Κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος, οἰκουρὸς πικρά:* et ipsa custodia domus erat *οἰκούρημα.* Nunc vero Ministra de suo officio domestico, in dominæ scil. cadavere curando, loquitur. Censet Valckenaerius *οἰκούρημα* pro *οἰκουρὸς* poni, ut in Orest. 928. sed diversa esse videtur ejus loci ratio.

ΘΗΣΕΥΣ.

γυναῖκες, ἴστε τίς ποτ᾽ ἐν δόμοις βοή;
ἠχὼ βαρεῖα προσπόλων μ᾽ ἀφίκετο.
οὐ γάρ τι μ᾽ ὡς θεωρὸν ἀξιοῖ δόμος,
πύλας ἀνοίξας, εὐφρόνως προσεννέπειν.
μῶν Πιτθέως τι γῆρας εἴργασται νέον;
πρόσω μὲν ἤδη βίοτος· ἀλλ᾽ ὅμως ἔτ᾽ ἂν
λυπηρὸς ἡμῖν τοῦσδ᾽ ἂν ἐκλίποι δόμους.
ΧΟ. *οὐκ εἰς γέροντας ἥδε σοι τείνει τύχη,*
Θησεῦ· νέοι θανόντες ἀλγυνοῦσί σε.
ΘΗ. *οἴμοι· τέκνων μοι μή τι συλᾶται βίος;*
ΧΟ. *ζῶσιν, θανούσης μητρὸς ὡς ἄλγιστά σοι.*
ΘΗ. *τί φής; ὄλωλεν ἄλοχος; ἐκ τίνος τύχης;*

790–1. Transponendos esse hos versus suspicor. In altero pronomen *μ᾽* inserendum monuit Marklandus.

792. *θεωροὶ* dicebantur, qui de rebus vel publicis, vel privatis consulturi, ad Deorum oracula profecti erant. Hujus vocis usum doctissime illustravit Valckenaerius in Animadv. ad Ammonium p. 92. Consulas etiam Dukerum ad Thucyd. v. 16. Theseus autem, qui in hac fabula Delphis reversus fingitur, videtur in priore Hippolyti editione, non a Delphis sed ab inferis isto die rediisse. Hæc Valckenaerii conjectura admodum verisimilis est, ob locum Latini Tragici, qui priorem Nostri fabulam passim imitatus est; Senec. Hipp. 850. *Quis fremitus aures flebilis pepulit meas! Expromat aliquis: luctus, et lacrymæ, et dolor, In limine ipso mæsta lamentatio, Auspicia digna prorsus inferno hospite.* et ob versus, quos ex ista fabula conservavit Stobæus CXVIII. p. 601, 26. Grot. p. 408. *Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ, ἡμέρας θ᾽ ἁγνὸν σέβας, Ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τε πράσσουσιν καλῶς, Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ᾽ ἐγώ.* ubi male Valck. post Grotium *τοῖς γε πράσσ.* Hæc scilicet videntur verba fuisse Thesei ab inferorum tenebris in scenam prodeuntis. Ceterum vocula *τι* post *οὐ γὰρ* legitur *πλεοναστικῶς*, ut supra v. 490. *Οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν.* Plurima hujus formulæ exempla ex Sophocleis protulit Valck. Male igitur Marklandus legere voluit *Οὐδ᾽ ἄρτι μ᾽.*

794. *Πιτθέως γῆρας* pro *Pittheo sene.* In personis designandis circumlocutiones frequentabant Tragici; eas potissimum, quæ dignitatem aut virtutem aliquam denotarent; scilicet imitati Homerica ista, *βίη Ἡρακληείη, Αἰνείαο βίη, ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ, μέγα σθένος Ἠετίωνος.* Legimus igitur in Nostri Phœn. 56. *κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν.* in Æschyl. Theb. *Τυδέως, Πολυφόντου, Ἀμφιάρεω, Πολυνείκους, Λασθένους βία.* Eumen. 27. *Ποσειδῶνος κράτος.* Theb. 488. *Ἱππομέδοντος σχῆμα, καὶ μέγας τύπος.* et plura ejusmodi, ipsas personas significantia. Similia sunt *Καδμείαν μερίμναν*, i. e. *Cadmum*, Phœn. 1064. et *Τηρείας μήτιδος*, i. e. *Tereos*, Æsch. Suppl. 60. Imitati sunt Latini, Lucret. v. 28. *tripectora tergemini vis Geryonai.* Virgil. Æn. XI. 376. *violentia Turni.* Horat. Carm. I. iii. 36. *Perrupit Acheronta Herculeus labor.* III. xxi. 11. *Catonis—virtus.* Sat. II. I. 72. *Virtus Scipiadæ, et mitis sapientia Læli.* Hos secutus est Miltonus Par. Am. v. 371. VI. 355. 371. Nostræ autem simillima est locutio Juvenalis Sat. IV. 81. *venit et Crispi jucunda senectus.*

796. *ἐκλίπῃ* Ald. *ἐκλίποι* recte MSS. et Lasc. vid. supra ad v. 482.

ΧΟ. βρόχον κρεμαστὸν ἀγχόνης ἀνήψατο.
ΘΗ. λύπῃ παχνωθεῖσ', ἢ 'πὸ συμφορᾶς τινός;
ΧΟ. τοσοῦτον ἴσμεν· ἄρτι γὰρ κἀγὼ δόμοις,
Θησεῦ, πάρειμι, σῶν κακῶν πενθήτρια.
ΘΗ. αἶ, αἶ· τί δῆτα τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα
πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;
χαλᾶτε κλεῖθρα, πρόσπολοι, πυλωμάτων·
ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν
γυναικὸς, ἥ με κατθανοῦσ' ἀπώλεσεν.

803. λ. π. Schol. ἀντὶ τοῦ κακωθεῖσα· ἁπάντων γὰρ τῶν φυτῶν φθαρτική ἐστιν ἡ πάχνη. Æschylum, ut videtur, secutus est Noster; Choeph. 83. *κρυφαίοις πένθεσιν παχνουμένη*. Vid. Ruhnk. Ep. Crit. I. p. 120. Eleganter etiam Ovidius Heroid. XV. 112. *Adstrictum gelido frigore pectus erat.* Hinc sumpta sunt quædam in X. Π. 233. 1825. 2007. 2008.

804. *τοσοῦτον.* subaudi *μόνον*, quod supprimitur post *τοσόνδε* v. 708. *δόμοις* edidit Musgravius e Cod. Fl. et sic Lascaris. *δόμοις πάρειμι* est *ædibus adsum*. Aldinam *δόμους* revocarunt Valckenaerius et Brunckius; quasi *πάρειμι* esset compositum ab *εἶμι, ibo*. Non opinor *δόμους πάρειμι* interpretationem capere posse, quam ei donat Valck. *domum tuam advenio*. *εἶμι* cum compositis futuri temporis notionem habet. In Hel. 451. ἀλλ' *ἔσω πάρειμι, sed intrabo.* In nostra fabula *εἶμι* significat *ibo* vv. 215. 292. 1068. *ἄπειμι abibo* v. 656. *εἴσεισιν ingredietur* v. 864. *ἔσειμι subibo* v. 1070. Mœris, p. 16. *ἄπεισιν* 'Αττικῶς· *ἀπελεύσεται* 'Ελληνικῶς· ubi quædam adnotavit Piersonus.

805. Vide supra ad versum 585.

806. Discimus etiam ex Soph. Œd. T. 82. morem fuisse eos, quibus læta fuerant responsa, Delphis laurea coronatos domum redire: ibi Sacerdos de Creonte adveniente ait, 'Αλλ' *εἰκάσαι μὲν ἡδύς. οὐ γὰρ ἂν κάρα* Πολυστεφὴς *ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης*. Sophoclis Scholiastes testem hujus moris citat Aristophanem, apud quem (Plut. 21.) servus, Delphis reversus, hero suo dicit, *Οὐ γάρ με τυπτήσεις, στέφανον ἔχοντά γε.* Respondet herus, *Μὰ Δί', ἀλλ' ἀφελὼν τὸν στέφανον, ἢν λυπῇς τί με,* 'Ινα *μᾶλλον ἀλγῇς.* Citat Valckenaerius Livium XXIII. c. 11. ubi Q. Fabius Pictor dixit, *se oraculo egressum extemplo his omnibus Divis rem divinam fecisse: jussumque ab antistite, sicut coronatus laurea corona et oraculum adisset, et rem divinam fecisset; ita coronatum navim adscendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset: se quæcunque imperata sint, cum summa religione ac diligentia executum, coronam Romæ in ara Apollinis deposuisse.*

809. Hic versus, ut nunc editus est, vulgo legitur post v. 826. Sed ibi interpolatus est, ut cuivis ejus loci rationem inspicienti facile patebit: de quo mox dicendum erit. In hac sede usque ad Valckenaerii tempora edebatur versus manifesto vitiosus, '*Εκλύσασθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω δυσδαίμονα*. Is quidem reposuit *ἐκλύεθ'* recte; nam legitur quoque in Med. 1315. '*Εκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν*. Helen. 1180. '*Ωή· χαλᾶτε κλεῖθρα, λύεθ' ἱππικὰς Φάτνας, ὀπαδοί*. Pergit autem scribere *ὡς ἴδω τὸν δαίμονα* Γυναικὸς, ex Cod. Fl. Sed patebit ex aliorum Codicum lectionibus, quidnam his turbis ortum dederit. Vocibus *πικρὰν θέαν* adscripta fuisse videtur in antiquiore quodam Codice interpretatio *τὸν δυσδαίμονα νεκρὸν*, quæ, expulsa vera lectione, textum occupavit. Postea istum tam enormem versum describentes librarii, ad senarium recidere aggressi sunt. Alius igitur vulgatam reliquit *ὡς ἴδω δυσδαίμονα* Γυν. alius lectionem effinxit quæ, teste Valckenaerio, erat in Cod. Paris. *ὡς ἴδω δυσδαίμονα* Νεκρὸν *γυναικὸς, ἥ με θανοῦσ' ἀπώλεσεν*. alius pro sua liberalitate reliquit *τὸν δυσδαίμονα*, ut in MS. E. alius denique, qui Florentinum exaravit, *τὸν δαίμονα*. Brunckius retinuit *ἐκλύσασθ'*, sed recte dedit *πικρὰν θέαν*.

ΧΟ. ἰὼ ἰώ, τάλαινα μελέων κακῶν·
ἔπαθες, εἰργάσω
τοσοῦτον, ὥστε τούσδε συγχέαι δόμους.
αἶ αἶ τόλμας, ὦ
βιαίως θανοῦσ',
ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ, σᾶς χερὸς
πάλαισμα μελέας.
τίς ἄρα σάν, τάλαιν', ἀμαυροῖ ζόαν;
ΘΗ. ᾤμοι ἐγὼ παθέων· ἔπαθον, ὦ τάλας,
τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν· ὦ τύχα,
ὥς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεστάθης,
κηλὶς ἄφραστος ἐξ ἀλαστόρων τινός·

811. Acute et probabiliter conjicit Elmsleius delendas esse personarum notas ad vv. 811. 819. 849. 858. et omnia, quæ in hac scena leguntur, melica Theseo tribuenda. Cum tamen versus 855–6–7. Choro melius quam Theseo convenire videantur, satius duxi, ut in re dubia, nihil novare.

814–5. ὦ deest in Codice Paris. qui mox omittit *χερός*. Verba *αἶ αἶ τόλμας —συμφορᾷ* parentheseos signis incluserunt recentes editores Heathio obsecuti. Non multum quidem refert utrum in simplices an in duplices Dochmiacos hi versiculi distribuantur: contraxissem tamen in unum vv. 814. 815. nisi numeri versuum hactenus in notis citatorum subinde mutati molestias lectori facturi essent. Idem dictum puta de vv. supra 576–7. *βιαίῳ* legit Elmsleius.

818. Vulgo legitur hic versus, ut in Aldina, *τίς ἄρα σὰν τάλαιναν ἀμαυροῖ ζωάν*; Omittit *τάλαιναν* Lasc. "*Forsan legendum ἠμαυροῖ ζωάν; ut sit integer senarius.*" R. P. Verum hæc nota Porsono admodum juveni, ut videtur, excidit: certe eam nunquam scripsisset, si animadvertisset Codicem Paris. habere *τίς ἄρα σάν, τάλαιν', ἀμαυροῖ ζωάν*; versum scilicet præeuntibus et sequentibus similem. Reposui tantum *ζόαν*, Porsoni exemplum secutus, qui in Hec. 1108. (1090.) *ζόης* pro vulgato *ζωῆς* edidit, et duo loca Stobæi indicavit, ubi eandem medicinam metrum flagitat. Cum igitur constet utramque formam *ζωὴ* et *ζόη* adhibuisse Tragicos, præferendam duxi eam, quæ numeris Dochmiacis paullo melius inservit. Pro *τίς* Musgravius probabiliter conjecit *τί σ'*, mox proposuit *ἄτις ἄρα*, quod longe deterius. Scholiast. *λείπει τὸ δαιμόνων. Τίς ἄρα δαιμόνων ἀμαυροῖ, ἤτοι ἀφανῆ καθιστᾷ τὴν σὴν ζωήν*. Legere vult Blomfieldius (*Quart. Rev.* Vol. VIII. p. 223.) *Τίς ἄρα σάν, τάλαινα, μαυροῖ ζόαν*; citans in exempla verbi *μαυρόω* Æsch. Agam. 296. Eumen. 359.

819. *ὦ τάλαινα* Aldus, adversante metro. *ὦ τάλας* E. P. Lasc. *ὧν ἔπαθον* omnes libri præter A. qui insigni varietate habet *ᾧ μοι ἐγὼ πόνων, ὦ ἔπαθον, ὦ πόλις*. ultima vox e versu 858. sumpta esse videtur. Brunckius e Codice edidit *πόνων*, et ex ingenio *οἷ' ἔπαθον, τάλας*. Concinniorem, uti spero, lectionem effeci, delendo *ὧν*, quod metro et sententiæ perinde incommodum est.

820. Pro vulgato *τὰ κάκιστ'*, quod metrum violat, Brunckius, monente Valckenaerio, e tribus MSS. A. B. Fl. reposuit *τὰ μάκιστ'*. Hæc vox, utpote apud Tragicos rarior, in illam facile mutari poterat. *μάκιστος* a Poetis usurpatur, ut opinor, pro *μέγιστος*, quemadmodum *μάσσων* pro *μείζων* in Æsch. Prom. 629. Pers. 440. 708. *μάκιστος* extat in Soph. Œd. T. 1300. *τίς ὁ πηδήσας Μείζονα δαίμων τῶν μακίστων*; ubi Codex unus exhibet contra metrum *κακίστων*. Philoct. 849. Indicat Valckenaerius Æschylum apud Longin. Sect. III. (Orith. Frag. 265.) *Καὶ μὴ καμίνου σχῶσι μάκιστον σέλας.*

821. *καὶ δόμοις etiam domui meæ.* —Valck. malebat *ἐπεστάθη Κηλὶς ἁ.*

822. MS. D. *ἄφρακτος*, mendose.

κατακονὰ μὲν οὖν, ἀβίωτος βίος·
κακῶν δ', ὦ τάλας, πέλαγος εἰσορῶ
τοσοῦτον, ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν,
μηδ' ἐκπεράσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς.
τίνα λόγον τάλας, τίνα τύχαν σέθεν
βαρύποτμον, γύναι, προσαυδῶν τύχω;
ὄρνις γὰρ ὥς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εἶ,
πήδημ' ἐς Ἀΐδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.
αἶ, αἶ, αἶ, αἶ, μέλεα, μέλεα τάδε πάθη.
πρόσωθεν δέ ποθεν ἀνακομίζομαι

823. Duplex erat in veteribus libris hujus versus scriptura *κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίος*, et *κατακονὰ μὲν οὖν ἀβίωτος βίου*. Illam habet Lasc. Ald. et MSS. nonnulli; hanc e Scholio recepit Musgravius, vertens *imo vero exitium*, et Matthiæus. *βίου* exhibent A. Fl. Etym. M. p. 50. 26. Utriusque lectionis meminit Eustathius ad Il. Γ. p. 381, 22=288, 40. et nomen *κατακονὰ* et verbum *κατακονᾷν* inter *ἅπαξ λεγόμενα* Euripidea recensens. Schol. *κατακονᾷ* interp. *καταναλίσκει*. Hesychius *κατακονὰ, διαφθορά*. Olim quidem veteres editiones secutus eram; hodie prætuli lectionem ex utraque conflatam, *κατακονὰ μὲν οὖν, ἀβίωτος βίος*.—Scribendum censet Elmsleius hic et infr. 871. *ἀβίοτος βίος*. notans, "Legendum in Ion. 764. Οἴμοι ξυμφορᾶς. Ἔλαβον, ἔπαθον ἄχος ἀβίοτον, φίλαι."

824. Ita recte Lasc. Quod vulgatur, *ὁ τάλας*, versus ferre nequit. Brunckius, *κακῶν δ' ὁ τλάμων*. Locutiones *κακῶν πέλαγος, κύματα, κλυδὼν*, et ceteras ejus generis adamarunt Tragici. Æsch. Prom. 746. *Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης*. 886. *Στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης*. 1015. *Οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία Ἔπεισ' ἄφυκτος*. Pers. 433. *Αἶ, αἶ· κακῶν δὴ πέλαγος ἔῤῥωγεν μέγα*. Eur. Med. 362. *Ὡς εἰς ἄπορόν σε κλυδῶνα θεὸς, Μήδεια, κακῶν ἐπόρευσε*. Suppl. 824. *Ἴδετε κακῶν πέλαγος*. Herc. F. 1088. *κακῶν δὲ πέλαγος εἰς τόδ' ἥγαγες*. Æsch. Theb. 758. Shakesp. Haml. Act. III. Sc. I.—*Or to take arms against a sea of troubles, And by opposing end them.* Hunc versum cum duobus sequentibus adhibuit X. Π. 419.

825. Vide supra v. 472. *ἐκπνεῦσαι* Lasc. Flor. *ὡς μήποτ'* A. Flor. qui et mox *μήτ' ἐκπεράσαι*.

826. Post hunc vulgo sequitur versus *ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν*, quem utpote ex sede sua supr. 809. male repetitum, cum Brunckio delevi. Abest quidem a Codd. A. Fl. et in hoc loco, si sententiam spectes, prorsus absurdus esset. Præterea notandum est quod in vv. 819-830 tria senariorum disticha totidem dochmiacorum distichis singula singulis subjiciantur; quodque his duodecim versus 837–848. uti antistropha strophæ suæ, fere opponantur: unde constat istum versiculum hanc sedem male occupasse.

827. *τίνα τίνα λόγον* Fl.

828. *γύναι* pro vulgato *τλῆμον* ex MSS. A. Fl. Brunckium secutus, recepi. Deinde recte interpretatus est Musgravius *τύχω*, i. e. *σκοποῦ, verum attingam*, comparans Æsch. Choeph. 14. *Ἢ πατρὶ τῷ 'μῷ τάσδ' ἐπεικάσας τύχω Χοὰς φερούσας*; Comparari etiam possunt Iph. T. 1321. (1287.) *Ὦ θαῦμα· πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω*; Æsch. Agam. 1232. *τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος Τύχοιμ' ἄν*;

829. Eadem comparatione utitur Sophocles Œd. Tyr. 175. *Ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ Προσίδοις, ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν, Κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὄρμενον Ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ*. ubi Brunckius *ᾇπερ*, haud suspicatus istos versus esse antistrophicos, et metrum requirere *ἅπερ* i. e. *Sicut*. Similia sunt in Aristoph. Ran. 1351. Nostri Herc. F. 509.

830. Aliam lectionem *πικρὸν* pro *κραιπνὸν* habet Aldus, et sic vulgo. Sed Lascaris cum omnibus MSS. Schol. et X. Π. 232. *κραιπνὸν*, quod receperunt Musgr. et Brunck.

831. Aldus *πάθη τάδε* contra metrum. Correxit e Codd. Musgravius.

τύχαν δαιμόνων,
ἀπλακίαισι τῶν πάροιθέν τινος.
ΧΟ. οὐ σοὶ τάδ', ὦ 'ναξ, ἦλθε δὴ μόνῳ κακά,
πολλῶν μετ' ἄλλων δ' ὤλεσας κεδνὸν λέχος.
ΘΗ. τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
μετοικεῖν σκότῳ θανὼν ὁ τλάμων,
τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας·
ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο.
τίνος δὴ κλύω, πόθεν θανάσιμος
τύχα σὰν ἔβα, γύναι, καρδίαν;
εἴποι τις ἂν τὸ πραχθὲν, ἢ μάτην ὄχλον
στέγει τύραννον δῶμα προσπόλων ἐμῶν;
ἰώ μοι σέθεν·

833. Vulgo distinctio posita erat post τύχαν, ut conjungerentur δαιμόνων τῶν πάροιθεν, satis inepte. Recte Valckenaerius monuit τύχαν δαιμόνων dictum esse pro simplice τύχαν vel δαίμονα, ut in Fragm. Eur. Æoli ap. Stob. p. 568, 38. (Fr. 40.) Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας Ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός.

834. ἀμπλακίαισι editiones nostram præcedentes. Altera vero forma, qua semper usos esse Tragicos arbitror, in hoc versu vel ob numeros reponenda erat. Vid. supra ad v. 145. Respexit quidem Theseus eadem majorum delicta, quæ Hippolytus infra v. 1377.

836. δ', quod vulgo abest, ex Codd. A. Fl. interjecit Valckenaerius, recte; similis est verborum structura in Herodoti loco supra citato ad v. 441. Scholiastes comparat ea, quibus Admetum consolatur Chorus in Alcest. 417. (429.) Οὐ γάρ τι πρῶτος, οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν Γυναικὸς ἐσθλῆς ἤπλακες. Vide Brunckii notam ad Soph. Electr. 153. cujus exemplis addas fabulæ ejus v. 289. καινὸν mendose pro κεδνὸν Fl.

837–8. X. II. 899–900. σκότου sine auctoritate Brunck. θανεῖ Lasc. Doricam formam τλάμων ex A. restituit Valck. ὦ τλάμων Elmsleius, provocans ad Porsoni notam infra v. 1458.

840. X. II. 954.

841–2. Hi versus vulgo juxta Aldinam scribuntur Τίνος κλύω; πόθεν θανάσιμος τύχα, Γύναι, σὰν ἔβα τάλαιναν καρδίαν; in quibus ne minimum quidem metri vestigium deprehendas. Sed recte Musgravius τίνος δὲ κλύω; ex E. Lasc. Gloss. λείπει ἡ παρά. Brunckius delevit τάλαιναν, utpote inutile, et e versu 818. profectum, et γύναι transposuit; recte faciens, ut opinor, nisi quod lectionem Codicis A. ἐπέβα pro ἔβα in textum infersit; simplex verbum metro convenientius est, et per se longe melius. Notent tirones κλύω subjunctivum esse: Verum aliter hosce dochmiacos concinnavit doctissimus Elmsleius: Τίνος δὴ, πόθεν, θανάσιμος τύχα, Γύναι, σὰν, τάλαιν' ἔβα καρδίαν; scilicet ob glossam λείπει ἡ παρὰ, suspectum habet verbum κλύω, quo ejecto construit παρὰ τίνος— θανάσιμος τυχὰ, comparans supr. v. 318. Μῶν ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τινος; ubi Scholiast. interpretatur, παρὰ τῶν ἐχθρῶν. Deinde, cum MSS. A. et Flor. habeant τάλαινα pro τάλαιναν, transpositis vocibus legit, Γύναι, σὰν, τάλαιν', ἔβα καρδίαν;

844. στέγοι Aldus, mero operarum errore, qui tamen usque ad Musgravii tempora permansit, neque a Valckenaerio sublatus est. Hinc ὄχλον στέγει δόμος citat Eustathius ad Il. Z. p. 640, 8=499, 15. στύγει MS. A. ἐμὸν maluit Valck.

845. Vulgo ἰώ μοι μοι σέθεν· μέλεος. Brunckius μοι ὤμοι ex membranis suis, in quibus recte dividuntur hi versiculi: et sic olim edideram; postea vero, ab Elmsleio monitus, reposui Ἰώ μοι σέθεν,

μέλεος, οἷον εἶδον ἄλγος δόμων,
οὐ τλητὸν, οὐδὲ ῥητόν. ἀλλ' ἀπωλόμην.
ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται.
ΧΟ. *ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ φίλα γυναικῶν,*
ἀρίστα θ', ὁπόσας ἐφορᾷ
φέγγος ἀελίου τε
καὶ νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα.
ἰὼ τάλας,
ὦ τάλας, ὅσον κακὸν ἔχει δόμος.
δάκρυσί μου βλέφαρα
καταχυθέντα τέγγεται σᾷ τύχᾳ.
τὸ δ' ἐπὶ τῷδε πῆμα φρίσσω πάλαι.
ΘΗ. *ἔα, ἔα.*
τί δή ποθ' ἥδε δέλτος ἐκ φίλης χερὸς
ἠρτημένη; θέλει τι σημῆναι νέον;

et infra v. 1381. 'Ιώ *μοι, τί φῶ;* Conf. supra v. 367. 'Ιώ *μοι, φεῦ, φεῦ·* ubi Lascaris et Aldus perperam duplicant *μοι.*

847. Editiones habent *ἀπωλόμαν*, perperam, ut in senario. *ἀπωλόμην* servant Fl. et X. II. 904.

848. Nost. Suppl. 1132. 'Εγὼ *δ' ἔρημος ἀθλίου πατρὸς τάλας,* 'Ερημον *οἶκον ὀρφανεύσομαι λαβών.* ubi nostrum versum attulit Marklandus, notans, "Tragicis *ἔρημος οἶκος* dicitur, quando principalis aliqua persona ex familia moritur." Ab isto Supplicum loco versus Hippolyti satis defenditur contra Musgravium, qui audacter conjicit 'Ερη*μον οἶκον καὶ τέκν' ὀρφαν' εὐνέτᾳ* 'Ελιπες, *ἔλιπες.*

849. *ἔλιπες* semel tantum Lasc.

850. Hec. 635. 'Ελένας *ἐπὶ λέκτρα, τὰν καλλίσταν ὁ χρυσοφαὴς* 'Αλιος *αὐγάζει.* Quæ verba, cum ab Eustathio sine nomine auctoris forte citata essent, Brunckius Fragmentis Helenæ Sophocleæ inseruit.

851. Brunckius copulam *τε* delet, et versum inde effictum *Φέγγος ἀελίου* dochmiacum appellat. Pherecrateus profecto est v. 851. Sequitur asynartetus e duplici Iambica penthemimeri constans, quales sunt vv. 128. 138. 160.

852. *ἀστεροπὸς* Lasc. Conjicit Musgravius *καὶ νυκτὸς ἀστερωποῦ σελάναι;* Jacobs. Exercit. Crit. p. 51. 52. *ἀστερωπὸν σέλας* vel *σέβας.*

853. *ὦ τάλας, ἰὼ τάλας* Lasc. *ὦ τάλας, ὦ τάλας* A. Scripsit fortasse Poeta *ἰὼ ἰὼ τάλας,* integrum scilicet dochmium. In talibus non multum auctoritatis Codicibus tribuendum est; in exclamationibus enim repetendis vel omittendis ludere solebant librarii, de metrorum rationibus parum solliciti.

855. Pulchrum habet senarium X. II. 723. *Δάκρυσί τε βλέφαρα θερμοῖς τέγγεται!* De interpolationibus istius versuum consarcinatoris parum attinet loqui: si quis tamen suspicetur epitheton, quo ille usus est, in nostris versibus inventum fuisse, poterit totum locum hoc modo dividere: 'Ω *τάλας, ὦ τάλας, —ὅσον κακὸν ἔχει δόμος· δάκρυσί μου— βλέφαρα καταχυθέντα θερμοῖσι τέγ— γεται σᾷ τύχᾳ. τέγκεται* Lasc. qui mox omittit *πάλαι.*

860. Notam interrogationis, quæ vulgo abest, post *ἠρτημένη* posui. Valckenaerius interrogationem post *δέλτος* posuit, post *νέον* sustulit. Eligat igitur lector. Ceterum *θέλει τι σημῆναι νέον;* verti debet, *num calamitatem aliquam significare vult!* Idem denotat *τι νέον* supra v. 794. *τι καινὸν* v. 372. Hec.

ἀλλ' ἦ λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολὰς
ἔγραψεν ἡ δύστηνος ἐξαιτουμένη;
θάρσει, τάλαινα· λέκτρα γὰρ τὰ Θησέως
οὐκ ἔστι, δῶμά θ', ἥτις εἴσεισιν γυνή.
καὶ μὴν τύποι γε σφενδόνης χρυσηλάτου
τῆς οὐκέτ' οὔσης τῆσδε προσσαίνουσί με.
φέρ', ἐξελίξας περιβολὰς σφραγισμάτων,
ἴδω, τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει.

ΧΟ. φεῦ, φεῦ· τόδ' αὖ νεοχμὸν ἐκδοχαῖς
ἐπιφέρει θεὸς κακόν· ἐμοὶ μὲν οὖν
ἀβίωτος βίου

83. Ἔσται τι νέον. 178. Med. 37. Δέδοικα δ' αὐτὴν, μή τι βουλεύσῃ νέον. Vid. Markland. ad Eur. Suppl. 1032. Et isti quidem euphemismi, in quibus subintelligitur κακὸν, apud Tragicos frequentissimi sunt. Vulgo σημᾶναι; ex Cod. A. mutavit Valck. Conjicit Musgravius τί σημανεῖ νέον;

861. ἐπιστολαί· ἐντολαὶ, ἐπιταγαί· Αἰσχύλος Προμηθεῖ Δεσμώτῃ, Hesychius, respiciens ad Prom. 3. Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς, Ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο. ad quem locum vid. Blomfield. Notanda est etiam ellipsis præpositionis ἀμφὶ vel περὶ, qualis est supra v. 129. Soph. Trach. 1122. Τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσων, ἐν οἷς Νῦν ἐστιν. Philoct. 439. Antig. 1182. Eur. Phœn. 1343. Præiverat Homerus Odyss. Λ. 173. Εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον.

863. τάλινα Lasc.

865. σφενδόνη dicebatur *pala annuli*, i. e. circulus ille aureus in quo σφραγὶς sive annuli gemma includitur: hinc ipsam gemmam significat, et τύποι σφενδόνης idem ac σφραγῖδος σημεῖα. Conferas Platonem Republ. II. Tom. II. p. 359. E. καθήμενον οὖν μετὰ τῶν ἄλλων, τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός. τούτου δὲ γενομένου, ἀφανῆ αὐτὸν γενέσθαι τοῖς παρακαθημένοις. quæ interpretatus est Cicero de Offic. III. 9. *ibi, cum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.* Hoc monuit H. Stephanus in Thes. Gr. Ling. et post eum Valckenaerius. Hesych. σφενδόνη· τοῦ δακτυλίου τὸ περιφερές· ἡ σφραγίς. Similia habent Etym. M. et Photius. Videtur quidem iste circulus dictus fuisse σφενδόνη, quia gemmam suam, ut funda lapidem, amplexus est.

866. σαίνειν proprie dicuntur canes, qui caudam moventes hominibus blandiuntur. Hom. Odyss. K. 216. Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαίτηθεν ἰόντα Σαίνωσ', αἰεὶ γάρ τε φέρει μειλίγματα θυμῷ· Ὣς τοὺς ἀμφὶ λύκοι κρατερώνυχες, ἠδὲ λέοντες Σαῖνον. Π. 6. Ρ. 302. Hinc σαίνειν et προσσαίνειν significant *blandiri, arridere*, et apud Tragicos satis usitata sunt. Attulit Valckenaerius Soph. Œd. C. 319. φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων Σαίνει με προστείχουσα. Antig. 1214. Παιδός με σαίνει φθόγγος. Æsch. Agam. 1665. Οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη φῶτα προσσαίνειν κακόν. ubi est *adulari*. Prom. 835. τῶν δὲ προσσαίνει σέ τι.· ibi sex alia apud Æschylum exempla notavit Blomfieldius. Addas Nostri Ion. 685. Οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα. Rhes. 55. Fragm. Soph. Teucri ap. Stobæum CXXI. p. 615, 16. (Fr. 508.) Ceterum de hujus verbi indole et significationibus egit Blomfieldius in disputatione longe elegantissima apud Glossarium ad Æsch. Theb. 379.

870. ἐπεισφέρει et κακῶν Ald. sed κακὸν, quod, sententia plane flagitante, vulgo editum est, confirmant Codd. A. Fl. Possis quidem metrum dochmiacum restituere transponendo θεὸς ἐπεισφέρει. Sed cum Lasc. habeat ἐπειφέρει, iidem vero Codd. diserte ἐπιφέρει hoc prætuli. Credo equidem ἐπεισφέρει, ut et κακῶν, quod exhibet Lascaris, profectum esse e librarii alicujus manu, de senario efficiendo cogitantis.

τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν εἴη τυχεῖν.
ὀλομένους γὰρ οὐκέτ' ὄντας λέγω,
φεῦ, φεῦ, τῶν ἐμῶν τυράννων δόμους.
ὦ δαῖμον, εἴ πως ἔστι, μὴ σφήλῃς δόμους·
αἰτουμένης δὲ κλῦθί μου· πρὸς γάρ τινὸς
οἰωνὸν, ὥστε μάντις, εἰσορῶ κακόν.
ΘΗ. οἴμοι· τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακὸν,
οὐ τλητὸν, οὐδὲ λεκτόν· ὦ τάλας ἐγώ.
ΧΟ. τί χρῆμα; λέξον, εἴ τί μοι λόγου μέτα.
ΘΗ. βοᾷ, βοᾷ δέλτος ἄλαστα· πᾶ φύγω
βάρος κακῶν; ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι.
οἷον, οἷον εἶδον ἐν γραφαῖς μέλος
φθεγγόμενον τλάμων.
ΧΟ. αἶ, αἶ· κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.
ΘΗ. τόδε μὲν οὐκέτι στόματος ἐν πύλαις
καθέξω δυσεκπέρατον ὀλοὸν
ὀλοὸν κακόν· ὦ πόλις, πόλις,

873. *ὀλουμένους* Lasc.

875. *σφάλῃς* Cod. Par. teste Valck.

876. *αἰτουμένης γὰρ* Ald. Primus Barnesius e conjectura Canteri edidit *αἰτουμένης δὲ*, quod exhibent duo Codd. et Lasc.

877. Pro vulgato *κακοῦ*, edidi cum Brunckio *κακὸν*, e Codd. A. Fl. ad mentem Valckenaerii, qui statuit magis Euripideum esse *οἰωνὸν κακὸν*, quam *οἰωνὸν κακοῦ*. *πρὸς τινὸς* est *a quodam*, vel *a quadam parte*, quam nominare consulto refugimus. Pari modo adhibetur *τὶς* in Soph. Aj. 1138. *Τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινί.* Accentum vocis *τινὸς* reposui; majorem enim vim habet, quam ut enclitica sit.

879. Nulla causa erat cur conjiceret quidam apud Valck. *οὐδ' ἀνεκτόν*. Quod editum est, legitur in omnibus Edd. et MSS. et X. Π. 714. et defenditur versu 847.

881. *ποῦ φύγω* Lasc. Ald. et sic vulgo. *πᾶ* restituit Valck. e Cod. A. recte; nam *ποῦ* de motu dici non potuit. vid. Porson. ad Hec. 1079. (1062.) *πᾶ*, Dorice pro *πῇ*, hic propriam significationem habet, *qua via!* De usu subjunctivorum in interrogationibus videndus est Dawesius Misc. Crit. pp. 78. 207. Vv. 881–2. in hunc modum divisit Brunckius, Cod. A. secutus; *βοᾷ, βοᾷ δέλτος ἄλαστα·—πᾶ φύγω βάρος κακῶν; —ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι.* non male. *ποῖ φύγω* mavult Elmsleius, conferens Med. 1271. Phœn. 977. Iph. T. 291. (280.) Soph. Œd. C. 1738. Ant. 828. legendum censet *ποῖ φύγω* etiam in Orest. 1375.

882. *κακὸν* Ald.

883. *γραφαῖσι* Lasc. *μέλος*, quod proprie de carmine dicitur, denotat *luctuosam orationem*, *querelam*, hic et infra v. 1173. 'Ο δ' ἦλθε ταὐτὸν δακρύων φέρων μέλος 'Ημῖν ἐπ' ἀκταῖς. Iph. Aul. 1279. (1174.) *ταὐτὸν Μέλος εἰς ἄμφω πέπτωκε τύχης.*

884. *τλῆμον* Lasc. *τλήμων* vulgo. Doricam formam servavit MS. Flor.

885. Habet X. Π. 418. Non absimilis est locutio in Æsch. Agam. 1628. *Καὶ ταῦτα τἄπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ.*

886. *τὸ δ' ἐμὸν οὐκ ἔστι στόματος* Fl. vitiose.

887. *δυσεκπέραντον* A.

888. Alterum *ὀλοὸν* deest in A. Fl.

Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν
βίᾳ, τὸ σεμνὸν Ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας.
ἀλλ', ὦ πάτερ Πόσειδον, ἃς ἐμοί ποτε
ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι
τούτων ἐμὸν παῖδ'· ἡμέραν δὲ μὴ φύγοι
τήνδ', εἴπερ ἡμῖν ὤπασας σαφεῖς ἀράς.
ΧΟ. ἄναξ, ἀπεύχου ταῦτα, πρὸς θεῶν, πάλιν,
γνώσει γὰρ αὖθις ἀπλακών· ἐμοὶ πιθοῦ.
ΘΗ. οὐκ ἔστι· καὶ πρὸς γ' ἐξελῶ σφε τῆσδε γῆς.
δυοῖν δὲ μοίραιν θατέρᾳ πεπλήξεται·
ἢ γὰρ Ποσειδῶν αὐτὸν εἰς Ἅιδου δόμους
θανόντα πέμψει, τὰς ἐμὰς ἀρὰς σέβων,
ἢ τῆσδε χώρας ἐκπεσὼν, ἀλώμενος
ξένην ἐπ' αἶαν, λυπρὸν ἀντλήσει βίον.

Lasc. πόλις semel in A. Fl. Unde pro nostro versu scribendum censet Elmsleius Κακὸν, ἰὼ πόλις. fortasse recte. Nolui tamen repetitiones verborum tollere, memor Porsoni moniti ad Med. (157.)

889. Idem senarius leviter mutatus legitur in Nostri Electr. 255. observante Valckenaerio.

892. μιᾶς κατείργασται Fl.

893. φύγῃ Ald. φύγοι Lasc. et quinque minimum MSS. φύγω Fl.

894. ἀρὰς σαφεῖς infra v. 1311. ubi vide notata.

895. ἀνεύχου placuit Valckenaerio, cujus verba apponam. "Codices in ἀπεύχου ταῦτα conspirant: mihi tamen potius scripsisse videtur Euripides, ἀνεύχου ταῦτα. Alteri optata si quis evenire nolit, illa quidem dicitur quis ἀπεύξασθαι· ut in his Platonis de LL. III. p. 687. D. ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τοῦ υἱέως εὐχὰς γίγνεσθαι. Sed qui palinodiam cantat, et sua ipsius optata revocat, is, ut opinor, dicitur ἀνεύξασθαι· quique illis alia substituit meliora, μετεύξασθαι· hoc in Euripidis est Medea v. 600." Occurrit quidem in isto sensu ἀνεύχεσθαι bis apud Platonem. Sed in nostro versu nolim quidquam mutare; palinodia enim significatur per vocem πάλιν, et vim quandam addit ἀπεύχου. Sensus est, *Per Deos oro te, rex, mutatis votis hæc deprecare.* Cod. Florentinus habet ἀπόσχου, et in sequentibus vitiose πείθου, θ' ἀτέρῳ, v. 903. εἰς καινὸν, 904. κακῶν, 905. σῆσι.

896. Hoc addas exemplis similium constructionum allatis ad v. 304. De αὖθις significante *posthac* dixi supra ad v. 312. Orest. 909. Ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεὶ, Κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθις εἰσὶ χρήσιμοι Πόλει. ubi αὖθις est *deinceps*. Alc. 1152. (1171.) Αὖθις τόδ' ἔσται, νῦν δ' ἐπείγεσθαί με δεῖ. ἀμπλακὼν Edd. et MSS. πειθοῦ Lasc.

897. πρὸς pro *insuper*, subaudito τούτοις, ut in aliis scriptoribus, ita in Tragicis usitatum est. Noster Heraclid. 641. Μάλιστα· καὶ πρός γ' εὐτυχεῖς τὰ νῦν τάδε. Phœn. 610. καὶ κατακτενῶ γε πρός. Æsch. Prom. 73. Ἦ μὴν κελεύσω κἀπιθωΰξω γε πρός. In quibus etiam exemplis, vim suam corrigendi et augendi exercet particula γε. Orest. 622. Μενέλαε, σοὶ δὲ τάδε λέγω, δράσω τε πρός. Phœn. 876. ἐκ δ' ἔπνευσ' αὐτοῖς ἀρὰς Δεινὰς, νοσῶν τε, καὶ πρὸς ἠτιμασμένος. Helen. 956. Ἀπόδος τε, καὶ πρὸς σῶσον.

898. θατέρα Ald.

902. ἐξαντλεῖν βίον habet Noster in Cresphonte Fragm. VII. (455.) Τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν, Οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ', ἀλλὰ μυρίαι Τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον. Proprie quidem

ΧΟ. *καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς παῖς σὸς εἰς καιρὸν πάρα*
Ἱππόλυτος· ὀργῆς δ' ἐξανεὶς κακῆς, ἄναξ
Θησεῦ, τὸ λῷστον σοῖσι βούλευσαι δόμοις.
ΙΠ. *κραυγῆς ἀκούσας σῆς ἀφικόμην, πάτερ,*
σπουδῇ· τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἐφ' ᾧ τινι στένεις,
οὐκ οἶδα· βουλοίμην δ' ἂν ἐκ σέθεν κλύειν.
ἔα, τί χρῆμα; σὴν δάμαρθ' ὁρῶ, πάτερ,
νεκρόν· μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον.
ἣν ἀρτίως ἔλειπον· ἣ φάος τόδε
οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.
τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται;
πάτερ, πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα.
σιγᾷς; σιωπῆς οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς·
ἡ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν
κἀν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται.

dicuntur *ἀντλεῖν* et *ἐξαντλεῖν* de sentina exhaurienda: metaphorice autem *ἀντλεῖν* et *ἐξαντλεῖν βίον* sunt *ævum exigere, vita defungi*. Comparari potest horum verborum usus in Æsch. Prom. 375. *Ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ἀντλήσω τύχην.* Nostri Cycl. 10. *Καὶ νῦν ἐκείνων μείζον' ἐξαντλῶ πόνον.* 110. *Παπαί· τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί.* 282. Med. 79. Sic etiam usurpabant veteres Latini verbum a Græco fonte derivatum, *exantlare*. Lucilius apud Nonium: *Quantas quotque modo ærumnas, quantosque labores Exantlaris.* Videas alia exempla apud Gataker. in M. Antonin. IV. 50. Virgilius autem *exhaurire* Æn. IV. 14. *quæ bella exhausta canebat.* X. 57. *Totque maris vastæque exhausta pericula terræ.*

907. *ἐφ' ᾧτινι νῦν στένεις* Ald. *ἐφ' ᾧ τινι στένεις* A. D. E. Fl. Lasc. et sic edidi cum Musgr. Valck. et Brunck. quanquam dubitandi locus est, annon scripserit Euripides *ἐφ' ᾧ τὰ νῦν στένεις*, quod exhibet X. Π. 843. Alia lectio proponitur a Blomfieldio (*Quart. Rev.* Vol. VIII. p. 223.) *ἐφ' ᾧγε νῦν στένεις.* "Nusquam alias apud tragicos reperi *ᾧτινι* pro *ὅτῳ*." Elmsl.

909. 910. X. Π. 852–3. *ἔα, τί χρῆμα;* admirantis exclamatio est in Orest. 1573. Androm. 896.

911. Ita Cod. A. Musgr. Brunck. Altera lectio *εἰς φάος τόδε*, quam habent Lasc. Ald. et Priscianus p. 1168. deterior videtur. *ὡς φάος τόδε* X. Π. 859.

912. *οὔπω χρόνον παλαιὸν* interpretatur Schol. *οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου, ἀλλ' ἔναγχος.* Cf. Iph. A. 419. (342.) *Χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν.*

913. *τῷ διόλλυται τρόπῳ;* Flor. sed vulgato ordine X. Π. 861.

915. Hunc versum postponendum esse versui 917. censuit Marklandus, cui adsentitur Valckenaerius: et ad eorum sententiam ordinem versuum mutavit Brunckius. Versum sane, si omnino abesset, non desideraremus: suspicor equidem ex alio dramate, propter sententiæ similitudinem, margini adscriptum, postea in hanc sedem irrepsisse. Huic suspicioni favet, quod in X. Π. 561–4. duo præcedentes et duo sequentes versus continui leguntur, omisso v. 915.—*σιωπῆς δ'* vulgo. Omisi *δ'* auctoritate Cod. Havn.

916. *ποθοῦσα* Lasc.

917. *λίχνος* proprie est *catillo, gulosus;* metaphorice *curiosus, qui rebus quibuslibet cognoscendis avide inhiat.* Ad hunc usum vocum *λίχνος* et *λιχνεία* respiciens Porsonus, in margine editionis Brunckianæ scripsit, "*Athen.* V. p. 220. C. *Synes. Dion.* p. 44. A. 11. *Schol. Townl.* in *Il.* Ξ. 171. *H. Steph. Thes. L. G.*

οὐ μὴν φίλους γε, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους,
κρύπτειν δίκαιον σὰς, πάτερ, δυσπραξίας.
ΘΗ. ὦ πόλλ᾽ ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι μάτην,
τί δὴ τέχνας μὲν μυρίας διδάσκετε,
καὶ πάντα μηχανᾶσθε, κἀξευρίσκετε,
ἓν δ᾽ οὐκ ἐπίστασθ᾽, οὐδ᾽ ἐθηράσασθέ πω,
φρονεῖν διδάσκειν, οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς;
ΙΠ. δεινὸν σοφιστὴν εἶπας, ὅστις εὖ φρονεῖν
τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατός ἐστ᾽ ἀναγκάσαι.
ἀλλ᾽, οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς, πάτερ,
δέδοικα μή σου γλῶσσ᾽ ὑπερβάλῃ κακοῖς.
ΘΗ. φεῦ· χρῆν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον

T. I. p. 1939. O. D. E. *Menander*, Τὸ τ᾽ ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον." R. P. Synesii locus est—*τὴν ἐν τῇ φύσει λιχνείαν, ὑφ᾽ ἧς ἕκαστός ἐστι πολυπράγμων του ἀποῤῥήτου.* Hesychius λίχνος· ὀψοφάγος, λαίμαργος, λίμβος, πολυπράγμων. ultima interpretatio fortasse nostrum versum respicit. Scholiastes λίχνος· ἐπιθυμητική, περίεργος.

918. "*Eustath. Il.* A. p. 156, 15 = 118, 16." R. P. Citat Eustathius φίλους, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους. Comparat Valckenaerius Æsch. Prom. 987. Οὐ γάρ συ παῖς τε, κἄτι τοῦδ᾽ ἀνούστερος; Hec. 667. Ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω. Soph. Antig. 64. Sed non debebat ille cogitare de scribendo οὐ μὴν φίλους τε; neutiquam enim otiosa est particula γε.

920. Pro πολλ᾽ ἁμαρτάνοντες Marklandus emendabat πολλὰ μανθάνοντες, quæ conjectura quondam nobis magnopere arrisit. Nunc autem intelligo vulgatam lectionem restituendam esse. ἁμαρτάνειν μάτην a Græco sermone non abhorret: denotat, ita *errare ut labor frustra susceptus sit.* μάτην et ἄλλως non raro junguntur verbis actionem irritam vel futilem significantibus, ita ut vim illam augeant: ut supra v. 197. Μύθοις δ᾽ ἄλλως φερόμεσθα.—Brunckius, Valckenaerio obsecutus, post ἄνθρωποι distinxit, et μάτην cum sequentibus conjunxit, unde durissima fit verborum collocatio. ἄνθροποι Lasc.

923. ἐνθ᾽ οὐκ ἐπ. Cod. Paris. οὐδὲ δὴ θηρᾶσθέ πω Codd. nonnulli.

924. αἷσιν οὐκ ἐστὶ νοῦς Par.

926. ἀναγκάζειν Aldus et edd. donec turpem mendam auctoritate Codicum sustulit Musgravius.

927. οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς vertendum, *non enim in opportuno rerum statu subtilia disputas.* id est, *non enim res postulat istas tuas subtiles disputationes.* ἐν δέοντι similiter adhibitum est in Nostri Orest. 212. Med. 1277. Alcest. 817. (833.) Οὐκ ἦλθες ἐν δέοντι δέξασθαι δόμοις. Supplent plerumque Viri docti καιρῷ, neque ego obnixe repugno; incerti enim Poetæ senarius a Valckenaerio citatus e Stobæo, XXXVI. p. 217, 6. p. 143. Grot. Ληρεῖς, ἐν οὐ δέοντι καιρῷ φιλοσοφῶν. Rectius tamen, ut videtur, ab impersonali δεῖ derivantur participia δέον, δέοντι. Alcest. 1101. (1120.) Πιθοῦ· τάχ᾽ ἂν γὰρ εἰς δέον πέσοι χάρις. Vid. Schaefer. ad Bos. Ellips. p. 209. λεπτουργεῖν statuit Valckenaerius idem fere notare ac Aristophaneum λεπτολογεῖν Nub. 320. Similem quidem locutionem habet Noster in Med. 1081. Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων Μύθων ἔμολον. Emendari jussit Marklandus οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖν, quod vulgato deterius.

929. Vertit Grotius in Excerpt. p. 218. *Debuerat esse certa amicorum nota Discriminatrix mentium, unde agnosceres Quis verus esset, quisve sublesta fide.* Valckenaerius huc respexisse putat Ciceronem de Amicitia c. 17. *querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent; ut capras et oves, quot quisque haberet, dicere posset; amicos quot haberet non posset dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis*

σαφές τι κεῖσθαι, καὶ διάγνωσιν φρενῶν,
ὅστις τ' ἀληθής ἐστιν, ὅς τε μὴ φίλος·
δισσάς τε φωνὰς πάντας ἀνθρώπους ἔχειν,
τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δ' ὅπως ἐτύγχανεν·
ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ' ἐξηλέγχετο
πρὸς τῆς δικαίας, κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα.

ΙΠ. ἀλλ' ἦ τις εἰς σὸν οὖς με διαβαλὼν ἔχει
φίλων, νοσοῦμεν δ', οὐδὲν ὄντες αἴτιοι;
ἔκ τοι πέπληγμαι· σοὶ γὰρ ἐκπλήσσουσί με
λόγοι, παραλλάσσοντες ἔξεδροι φρενῶν.

ΘΗ. φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός;
τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται;
εἰ γὰρ κατ' ἀνδρὸς βίοτον ἐξογκώσεται,
ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολὴν
πανοῦργος ἔσται, θεοῖσι προσβαλεῖν χθονὶ

eligendis negligentes esse: nec habere quasi signa quædam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, judicarent.

932. δισσὰς δὲ vulgo. δισσάς τε Valck. ex Codd. A. Fl.

933. τὴν δ' ὅπως ἐτύγχανεν exp. Matthiæ *temerariam*, ideoque *injustam*, citans Plat. Phileb. p. 28. D.

934. Vide supra ad v. 643.

936. ἀλλ' εἴ τις Lasc. Ald. Sed recte Canterus ἀλλ' ἦ τις, quod exhibent membranæ, quodque e Scholiis tuetur Marklandus, monens cum interrogatione legendum: et sic quidem in 2da ed. Musgravius, et Brunckius. Valckenaerius autem revocavit ἀλλ' εἴ τις, et delendo δ' post νοσοῦμεν, frigidam effinxit sententiam. Interrogandi formula est ἀλλ' ἦ supra v. 861. Ion. 755. 'Αλλ' ἦ τι θεσφάτοισι δεσποτῶν νοσῶ; Phœn. 1704. ἀλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά; Sophocl. Electr. 879. et alibi.

937. νοσοῦμεν δ' οὐδὲν ὄντες αἴτιοι; vertas, *and am I suffering, who am not at all guilty?* νοσεῖν apud Tragicos sæpe dicitur de iis, qui malo quolibet, vel infortunio, vel periculo laborant.

938. ἤτοι πέπ. Cod. Par. male. ἔκ τοι πέπληγμαι senarium inchoat supra 342. Herc. F. 1105. quod notavit Valck. ἐκπλήσσουσί με Lasc. qui contrario vitio duplicat σ in γενήσεται v. 941.

939. Vertendum, *verba aberrantia extra sedem et fines rationis*; sive *delirantia.* Citat Musgravius Platonis Timæum p. 27. C. εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν. *nisi plane deliramus.* Corrigendum censet Blomf. ἔξεδρον.

940–1. X. Π. 422–3.

942. βίοτος Ald. et ita diu legebatur, contra sententiam loci, et Codicum auctoritatem. Reposuit tandem Musgravius βίοτον, quod exhibent Lasc. et MSS. omnes. Valckenaerius censet ἐξογκώσεται esse e numero futurorum mediæ formæ, passive significantium. Vide notata ad v. 1458. κατ' ἀνδρὸς βίοτον exponit Valck. κατὰ γενεάν.

943. τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολήν. hujus constructionis exemplum dabit Noster in Fragm. Autolyci apud Athen. X. p. 413. D. (Fr. 281.) πῶς γάρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡσσημένος, Κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός; Citat Valck. Anaxilam Athenæi XIII. p. 558. A. ubi de meretricibus dicitur, Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ χίμαιρα πυρπνόος, Ἢ Χάρυβδις, ἢ τρίκρανος Σκύλλα ποντία κύων, Σφίγξ, ὕδρα, λέαιν', ἔχιδνα, πτηνά θ' ἁρπυιῶν γένη, Εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους. Cum sententia nostri loci quivis comparabit Horat. Carm. III. vi. 46. *Ætas parentum, pejor avis, tulit Nos*

ἄλλην δεήσει γαῖαν, ἣ χωρήσεται
τοὺς μὴ δικαίους καὶ κακοὺς πεφυκότας.
σκέψασθε δ' εἰς τόνδ', ὅστις, ἐξ ἐμοῦ γεγὼς,
ᾔσχυνε τἀμὰ λέκτρα, κἀξελέγχεται
πρὸς τῆς θανούσης ἐμφανῶς κάκιστος ὤν.
δεῖξον δ', ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθας,
τὸ σὸν πρόσωπον δεῦρ' ἐναντίον πατρί.
σὺ δὴ θεοῖσιν, ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ,
ξύνει; σὺ σώφρων, καὶ κακῶν ἀκήρατος;
οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ,
θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς.
ἤδη νυν αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς
σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων,

nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem. ὑπερβολὴν Lasc.

945. Usitatior structura esset δεήσει θεοὺς προσθεῖναι χθονὶ ἄλλην γαῖαν.

948. Lasc. νέκτρα et in v. 954. πυθοίμην.

950. Valckenaerio placuit Musgravii conjectura ἐλήλυθα. Putavit ille Thesea significasse *quandoquidem mihi jam piaculum contraxi, tecum collocutus, qui tanto sis scelere contaminatus.* Sed hoc nimis argutum, et a Tragici nostri simplicitate abhorrens.

952. Huc respexit Eustathius ad Il. Δ. p. 484, 15=369, 14. λέγει δέ που καὶ ὁ Εὐριπίδης ἐπὶ ἐπαίνῳ τὸ Περισσὸς ὢν ἀνὴρ, ἀντὶ τοῦ μέγας, πολύς. conferens περισσὸς Ἀριστείδης, περισσὸς τὴν σοφίαν. Enimvero ille dictus fuit περισσὸς, qui prudentia, pietate, justitia, vel alia qualibet re hominis modum excederet. Itaque nunc in bonam nunc in malam partem, pro mente loquentis, vox accipienda est. vid. supra v. 447.

956–7. Edebatur ἤδη νῦν αὔχει, metro pessundato. νυν enclit. reposuit Valck. καπηλεύειν proprie *cauponari*, inde etiam denotat *quæstum aliquem fraudulentum exercere.* Cum accusativo in Æsch. Sept. c. Theb. 545. ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην. Hoc imitatus est, ut videtur, Ennius apud Cicer. de Offic. I. 12. *Nec cauponantes bellum, sed belligerantes, Ferro non auro vitam cernamus utrique.* Idem significant καπηλεύειν μάχην et *cauponari bellum*, scil. *to make war a gainful trade.* Ennii locum cum Æschyleo contulit Stanleius post G. Canter. Nov. Lect. Plato in Protagor. p. 313. D. de Sophistis, οὕτω δὴ καὶ οἱ τὰ μαθήματα περιαγαγόντες κατὰ τὰς πόλεις, καὶ πωλοῦντες, καὶ καπηλεύοντες τῷ ἀεὶ ἐπιθυμοῦντι κ.τ.λ. Vertas autem καὶ δι' ἀψ. β. Σ. κ. *et victu illo tuo ex cibis inanimis constante, hominibus fraudem facito.* De voce καπηλεύειν sequentia notavit Blomfieldius. "Herodot. I. 155. προεῖπε δὲ αὐτοῖσι κιθαρίζειν τε καὶ ψάλλειν καὶ καπηλεύειν παιδεύειν τοὺς παῖδας, καὶ ταχέως σφέας, ὦ βασιλεῦ, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας. Qui locus apprime huc facit. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Plut. 1064. In Æschyli loco ap. Suid. v. Κάπηλος. Etymol. M. p. 490, 12. (Fr. 328.) κάπηλα προφέρων τεχνήματα, nemo est qui non reposuerit προσφέρων. Alium locum ex Herodoto protulit Grotius ad D. Pauli Ep. II. Cor. ii. 17. Plura Schleusnerus in voce. Sed instar omnium magnus Bentleius. (*Sermon upon Popery*, p. 242. ed. Dyce.)"

Observat Scholiastes hic tangi Pythagoricos, qui a carnibus animantium abstinebant. Ad hoc Orphei institutum respexit Horatius Art. Poet. 391. *Sylvestres homines sacer interpresque Deorum Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus.* Institutis autem Bacchicis, Orphicis, et Pythagoricis eadem perhibetur origo fuisse; cujus rei testem citat Valckenaerius Herodotum II. 81.

βάκχευε, πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς,
ἐπεί γ' ἐλήφθης. τοὺς δὲ τοιούτους ἐγὼ
φεύγειν προφωνῶ πᾶσι· θηρεύουσι γὰρ
σεμνοῖς λόγοισιν, αἰσχρὰ μηχανώμενοι.
τέθνηκεν ἥδε· τοῦτό σ' ἐκσώσειν δοκεῖς;
ἐν τῷδ' ἁλίσκει πλεῖστον, ὦ κάκιστε σύ.
ποῖοι γὰρ ὅρκοι κρείσσονες, τίνες λόγοι,
τῆσδ' ἂν γένοιντ' ἄν, ὥστε σ' αἰτίαν φυγεῖν;
μισεῖν σε φήσεις τήνδε, καὶ τὸ δὴ νόθον
τοῖς γνησίοισι πολέμιον πεφυκέναι;
κακὴν ἄρ' αὐτὴν ἔμπορον βίου λέγεις,
εἰ δυσμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν.

ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι [καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι,] καὶ Πυθαγορείοισι. ubi voces uncinis inclusas in textu reponendas e Codd. censet Vir doctissimus. In Apollodoro quidem legimus εὗρε δὲ Ὀρφεὺς καὶ τὰ Διονύσου μυστήρια Lib. I. 3. p. 17. Pro σίτοις conjecit Musgravius ἤθος, Valck. σύ τοι. Credit Blomfieldius (*Quart. Rev.* VIII. p. 224.) hic respicere poetam τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς, quos incantandi ac divinandi artes in Græcia exercuisse constat ex Theophrasto, Χαρακτ. Ἠθικ. 16. Conferre possis infra v. 1041. Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ' ὅδε;

958. καπνοὺς *res nihili, nugas*. Aristoph. Nub. 320. καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν. ad quem locum Schol. ἀντὶ τοῦ περὶ μηδενὸς καὶ κενῶν πραγμάτων. Idem Scholiastes ad v. 252. τὰ μηδενὸς ἄξια καπνοὺς, καὶ σκιὰς, καὶ νεφέλας ὀνομάζομεν. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ· Καπνοὺς ἀποφαίνει καὶ σκιάς. ibi Spanhemius affert Soph. Antig. 1169. ἐὰν δ' ἀπῇ Τούτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς Οὐκ ἂν πριαίμην.

959. Valckenaerius citat loca quædam, in quibus ἐλήφθην significat *deprehensus sum:* et confert ἁλίσκομαι infra v. 963. Aristoph. Nub. 1076. Ἥμαρτες, ἠράσθης, ἐμοίχευσάς τε, κᾆτ' ἐλήφθης, ubi Porsonus probat Bentleii emendationem κᾆτ' ἐλήφθης pro κατελήφθης, observans, simplex verbum in his rebus composito usitatius esse: idem pro vulg. ἐμοίχευσάς τι corrigit ἐμ. τε.

960. προσφωνῶ Lasc.

962. ἐκσώζειν Cod. A. ut ediderunt Musgr. et Brunck. Sed melius videtur ἐκσώσειν, in quo consentiunt Lasc. Ald. et Codd. præter Flor. qui habet ἐκσῶσαι.

966. Aldus μισεῖν γε, et mox τοῖς γνησίοις σου, utrumque corrupte. Emendavit Canterus, cujus conjecturas confirmant Lasc. et MSS.

968. Exponit Schol. οἱ ἔμποροι τὰ μὲν παρέχουσι, τὰ δὲ λαμβάνουσι· καὶ τοῦτο ἐπ' ὠφελείᾳ ποιοῦσι· εἰ οὖν αὕτη τὴν ψυχὴν αὐτῆς ἔδωκεν ἵνα σε μισητὸν τῷ πατρὶ καταστήσῃ, ἄφρων ἄρα καθέστηκε, τοιαύτην ὁδὸν ἐμπορευομένη· οἱ γὰρ ἔμποροι ἐπὶ κέρδει πραγματεύονται.

969. τὰ φίλτατα frequentabat Euripides, ut denotaret *parentem, conjugem,* vel *liberos*. De *marito* dicitur in Herc. F. 514. Ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ'; ἢ τί φῶ; de *patre* Ion. 525. 571. Σύ τ' αὖ τὰ φίλταθ' εὗρες, οὐκ εἰδὼς πάρος. De *filio* ibid. 521. De *filia* Troad. 370. Ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ σοφὸς ἐχθίστων ὕπερ Τὰ φίλτατ' ὤλεσ'. Iph. A. 1170. (1066.) In Soph. Œd. C. 1110. Œdipus de *filiabus suis*, Ἔχω τὰ φίλτατ'. In nostro igitur versu τὰ φίλτατα intelligo de marito ac liberis Phædræ quos cum vita simul amiserat: vertendum autem puto, *if from her hatred of you she lost her dearest connections*. nec aliter in Alcest. 340. (350.) Σὺ δ', ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα Ψυχῆς, ἔσωσας. Aliis forsan magis arriserit Valckenaerii interpretatio, qui τὰ φίλτατα hic et in Alcestidis loco exponit per *ipsam vitam*. A. et Fl. ἡ δυσμενείᾳ.

ἀλλ' ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι,
γυναιξὶ δ' ἐμπέφυκεν; οἶδ' ἐγὼ νέους
οὐδὲν γυναικῶν ὄντας ἀσφαλεστέρους,
ὅταν ταράξῃ Κύπρις ἡβῶσαν φρένα·
τὸ δ' ἄρσεν αὐτοὺς ὠφελεῖ προσκείμενον.
νῦν οὖν, τί ταῦτα σοῖς ἁμιλλῶμαι λόγοις,
νεκροῦ παρόντος μάρτυρος σαφεστάτου;
ἔξερρε γαίας τῆσδ' ὅσον τάχος φυγὰς,
καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,
μήτ' εἰς ὅρους γῆς, ἧς ἐμὸν κρατεῖ δόρυ.
εἰ γὰρ παθών γε σοῦ τάδ' ἡσσηθήσομαι,
οὐ μαρτυρήσει μ' Ἴσθμιος Σίνις ποτὲ

970. Vide supra v. 640. et ibi notata. Observat Valck. supplendum esse φήσεις hic et infra v. 1017. ut sit ἀλλὰ φήσεις ὡς—;

971. Fl. ἐμπέφυκας et v. 974. προκείμενον.

974. τὸ ἄρσεν est *natura virilis ingenii*, ut in Menandro supra citato ad v. 917.

975. Aldus habet τί οὖν; sed hiatum post vocem τί non admittebant Tragici, teste Porsono ad Phœn. 878. (892.) Jure igitur nuperi editores reposuere νῦν οὖν ex Codd. Lasc. et Schol. Legitur quidem in Soph. Phil. 100. Τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν; sed ibi corrigendum puto Τί μ' οὖν ἄνωγας. In Æsch. Suppl. 313. cum Stanleio legerim Τίς οὖν ὁ δῖος πόρτις εὔχεται βόος; pro vulgato τί οὖν. Apud Comicos hiatus iste satis usitatus est.

976. Meminerint tirones, νεκρὸς, ubicunque *cadaver* significat, generis esse masculini. Hoc post alios monuit Porsonus, Hec. 671. (665.)

977. Observat Valck. simplex ἔρρω frequentissimum esse, composita ejus rariora. Et sane, unum aliud exemplum in Euripidis fabulis recordor, Herc. F. 260. ἀπέῤῥων δ' ἔνθεν ἦλθες ἐνθάδε, Ὕβριζ'.

978. Versus est nostri Iph. T. 1449. (1416.) Ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς. Idem est Athenarum epitheton Soph. Electr. 707.

980. Fl. παρών γε, et mox μαρτυρήσεις, Σίννις. 983. οὐδ' ἐν θαλάσσῃ. 987. ἐξέτασις τῶν σῶν φρ.

981. Σίννις vulgo. Valckenaerius restituit e Fl. et Lasc. Σίνις, quod sine istis auctoritatibus restituendum erat. Quam proni essent librarii ad duplicandam ν, patebit ex insigni Blomfieldii nota in Glossario ad Æsch. Prom. 53. Varia loca veterum hanc historiam spectantia, congessit Meursius in Theseo Cap. v. quorum præcipua exscribam. Apollodorus Bibl. III. 16. p. 561. Δεύτερον δὲ (Θησεὺς) κτείνει Σίνιν τὸν Πολυπήμονος καὶ Συλέας τῆς Κορίνθου· οὗτος Πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο· οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων ἰσθμὸν, ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν, καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι πανωλέθρως ἀπώλλυντο. Τούτῳ τῷ τρόπῳ Θησεὺς Σίνιν ἀπέκτεινε. Paullo aliter sævitiam ejus describit Diod. Sic. IV. 59. p. 303. Θησεὺς—πρῶτον μὲν οὖν ἀνεῖλε τὸν ὀνομαζόμενον Κορυνήτην, χρώμενον τῇ προσαγορευομένῃ κορύνῃ, καὶ τοὺς παριόντας ἀποκτείνοντα. δεύτερον δὲ τὸν ἐν Ἰσθμῷ κατοικοῦντα Σίνιν· οὗτος γὰρ δύο πίτυς κάμπτων, καὶ πρὸς ἑκατέραν τὸν ἕνα βραχίονα προσδεσμεύων, ἄφνω τὰς πίτυς ἠφίει· διόπερ τῶν σωμάτων διὰ τὴν βίαν ἀποσπωμένων, συνέβαινε τοὺς ἀτυχοῦντας μετὰ μεγάλης τιμωρίας τελευτᾷν. ubi male Wesselingius edidit ἀποσπώμενον. Ovid. Met. VII. 440. *Occidit ille Sinis, magnis male viribus usus, Qui poterat curvare trabes, et agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora pinus.* Ejusdem meminit Ovidius Ep. Her. II. 70. Ib. 409. Pausanias Corinth. I. 37. de hac historia

κτανεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ κομπάζειν μάτην·
οὐδ' αἱ θαλάσσης ξύννομοι Σκειρωνίδες
φήσουσι πέτραι, τοῖς κακοῖς μ' εἶναι βαρύν.
ΧΟ. οὐκ οἶδ' ὅπως εἴποιμ' ἂν εὐτυχεῖν τινα
θνητῶν· τὰ γὰρ δὴ πρῶτ' ἀνέστραπται πάλιν.
ΙΠ. πάτερ, μένος μὲν, ξύστασίς τε σῶν φρενῶν
δεινή· τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἔχον καλοὺς λόγους,
εἴ τις διαπτύξειεν, οὐ καλὸν τόδε.
ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,
εἰς ἥλικας δὲ κὠλίγους σοφώτερος.

agens, refert ad suam usque ætatem permansisse istam pinum. Ceterum Euripidis Scholiastes fabulam illam notissimam, quæ vulgo de Procruste narratur, ad Sinin retulit. Pindari etiam Scholiastes in Argument. ad Isthm. Sinin et Procrusten confundere videtur. *σῖνις* autem appellatio fuit cuivis latroni indita, ut in Epigramm. Anytæ. Anthol. III. xxiii. 11. *Ἠ γάρ σ' ὑπνώοντα σῖνις λαθρηδὸν ἐπελθὼν Ἔκτεινεν.* Hesych. *Σῖνις· κλέπτης, κακοῦργος, λῃστής.* Dixit igitur Æschylus in Agam. 717. *Ἔθρεψεν δὲ λέοντα σῖνιν δόμοις.* De leone etiam Callimachus Hymn. in Apoll. 91. *ἦχι λέοντα Ὑψηῒς κατέπεφνε, βοῶν σῖνιν Εὐρυπύλοιο.* Isthmius igitur *κατ' ἐξοχὴν* vocabatur *Σῖνις*. Vid. Aristot. Rhet. III. 3. De voce *πιτυοκάμπτης* fusa est disputatio Hemsterhusii ad Lucian. Tom. I. p. 36.

982. *κτανεῖν γ'* Brunckius, Codicem A. perperam secutus.

983. *σύννομοι* proprie dicuntur equi et boves, qui iisdem pascuis utuntur, hinc ad alia animalia quæ una pascuntur, vox translata est; ut de *avi* in Aristoph. Av. 209. Audacissima vero metaphora vocat Noster scopulos *συννόμους* maris, id est *vicinos*. *σύννομος* est *vicinus* in Helen. 1488. ubi grues *σύννομοι νεφέων*. In isto versu corrigendum *δρόμῳ* pro *δρόμου* me monuit Blomfieldius. De Scironiis scopulis egerunt Burmannus ad Ovid. IV. 525. Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 307. Scironis autem fabulam tractavit Meursius Thes. c. VI. citans Diod. Sic. IV. 59. p. 303. Ovid. Met. VII. 443. Hygin. Fab. XXXVIII. Strabon. Lib. IX. sub init. Pausan. Attic. c. 44. Plutarch. in Thes. Tom. I. p. 4. E. hujus verba sunt, *Σκίρωνα δὲ πρὸ τῆς Μεγαρικῆς ἀνεῖλε ῥίψας κατὰ τῶν πετρῶν, ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, λῃστεύοντα τοὺς παριόντας· ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν, ὕβρει καὶ τρυφῇ προτείνοντα τὼ πόδε τοῖς ξένοις, καὶ κελεύοντα νίπτειν· εἶτα λακτίζοντα καὶ ἀπωθοῦντα τοὺς νίπτοντας εἰς τὴν θάλασσαν.* Lasc. *Σκιῤῥωνίδες.*

987. *ξύστασις φρενῶν.* huic locutioni simillimam habet Euripides in Alcest. 797. (813.) *Τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτος φρενῶν.* Significat *ἡ ξύστασις* vel *τὸ ξυνεστηκὸς φρενῶν*, *animi contractionem*, quæ ob dolorem et tristitiam fieri dicebatur. Conf. Cicer. Tusc. IV. 31. *Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.*

988. *πολλοὺς λόγους* Lasc. Ald. et MSS. nonnulli. *καλοὺς* A. B. Fl.

989. *διαπτύξειε* Schol. *ἐρευνήσειε.* In Soph. Antig. 709. supra a nobis laudato ad v. 78. Schol. *διαπτυχθέντες· ἀνακαλυφθέντες.*

990. *ἄκομψος.* non interpretor cum H. Stephano *illepidus, inelegans:* sed *non loquax, callidi et arguti sermonis haud peritus;* hic et in Fragm. Eur. Licymnii I. (Fr. 477.) *κομψὸς* enim apud Nostrum de facundia dicitur, et significat *loquax, argutus, callidus.* Suppl. 426. *Κομψός γ' ὁ κῆρυξ.* Cycl. 315. *Κομψὸς γενήσει καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ.* Troad. 646. *κομψὰ θηλειῶν ἔπη.* Iph. A. 333. (254.) De diversis ejus vocabuli potestatibus videnda sunt quæ fuse et docte disputarunt Gatakerus ad M. Antonin. III. 5. p. 98, 43. Ruhnkenius ad Timæum pp. 154. 161. Exponit Scholiastes ad Aristoph. Av. 195. *Κομψόν· περίλαλον, πανοῦργον, ἀπατητικὸν, πιθανὸν, τεχνικόν.* et simili-

ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδ᾽· οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
φαῦλοι, παρ᾽ ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.
ὅμως δ᾽ ἀνάγκη, ξυμφορᾶς ἀφιγμένης,
γλῶσσάν μ᾽ ἀφεῖναι. πρῶτα δ᾽ ἄρξομαι λέγειν,
ὅθεν μ᾽ ὑπῆλθες πρῶτον, ὡς διαφθερῶν,
κοὐκ ἀντιλέξοντ᾽. εἰσορᾷς φάος τόδε,
καὶ γαῖαν; ἐν τοῖσδ᾽ οὐκ ἔνεστ᾽ ἀνὴρ ἐμοῦ,
οὐδ᾽ ἢν σὺ μὴ φῇς, σωφρονέστερος γεγώς.
ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτα μὲν θεοὺς σέβειν,
φίλοις τε χρῆσθαι μὴ ᾽δικεῖν πειρωμένοις,
ἀλλ᾽ οἶσιν αἰδὼς μήτ᾽ ἀπαγγέλλειν κακὰ,
μήτ᾽ ἀνθυπουργεῖν αἰσχρὰ τοῖσι χρωμένοις·
οὐκ ἐγγελαστὴς τῶν ὁμιλούντων, πάτερ,
ἀλλ᾽ αὑτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς ὢν, φίλοις.

ter alii Grammatici. Hesychius autem *ἀκομψον· ἀπανοῦργον, ἁπλοῦν*. Hunc et seq. et v. 993. habet Plutarchus Tom. II. p. 6. B. Respexerunt Aristot. Rhet. II. 21, 3. X. II. 515. *ἔγωγ᾽* nulla auctoritate edidit Brunckius. *λόγους* A.

991. *κῳλίγου* Ald. corrupte.

995. *πρῶτά γ᾽* A. Fl.

996. *πρῶτον* pro vulgato *πρότερον* reposuit Valckenaerius e Codd. A. Fl. et X. II. 519. Contulit ille Nostri Med. 475. *Ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν*. Suppl. 517. *Καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ᾽ ἀμείψομαι*. Legit Marklandus *Ὅθεν μ᾽ ἐπῆλθες*.

997. Brunckius ad Marklandi et Valckenaerii mentem edidit *οὐκ ἀντιλ.* deleta copula: sed vulgatam lectionem ut magis emphaticam recte tuetur Heathius.

999. Heathius scribi voluit *φῄς*, quod solœcum esset: subjunctivus enim postulatur post *ἤν*.

1001. *μὴ ἀδικεῖν πειρώμενος* A. Legendum esse *μὴ ᾽δίκων πειρωμένοις* conjecit Musgravius.

1002. *ἀπαγγέλλειν* Ald. et MSS. *ἀπαγγέλειν* vitiose Lasc. Miltonus corrigebat *ἐπαγγέλλειν*, vertens *neque inhonesta petere*, teste Porsono. Et hæc quidem correctio, sine nomine auctoris a Barnesio memorata, Viris doctis plerumque arrisit, et recepta est a Brunckio. Mihi vero satius visum est vulgatum retinere, et intelligere in eodem sensu, quo Nutrix in hac fabula dici potuisset *ἀπαγγέλλειν* Phædræ *κακά*.

1005. Male legebatur *αὐτὸς* ante Valckenaerium, qui edidit *ὡὐτὸς*, obsecutus Marklando ad Suppl. 867. sed debebat *αὑτὸς*, crasi Attica pro *ὁ αὐτὸς* *idem*. Simili ratione scribebant Attici *ἁνὴρ, ἅναξ, ἁγὼν, ἅνθρωπος, ἅτερος, ἁγαθὸς* pro *ὁ ἀνὴρ, ὁ ἄναξ, ὁ ἀγὼν*, &c. Has vero crases plerique ignorabant librarii, unde factum est, quod in veteribus editionibus fere semper comparent *ἀνὴρ, ἄναξ, ἀγὼν* &c. articulis non sine magno metri et linguæ dispendio neglectis. In Nostri Heraclidis v. 458. 1049. Electr. 43. 349. 380. reponendum est *ἁνὴρ*, metro plane postulante. Brunckius ubicunque in tales formas offendit, aut crasin male exprimit, aut prava quadam mutatione metro satisfacere conatur. Prioris vitii exempla sint Soph. Œd. C. 32. Antig. 766. Aj. 324. 337. Philoct. 40. 212. ubi *ἀνὴρ* in *ὡνὴρ* mutat. In istis locis rescribas *ἁνὴρ*, quod sæpe alias rescribendum, secundum Dawesii et Porsoni regulam: et in Aj. 99. *Τεθνᾶσιν ἅνδρες*. Diverso errore peccavit Brunckius in Œd. C. 630. ubi vulgo editum erat *Γῆ τῆδ᾽ ὅδ᾽ ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο*. ille versui consuluit scribendo *ἀνὴρ ὅδ᾽*. Corrigendum est *ὅδ᾽ ἁνὴρ*, et hic, et in Trach. 391. Vid. Porson. ad Phœn. 1656. (1670.) Ceterum, ut ad nostrum versum redeamus, apte conferunt Viri docti Suppl.

ἑνὸς δ' ἄθικτος, ᾧ με νῦν ἑλεῖν δοκεῖς.
λέχους γὰρ εἰς τόδ' ἡμέρας ἁγνὸν δέμας·
κοὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων,
γραφῇ τε λεύσσων· οὐδὲ γὰρ ταῦτα σκοπεῖν
πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων.
καὶ δὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως·
δεῖ δή σε δεῖξαι, τῷ τρόπῳ διεφθάρην.
πότερα τὸ τῆσδε σῶμ' ἐκαλλιστεύετο
πασῶν γυναικῶν; ἢ σὸν οἰκήσειν δόμον,
ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβών, ἐπήλπισα;

867. *Φίλοις τ' ἀληθὴς ἦν φίλος, παροῦσί τε, Καὶ μὴ παροῦσιν.* sic enim recte edidit Gaisfordius. Epicur. ap. Laert. x. 118. *μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν φίλοις καὶ παροῦσι καὶ ἀπουσιν ὁμοίως.* Valckenaerius scripsit *'Αλλ' ὡὑτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς, ὢν φίλος.* sed distinctiones eum perperam mutasse, patebit e Porsoni nota ad Hec. (782.) *φίλος* est in Codd. A. Fl.

1006. *ἄθικτος* activam habere potestatem videtur hic et in Soph. Œd. C. 1521. *Ἄθικτος ἡγητῆρος.* Conferas etiam Œd. T. 968. *ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε Ἄψαυστος ἔγχους.* Contra passive significat, cum genitivo, in Soph. Trach. 685. *ἀκτῖνός τ' ἀεὶ Θερμῆς ἄθικτον.* et sic alibi. Plerumque quidem *ἄθικτος* valet *non tangendus, integer, sacer,* ut supra v. 648. *Λέκτρων ἀθίκτων.* Iph. T. 799. (777.) Æsch. Agam. 371. Soph. Œd. T. 891. 897. Œd. C. 39. *ἔχειν* pro *ἑλεῖν* E. P. Lasc.

1007. *ἐς* Lasc.

1008. *κοὐκ* Ald. Copulam omittunt A. Lasc. et X. Π. v. 520–3.

1009. Attulit Brunckius Longi Pastoral. I. init. *'Εν Λέσβῳ θηρῶν, ἐν ἄλσει Νυμφῶν, θέαμα εἶδον κάλλιστον ὧν εἶδον, εἰκόνα, γραφὴν, ἱστορίαν ἔρωτος.* corrigens *εἰκόνα γραπτὴν, ἱστ. ἔ.* Brunckii emendationem hac nota, in margine libri scripta, comprobavit Porsonus: "*Recte, et sic Villoisonus Anecdot. Græc.* T. II. p. 66. *an.* 1781. *Strabo* XIV. p. 959. B. (648.) *καθάπερ καὶ ἡ γραπτὴ εἰκὼν ἐμφανίζει ἡ ἐν ἀγορᾷ. Pseudo-Plutarchus in vita Isocratis* p. 839. C. *ἦν δὲ αὐτοῦ γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ Πομπείῳ.*" R. P. *οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν* Codd. et Edd. omnes ante Brunckium, qui edidit *οὐδὲ ταῦτα μὲν σκ.* Conjecerat Valck. *οὐδὲ ταῦτα καὶ σκ.* Ego scripsi *οὐδὲ γὰρ τ. σκ.* quo ordine hæc verba exhibet X. Π. 551.

1010. Confert Valckenaerius Philon. Jud. p. 742. A. *παρθένους τὰς ψυχὰς διαφυλάττουσαι.*

1011. Ita ex Codd. A. B. Fl. cum Musgravio edidi. *εἰ δὴ* Lasc. Ald. Voculas *κεἰ μὴ*, quas receperunt Valck. et Brunck. credo in Codice A. ex interpretatione scriptas fuisse. Docet Valckenaerius ad Herod. VII. 184. voculas *καὶ δὴ* apud Græcos valere *fac sane esse,* citans Nostri Med. 387. *Καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;* Helen. 465. *Καὶ δὴ παρεῖκεν.*

1012. *διεφθάρη* Ald. Sed *διεφθάρην* omnes MSS. quos recte secuti sunt Valck. Brunck. et sic Lasc. nisi quod typographi incuria dedit *διεφξάρην.* Conferas Bacch. 313. *καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.*

1013. Ejusdem regiminis exempla sunt in Med. 947. *Πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ' ἃ καλλιστεύεται Τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ' ἐγὼ, πολύ.* Herodot. VI. 61. *τὴν δὲ, καταψῶσαν τοῦ παιδίου τὴν κεφαλὴν, εἶπαι, ὡς καλλιστεύσει πασέων τῶν ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν.* VII. 180. *τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς* (sc. *νηὸς*) *τὸν καλλιστεύοντα.* Fl. *οὐ καλλιστεύετο* mendose.

1014. *οἰκῆσαι* Ald. *οἰκήσειν* Codices et Lascaris, sequentibus nuperis editoribus. *οἰκεῖν οἶκον* vel *δόμον* significabat *domus ac familiæ dominum esse.* Phœn. 602. *ἐγὼ γὰρ τὸν ἐμὸν οἰκήσω δόμον.* Andr. 581. *Πῶς; ἢ τὸν ἁμὸν οἶκον οἰκήσεις μολὼν Δεῦρ';* Iph. A. 331. (252.) *Οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;*

1015. *ἔγκληρος* pro *ἐπίκληρος* dictum esse docent Viri docti, hic et in Iph. T.

μάταιος ἦν ἄρ᾽ οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρενῶν.
ἀλλ᾽ ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν
ἥκιστά γ᾽· εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορε
θνητῶν, ὅσοισιν ἁνδάνει, μοναρχία.
ἐγὼ δ᾽ ἀγῶνας μὲν κρατεῖν Ἑλληνικοὺς
πρῶτος θέλοιμ᾽ ἄν· ἐν πόλει δὲ δεύτερος
ξὺν τοῖς ἀρίστοις εὐτυχεῖν ἀεὶ φίλοις.
πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι· κίνδυνος δ᾽ ἀπὼν
κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν.
ἓν οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν· τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἔχεις.
εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι μάρτυς, οἷός εἰμ᾽ ἐγώ,
καὶ τῆσδ᾽ ὁρώσης φέγγος ἠγωνιζόμην,
ἔργοις ἂν εἶδες τοὺς κακοὺς διεξιών.
νῦν δ᾽ ὅρκιόν σοι Ζῆνα, καὶ πέδον χθονὸς
ὄμνυμι, τῶν σῶν μήποθ᾽ ἅψασθαι γάμων,
μηδ᾽ ἂν θελῆσαι, μηδ᾽ ἂν ἔννοιαν λαβεῖν.
ἦ τἄρ᾽ ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος,

682. (663.) Ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν. ἐπίκληρος proprie epitheton erat puellæ, ad quam tota patris hereditas perveniret. Anglice, *an heiress*. Paullo aliter tamen Phædræ nuptiæ, post mortem Thesei, ἔγκληρος εὐνὴ dictæ fuissent. Videas autem Ruhnken. ad Timæum p. 209.

1016. Aldus μάταιος αρ᾽ ην, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρονῶν. Dedi ην ἄρ᾽, secundum morem tragicorum. Quæ sequuntur exponit Scholiastes οὐδαμοῦ, φησί, συνέσεως ἥμην ἐγὼ, τοιαῦτα συννοούμενος, unde vidit Marklandus legendum esse φρενῶν pro φρονῶν, recte conferens Soph. El. 390. ποῦ ποτ᾽ εἶ φρενῶν; Idem vero sine causa idonea dedit κοὐδαμοῦ, quod ipse olim temere amplexus sum.

1017. Ita interpunxit Valckenaerius post Marklandum. Antea interrogatio erat in fine versus; ut et nos in prioribus edd. Interrogationem sustulit Brunck. sed vid. supr. 970.

1018. Conf. Ion. 621. Τυραννίδος δὲ, τῆς μάτην αἰνουμένης, Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἀν δόμοισι δὲ Λυπηρά. 625. δημότης δ᾽ ἂν εὐτυχὴς Ζῆν ἂν θέλοιμι μᾶλλον, ἢ τύραννος ὤν. ubi forsan legendum ἢ τύραννος ὤν. Soph. Œd. T. 587. Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ᾽ αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν Τύραννος εἶναι μᾶλλον, ἢ τύραννα δρᾷν, Οὔτ᾽ ἄλλος, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται. Emendabat Miltonus μὲν pro μὴ, teste Porsono. διέφθορ᾽ ἂν E. P. διέφθειρεν Fl.

1023. Vitiosa videtur Codicis Florentini Lectio πράσσειν τε γὰρ παρέστι, κίνδυνός τ᾽ ἀπών. arrisit tamen Valckenaerio.

1024. κρεῖσσον Fl.

1025. ἓν γ᾽ οὐ λ. scribendum putavit Valck.

1027. ὁρόσης Lasc.

1028. εἷλες pro εἶδες corrigi jussit Reiskius, et obsequentem habuit Brunckium.

1029. De Jove ὁρκίῳ egit Hemsterhusius ad Luciani Timon. Tom. I. p. 98.

1030. Vid. Porson. ad Phœn. 960.

1031. μηδ᾽ εἰς ἔννοιαν Ald. metro consuluit Barnesius scribendo ἐς ἔν. Sed vera lectio μηδ᾽ ἂν ἔννοιαν λαβεῖν extat in omnibus MSS. Lasc. et X. II. 525. ἔνοιαν Lasc.

1032. ητ᾽ ἂν γ᾽ ὀλοίμην post Aldinam vulgo editum est, nec mutavit Valck. Sed quod in textum demum restituimus

καὶ μήτε πόντος μήτε γῆ δέξαιτό μου
σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.
εἰ δ' ἥδε δειμαίνουσ' ἀπώλεσεν βίον,
οὐκ οἶδ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις λέγειν πέρα.
ἐσωφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν,
ἡμεῖς δ' ἔχοντες, οὐ καλῶς ἐχρώμεθα.
ΧΟ. ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφὴν,
ὅρκους παρασχὼν, πίστιν οὐ σμικρὰν, θεῶν.
ΘΗ. ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ' ὅδε,
ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ

habent Lascaris et MSS. præter Flor. qui solenni errore ἦ γ' ἄρ'. Brunckius quidem ἦ τ' ἄρ', copulam τε male adhibens. ἦ τἄρ', est ἦ τοι ἄρ', quam crasin attigimus ad v. 443. Ἦ κατολοίμην X. II. 526. unde Valckenaerio venit in mentem Ἦ κάρτ' ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος. Post hunc vulgo sequitur versus Ἄπολις, ἄοικος, φυγὰς ἀλητεύων χθόνα, quem ut adulterinum, et partim ex v. 1051. male efformatum, ejiciendum esse censuit Valckenaerius, recte monens non lectum fuisse eum a Conditore X. II. qui vv. 1031–2–4–5. continuos adhibet: quin et initium adsumi potuisse ex Euripidis senario apud Ælian. Var. Hist. III. 29. Diog. Laert. VI. 38. Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος.

1033. Citat Eustathius ad Il. H. p. 668, 64=538, 18. intelligens de physica corporis dissolutione, et comparat cum simili loco Orest. 1086. Μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον, Μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, εἴ σ' ἐγὼ προδούς ποτε, Ἐλευθερώσας τοὐμὸν ἀπολίποιμί σε. Hæc attulit Eustathius ad illustrandum Homeri locum Il. H. 99. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, Ἥμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι, ἀκλέες αὕτως. addens Xenophanis hexametrum Πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα. Rectius autem, ut videtur, exponit Barnesius de sepultura incestis denegata. σαρκὸς pro σάρκας Eustath. Ed. Bas. corrupte.

1036. Alium ordinem οὐ πέρα θέμις λέγειν dederunt Valckenaerius et Brunckius ex A. et X. II. 530. neque ego repugno. ultimam enim semper producit πέρα. Vid. supra v. 506. Æsch. Prom. 30. Soph. Electr. 521. 633. 1506. Phil. 332. 1277. Œd. T. 343. Œd. C. 235. 257. 651. Hæc omnia exempla effugerant Marklandum, qui in initio trochaici Iph. A. 397. (319.) legere voluit πέρα δίκης. In nostro tamen versu nolui vulgatum ordinem mutare: Euripides enim πέρα sæpius in fine senarii collocat. οὐ θέμις πέρα λέγειν B. D. Fl.

1037. ἐσωφρόνησε δ' A. ἑκοῦσα pro varia lectione D. "Ludit in ambiguo verbo σωφρονεῖν significante, *sana mente esse; prudenter agere*. Videri Phædra poterat morte sibi sua castitatis famam prudenter comparasse: contra Hippolytus nihil aliud effecisse sua pudicitia, quam ut patris cubile temerasse censeretur. Oxymori figuram notissimam præ ceteris adamavit Euripides; cujus et ista sunt in Hec. 566. Ὁ δ', οὐ θέλων τε, καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης. Phœn. 357. Μῆτερ, φρονῶν εὖ, κοὐ φρονῶν, ἀφικόμην. Ion. 1444. Ὁ κατθανών τε, κοὐ θανὼν, φαντάζομαι. Recte judicavit S. Berglerus, ista talia ridenda sibi Comicum sumpsisse, dum in Ἀχαρν. v. 395. interroganti ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης; servulus respondet, Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις· ubi præter alia Euripidis hunc quoque versum adscripsit Berglerus." Valck.

1038. ἐκτώμεθα C.

1040. Vid. supra ad v. 653.

1041. οὐ γόης auctoritate Codicis A. edidit Valck. Bacch. 233. Λέγουσι δ' ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος Γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονός. De voce γόης nonnulla disputata sunt a Piersono ad Mœrin p. 113.

1042. εὐορκησίᾳ Lasc. Ald. et plerique Codd. sed εὐοργησίᾳ restituit Musgravius ex Cod. A. quocum facit Scholi-

ψυχὴν κρατήσειν, τὸν τεκόντ' ἀτιμάσας;
ΙΠ. καὶ σοῦ γε κάρτα ταῦτα θαυμάζω, πάτερ·
εἰ γὰρ σὺ μὲν παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατὴρ,
ἔκτεινά τἄν σε, κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν,
εἴπερ γυναικὸς ἠξίους ἐμῆς θιγεῖν.
ΘΗ. ὡς ἄξιον τόδ' εἶπας. οὐχ οὕτω θανεῖ,
ὥσπερ σὺ σαυτῷ τόνδε προὔθηκας νόμον·
ταχὺς γὰρ Ἅιδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ·
ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς,
ξένην ἐπ' αἶαν, λυπρὸν ἀντλήσεις βίον.
μισθὸς γάρ ἐστιν οὗτος ἀνδρὶ δυσσεβεῖ.
ΙΠ. οἴμοι, τί δράσεις; οὐδὲ μηνυτὴν χρόνον
δέξει καθ' ἡμῶν, ἀλλά μ' ἐξελᾷς χθονός;
ΘΗ. πέραν γε πόντου, καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν,
εἴ πως δυναίμην· ὡς σὸν ἐχθαίρω κάρα.
ΙΠ. οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων
φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;
ΘΗ. ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,

asta, exponens per πρᾳότητι. Photius enim εὐόργητος· πρᾶος. Affert Musgr. Bacch. 641. Πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν. Vocem interpretatur Valck. *morum et ingenii bonitas*. Codex Fl. habet εὐεργεσίᾳ, errore scilicet pro εὐοργησίᾳ.

1044. Similis est constructio in Soph. Phil. 1362. Παῖ, σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τάδε, corrigente Porsono ad Orest. 614. ταῦτα κάρτα Lasc.

1045. μοῦ pro μὲν conjecit Marklandus.

1046. Mendose Fl. Ἔκτεινά τις ἂν, κοὐ φυγῆς ἐζημίουν. Hinc tamen conjecit Valck. κοὐ φυγῇ σ' ἐζ. pronomine male repetito. φυγαὶ de uno exilio dictum infra v. 1172. ubi alia quædam notabuntur. Pro vulgato Ἔκτεινά τοι σ' ἂν, quod in priore editione repræsentaveram, nunc, monente Elmsleio, rescripsi Ἔκτεινά τ' ἄν σε, voculis σε et ἂν transpositis. Hanc emendationem firmat v. 1411. Τί δ'; ἔκτανές τ' ἄν μ', ὡς τότ' ἦσθ' ὠργισμένος.

1050. δυσσεβεῖ pro δυστυχεῖ A. Confert Valckenaerius Horat. Epod. XVII. 62. *Sed tardiora fata te votis manent; Ingrata misero vita ducenda est in hoc, Novis ut usque suppetas laboribus.*

1051. Ald. ἀλιτεύων vitiose.

1052. Idem fere versus legitur supra 902.

1053. μ. γὰρ οὗτός ἐστιν ἀ. δ. Cod. A.

1056. τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν e tribus Codicibus A. B. Fl. edidit Musgravius; et ita quidem Valckenaerius, etsi ipsum facti pœnituisse videtur; in nota enim τόπων Ἀτλ. exemplis abunde confirmat, observans alteram lectionem e v. 3. repetitam esse. In Æsch. Prom. 347. dixit Prometheus ἐπεί με χαὶ κασιγνήτου τύχαι Τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους Ἕστηκε, κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς Ὤμοιν ἐρείδων. Soph. Trach. 1099. τόν τε χρυσέων Δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις. Vide notam ad v. 3.

1059. ἐλέγχων Fl. male.

1060. Sortes, sive notæ ex observatis augurum, tabellis inscriptæ erant. Citavit

κατηγορεῖ σου πιστά· τοὺς δ' ὑπὲρ κάρα
φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.
ΙΠ. ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύω στόμα,
ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι;
οὐ δῆτα· πάντως οὐ πίθοιμ' ἂν οὕς με δεῖ,
μάτην δ' ἂν ὅρκους ξυγχέαιμ', οὓς ὤμοσα.
ΘΗ. οἴμοι· τὸ σεμνὸν ὥς μ' ἀποκτείνει τὸ σόν.
οὐκ εἶ πατρῴας ἐκτὸς ὡς τάχιστα γῆς;
ΙΠ. ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων τρέψομαι; τίνος ξένων
δόμους ἔσειμι, τῆσδ' ἐπ' αἰτίᾳ φυγών;
ΘΗ. ὅστις γυναικῶν λυμεῶνας ἥδεται
ξένους κομίζων, καὶ ξυνοικουροὺς κακῶν.
ΙΠ. αἶ, αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε,
εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, δοκῶ τε σοί.

Valck. Phœn. 838. ubi Tiresias ad natam, *Κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερί, Οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθών, Θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι.* Idem cum Thesei dicto recte contulit Soph. Œd. T. 964. *Φεῦ, φεῦ· τί δῆτ' ἄν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις Τὴν Πυθόμαντιν ἑστίαν, ἢ τοὺς ἄνω Κλάζοντας ὄρνις—;*

1062. *πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.* Hæc phrasis illustrata est supra ad v. 112.

1063. Vulgo *λύσω.* Reposui *λύω,* corrigente Elmsleio, qui ad Heracl. 805. monuit in hujusmodi locutionibus vel præteritum vel præsens potius quam futurum adhibitum esse, citans Herc. F. 1146. Arist. Lys. 1103.

1064. *ἡμῶν* pro *ὑμῶν* Flor. et mox *συγχέοιμ', ὤμυσα.*

1065. *πείθοιμ' ἂν* Lasc. frequentissimo errore. Vid. supra 896. *οἷς με δεῖ* vulgo. sed *οὓς* ex A. et Lasc. receperunt Valck. Brunck. quod jam emendaverat Reiskius. *πείθειν, persuadere,* accusativum adsciscit. vid. v. 1011. 1307. 1353. Pessime igitur Heathius vertit *οὐ πίθοιμ' ἂν non obedienter me gererem;* quod esset *οὐ πιθοίμην ἄν. οὕς μ' ἔδει* maluit Valck. sed alterum commodius.

1067. *ἀποκτενεῖ* vulgo. sed præstat *ἀποκτείνει,* quod habet Cod. A. et inde Valckenaerius, vertens, *Ah! tristis ista vultus tui ac ficta severitas quam me enecat!* Piersonus ad Mœrin p. 74. conjecit *ἀποκναίει.* Istud quidem compositum quo sensu Latinum *enecare,* usurpatum illustravit Ruhnkenius ad Timæum p. 42. Sed ostendi oportebat in tali significatione Tragicis quoque fuisse adhibitum.

1068. *εἷς* pro *εἶ* Lasc. De potestate verbi *εἶμι* dictum est supra ad v. 804. Aldus *ἐκτὸς* in fine versus. Emendavit Canterus.

1069. *ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων* A. Valck. Brunck. quos secutus sum. vulgo *ποῖ δῆτα τλήμων*—sed vim habet articulus, sicut in v. 1231.

1071. *λυμαιῶνας* Fl.

1072. *ξυνοικουροὺς κακῶν* exponi Schol. *ξυνεργάτας τῶν κακῶν.* Mulieres quidem domum custodientes appellatas fuisse *οἰκουροὺς,* ostendimus supra ad v. 787. unde vocantur a poeta *ξυνοικουροὶ κακῶν,* qui simul cum illis domi mala patrarent. Conjicit Jacobs. Exercit. Crit. p. 53. *ξυν. λεχῶν.*

1073. Conjecit Reiskius *Ἕρπει πρὸς ἧπαρ.* Valckenaerius *Χωρεῖ,* vel *Θίγγει,* vel quod maluerit, *Δύνει πρὸς ηπαρ.* Si quid novandum esset, legerem cum Brunckio *Αἶ, αἶ. χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε,* exclamationibus extra metrum positis: Sophocles enim in Aj. 938. *Χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη. θίγγει* autem vox nihili est. Sed nihil in hoc versu desidero: sententia enim, ob suppressum verbum abruptior, loquentis menti convenit.

1074. *κακός τε* Ald. *κακός γε* Lasc. et

ΘΗ. *τότε στενάζειν καὶ προγιγνώσκειν ἐχρῆν,*
ὅτ' εἰς πατρῴαν ἄλοχον ὑβρίζειν ἔτλης.
ΙΠ. *ὦ δώματ', εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι,*
καὶ μαρτυρήσαιτ', εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.
ΘΗ. *εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις; σαφῶς*
τόδ' ἔργον, οὐ λέγον, σε μηνύει κακόν.
ΙΠ. *φεῦ. εἴθ' ἦν ἐμαυτὸν προσβλέπειν ἐναντίον*
στάνθ', ὡς ἐδάκρυσ' οἷα πάσχομεν κακά.
ΘΗ. *πολλῷ γε μᾶλλον σαυτὸν ἤσκησας σέβειν,*
ἢ τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾷν, δίκαιος ὤν.
ΙΠ. *ὦ δυστάλαινα μῆτερ· ὦ πικραὶ γοναί·*
μηδείς ποτ' εἴη τῶν ἐμῶν φίλων νόθος.
ΘΗ. *οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν, δμῶες; οὐκ ἀκούετε*
πάλαι ξενοῦσθαι τόνδε προὐννέποντά με;
ΙΠ. *κλάων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται·*

plures MSS. Eldikius apud Luzac. Exerc. Acad. p. 54. tautologia, quam in hoc versu inesse credidit, offensus, e conjectura rescribendum censuit *Εἰ δὴ κακός γ' ἐφαινόμην, οὐκ ὤν γε, σοι.* senarium a cujusvis auribus statim repudiandum.

1075. *προγιγνώσκειν σ' ἐχρῆν* A. B. Fl. sequentibus Valck. et Brunck.

1077–8. *γηρύσεσθε* et *μαρτυρήσετ'* Lasc. et MSS. quidam: sed *ε* et *αι* in libris sæpissime permutantur, (vid. supr. v. 372. 1071.) et optativa recte exhibent E. P. Aldus *γηρύσοισθε* et *μαρτυρήσαιτ'*; illud corrupte. Conferas quæ supra ad v. 420. adnotavi.

1079. Diversam lectionem *σοφῶς* pro *σαφῶς*, memorat Scholiastes, et agnoscunt duo MSS. B. D. probante Marklando, qui legendum putabat—*μάρτυρας φεύγεις; σοφῶς· Τὸ δ' ἔργον*—.

1081. Cum *φεῦ, ἔα,* et tales exclamationes extra versum sunt, ut hic et in vv. 208. 345. 1413. plenam posui distinctionem; cum partem versus faciunt, aut nullam aut minorem; secutus Porsoni regulam, ad Hec. 55.

1082. De constructione vocularum *ὡς, ἵνα, ὅπως,* cum indicativo, satis disputatum videtur supra ad v. 643. qua rite percepta, plana fiet sententia horum versuum.

1083. Interpretatur Valck. *Temet ipse multo magis colere studuisti, quam justus esse, et parentes qua decebat veneratione prosequi.* et observat, "Eximie dicebant *θεοὺς σέβειν·* in hominum societate *τὰ δίκαια καὶ ὅσια ποιεῖν.*" Mirifice depravatus est hic versus in Cod. Fl. *Πολλῷ γε ἤσκησας μᾶλλον φεύγειν σε θύειν.*

1087. Noster in Hec. 1282. *Οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;*

1088. Vertas, *Nonne auditis me jam dudum edicentem huncce peregrinum fieri,* hoc est *exulare!* Alibi quidem *ξενοῦσθαι* denotat *hospitari, hospitio excipi.* vid. Alcest. 68. Ion. 820. Hic autem eandem habet potestatem ac compositum *ἀποξενοῦσθαι* in Hec. 1220. *χρόνον Πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις.* *τῷδε προὐνέποντά με* Lasc.

1089. *ἆρ'* Lasc. Pro vulgato *κλαίων* scripsi *κλάων,* ut semper Attici, monentibus Mœride, Etymologo M. et Eustathio, quorum verba citavit Piersonus ad Mœrin p. 231. Notum est *χαίρων* nonnunquam dici de eo *qui pœna immunis est,* ut in Soph. Œd. T. 363. *'Αλλ' οὔ τι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς.* Antig. 759. Phil. 1299. Noster Med. 397. ubi vertunt interpretes *χαίρων impune.* Contrario autem usu adhibetur *κλάων,* et frequens est comminantis

σὺ δ' αὐτὸς, εἴ σοι θυμὸς, ἐξώθει χθονός.
ΘΗ. δράσω τάδ', εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείσει λόγοις·
οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς.
ΙΠ. ἄραρεν, ὡς ἔοικεν. ὦ τάλας ἐγώ·
ὡς οἶδα μὲν ταῦτ', οἶδα δ' οὐχ ὅπως φράσω.
ὦ φιλτάτη μοι δαιμόνων, Λητοῦς κόρη,
ξύνθακε, συγκύναγε, φευξόμεσθα δὴ
κλεινὰς Ἀθήνας· ἀλλὰ χαίρετ', ὦ πόλις,
καὶ γαῖ' Ἐρεχθέως· ὦ πέδον Τροιζήνιον,
ὡς ἐγκαθηβᾶν πόλλ' ἔχεις εὐδαίμονα,
χαῖρ'· ὕστατον γάρ σ' εἰσορῶν προσφθέγγομαι.
ἴτ', ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες,
προσείπαθ' ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονὸς,
ὡς οὔποτ' ἄλλον ἄνδρα σωφρονέστερον
ὄψεσθε, κεἰ μὴ ταῦτ' ἐμῷ δοκεῖ πατρί.

ΧΟ. ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν μελεδήμαθ', ὅταν φρένας
ἔλθῃ, στρ. α'.

formula: exempla dabunt, præter hunc versum, Androm. 758. τίς ὑμῶν ἄψεται; κλάων ἄρα Ψαύσει. Suppl. 458. Κλάων ἂν ἦλθες, εἴ σε μὴ 'πεμψεν πόλις. Heracl. 270. Κλάων ἄρ' ἄψει τῶνδε, κοὐκ ἐς ἀμβολάς. Soph. Œd. Tyr. 401. Antig. 754. Simile est in Æschyli Suppl. 925. Κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' εἰς μακράν. Iph. A. 306. (227).

1092. ἐπέρχεται A. "φρενὸς pro φυγῆς *tacite Valckenaer. ad Phœniss.* 1379." R. P.

1093. Omnes editiones præter Brunckianam habent ἄρηρεν, quod Ionicum est. ἄραρεν recte conservarunt A. et X. Π. 837. quæ forma Atticis cum Doriensibus communis erat. Ejusdem generis sunt Dorismi isti quos Atticis vindicarunt Valckenaerius ad Phœn. 6. Porsonus ad Orest. 26. Ἀθάνα, δαρὸς, ἕκατι, ποδαγὸς, λοχαγὸς, ξεναγὸς, ὀπαδὸς vv. 107. 1146. κυναγὸς, et compositum ejus συγκυναγὸς infr. v. 1096. Ad hanc classem referri possunt θᾶκος cum compositis, (vid. v. 1096.) γάπονος, γαπετὴς, γάπεδον, γάμορος, γάποτος, γάτομος, κάρανον et ex eo composita, quæ Attici Poetæ etiam in Senariis adhibebant: ἑκατογκάρανον Æschylo restituit Blomfieldius in Prom. 361.

1094. X. Π. 604. 719.

1095. κόρα Lasc. Ald. et MSS. præter A. Verum iste Dorismus nusquam extra Choros Tragicis donandus est. Etiam in voce δέρη Ionicam terminationem retinebant Attici.

1096. φεύξομαι et φευξοῦμαι Tragicis perinde erant in usu. In Orest. 1596. Heracl. 506. φευξόμεσθα. in Bacch. 659. Helen. 500. 1041. φευξούμεθα metrum postulat. φευξούμεσθα A Fl.

1097. χαιρέτω πόλις Editiones omnes. χαίρετ', ὦ πόλις Καὶ γαῖ' Ἐρ. emendavit in schedis Porsonus, conferri jubens Alcest. 389. (399.) ἀλλὰ χαίρετ', ὦ τέκνα. ibi quoque χαιρέτω Lascaris et Aldus.

1100. "νῦν *pro* γὰρ *fortasse* X. Π. 1313. 1631." R. P. προσφθέγξομαι edidit Barnesius, suone an typographi errore, nescio.

1102. X. Π. 686. 1493.

1105. Præpositionem περὶ ante θεῶν supplet Scholiastes. In hoc Choro

λύπας παραιρεῖ·
ξύνεσιν δέ τιν' ἐλπίδι κεύθων,
λείπομαι, ἔν τε τύχαις θνατῶν καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσων.
ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται·
μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν
πολυπλάνητος ἀεί. [ἀντ. α'.
εἴθε μοι εὐξαμένᾳ θεόθεν τάδε μοῖρα παράσχοι,
τύχαν μετ' ὄλβου,
καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν·
δόξα δὲ μήτ' ἀτρεκὴς, μήτ' αὖ παράσημος ἐνείη.
ῥᾴδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον
μεταβαλλομένα χρόνον ἀεὶ
βίον ξυνευτυχοίην·

versus 1105. 1108. 1112. 1115. 1119. 1128. quorum singuli in duos versiculos vulgo dividuntur, in hexametros contraxi.

1106. *παραινεῖ* A. Fl. litera *ν* pro *ρ*, quod sæpe accidit, expressa. Causa non erat, cur *παραιρεῖ* suspectum haberet Valckenaerius, et conjiceret *παραίνυται*. Legitur quidem *παραιρῶν* in Nostri Heracl. 908. *παραιρεῖ* etiam Schol. ad Æsch. Agam. 171. qui hunc versum cum præcedente citat.

1107. Sententiam sic exposuit Heathius, probante Valckenaerio. *Et cum spem conceperim me aliquid circa divinam providentiam certi intelligere, spes ista rursus me frustratur, cum in fortunas et in facta mortalium intueor.* Notandum est quod Chorus mulierum de se loquens, masculina participia *κεύθων* et *λεύσσων* usurpat: et hoc equidem credo prorsus insolenter factum esse. Vulgo quidem editum est in Androm. 421. *Ὤικτειρ' ἀκούσας· οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ Βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν τύχῃ.* Sed ibi recte Lascaris *ἀκούσασ'*. Scholiastes ut poetam quodammodo excuset, monet eum ex sua persona hæc locutum esse. De hac re quædam disseruit Dorvillius ad Chariton. p. 153.

1109. *ἄλλοτ' ἀμείβεται* Lasc. Ald. contra metrum. *ἄλλοθεν* ex A. Fl. reposuit Valck. Aliud est exemplum versiculi, habentis dipodiam Iambicam duobus dactylis subjectam in Nostri Med. 1253. ed. Pors. *ἀμοίβεται* et mox *ἵσταται'* Lasc.

1112. *εἴθε μοι δ'* A. Fl.

1114. *ἀγήραον ἄλγεσι* Lasc. Ald. et sic vulgo. Sed MSS. A. Fl. *ἀκήρατον*, cujus restitutio Musgravio debetur. Exponunt Glossæ *ἄφθορον, ἀήττητον*. Vertit Valck. *animum curis vacuum*, vel *ab omni luctu purum et incorruptum*. Timæus Lex. Plat. p. 17. *ἀκήρατοι· καθαροί.* ubi vocem illustravit Ruhnkenius. *ἀλγεσθαι* Fl. corrupte.

1115. De sensu vocis *ἀτρεκὴς* diximus supra ad v. 261. *παράσημος* exponit Schol. *ἀντὶ τοῦ ἀδόκιμος, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κιβδήλων νομισμάτων.* Similia habent Suidas et Harpocration, (qui citant *παράσημος ῥήτωρ* ex Oratione Demosthenis *ὑπὲρ Κτησιφῶντος*) et Hesychius.

1116. Latinis numeris pulchre et fideliter convertit Grotius; *Mores sed faciles habens, Et quos crastina molliter Immutat veniens dies, Tuto perfruar otio.* Pro *αὔριον* Musgravius corrigebat *ὥριον*, exponens *tempestivum*. sed *ὥριος* pro *ὡραῖος* nunquam, ut opinor, usurpabant Tragici.

1117. Corruptissime Flor. *καταλαμβανομέναν*.

οὐκέτι γὰρ καθαρὰν φρέν' ἔχω, παρὰ δ' ἐλπίδα
λεύσσω· στρ. β'.
ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας
φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας
εἴδομεν, εἴδομεν ἐκ πατρὸς ὀργᾶς
ἄλλαν ἐπ' αἶαν ἱέμενον.
ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς,
δρυμός τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν
ὠκυπόδων μέτα θῆρας ἔναιρεν,
Δίκτυνναν ἀμφὶ σεμνάν.
οὐκέτι συζυγίαν πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσει, ἀντ. β'.

1119. *καθαράν*. Schol. *ἀτάραχον, καὶ ἄφοβον*. Metaphora in hoc versu ducta esse videtur ab aquarum perturbatione. Eandem imaginem expressit Shakespearius, *Troilus and Cressida*, Act. III. Sc. 3. sub fin. *My mind is troubled, like a fountain stirr'd, And I myself see not the bottom of it.* Assentior Heathio interpretanti *παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω*, *præter expectationem autem res evenire video*. A. P. Fl. Lasc. habent *παρ' ἐλπίδα λεύσσων*; sed participium fluxit, ut videtur, a v. 1108. Corrigere tentabat Musgravius *παρὰ δ' ἐλπίδ' ἃ λεύσσω*, vel, quod minus ferri posset, *παρὰ δ' ἐλπίδ' ἀλύσσω*.

1120. Adjectivum Ἑλλήνιος pro Ἑλληνικὸς usurpavit Herodotus a Valck. indicatus Lib. v. 92. *ἐπιμαρτυρόμεθά τε ἐπικαλεόμενοι ὑμῖν θεοὺς τοὺς Ἑλληνίους, μὴ κατιστάναι τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας.*

1121. Ἀθάνης Lasc. Ald. et MSS. sed Ἀθάνας habet Eustathius ad Il. E. p. 515, 42 = 388, 49. observans Tragici nostri locutionem Ἑλλανίας *φανερώτατον ἀστέρ'* Ἀθάνας adumbratum esse ab Homerica *ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ*. Exponit etiam Eustath. *ἤγουν ἀστέρα τῆς παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶς· ταὐτὸν δ' εἰπεῖν διάδηλον ἐν Ἀθήναις, αἳ παρονομάζονται τῇ Ἀθηνᾷ.* Confert Valckenaerius Anthol. III. xxv. 1. *Μουσάων ἀστέρα καὶ Χαρίτων*, sc. Homerum. 42. Τὸν *τραγικῆς* Μούσης *ἀστέρα* Κεκρόπιον. sc. Sophoclem.

1122. ὀργὰς Lasc. et Ald. perperam; postulatur enim genitivus.

1124. Ψάμαθοι *πολιήτιδος ἀκτῆς, ἤγουν λευκῆς, κατὰ τοὺς παλαιούς*. Eustath. ad Il. E. p. 468, 43 = 357, 9. derivans ab Homerico *πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης*. Sed rectius, ut opinor, Valckenaerius judicavit a *πολιὰ* formari non potuisse *πολιῆτις*· sed esse femininum ab Homerico *πολιήτης*, significare autem litus Trœzeni *vicinum, ejusdem regionis*. Vocem adhibuit Apollonius I. 867. ubi Hercules puellas populares vocat *πολιήτιδας*.

1125. Copulam omittit Fl. *ὦ δρυμὸς ὄρειος* Lasc. Schol. *ὦ δρυμοί, ὄρειος* A.

1126. Vulgo legitur Ὠκυπόδων ἐπέβα Θεᾶς *μέτα, θῆρας ἐναίρων*, metris antistrophicis aperte repugnantibus. *θεᾶς*, ut ineptum additamentum, delevit Brunckius, idcirco laudatus a Porsono ad Phœn. 5. "Ex Hippolyto 1126. *θεᾶς* recte ejecit Brunckius; quanquam ne sic quidem iste locus perpurgatus videtur." Quid in animo habuerit Criticorum summus, pro certo præstare non possum. Mihi quidem olim videbatur omittenda vox *ἐναίρων*, et adsumenda Scholiastæ constructio, *ὅθι μετὰ κυνῶν ὠκυπόδων ἐπέβα θῆρας*. Hodie vero vocem *ἐπέβα* e scholio effluxisse censeo, et omnino amplector correctionem doctissimi Blomfieldii (*Quart. Rev.* Vol. VIII. p. 224.) Ὠκυπόδων *μέτα θῆρας ἔναιρεν*. Sic profecto optime procedent metra: quin et observabit Lector, tribus dactylicis tetrametris totidem versus Iambicos, satis venusto ordine, subjungi. *ἐπέβας* MS. A. et sic legit Scholiastes, qui et *κατὰ* pro *μετὰ* vitiose exhibet. *μέγα γῆρας* Fl.

1127. Δίκτυναν Schol. vid. supra ad v. 145.

1128. Vid. supra 231.

τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον
κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους.
μοῦσα δ᾽ ἄϋπνος ὑπ᾽ ἄντυγι χορδᾶν
λήξει πατρῷον ἀνὰ δόμον·
ἀστέφανοι δὲ κόρας ἀνάπαυλαι
Λατοῦς βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν·
νυμφιδίων δ᾽ ἀπόλωλε φυγᾷ σᾷ
λέκτρων ἅμιλλα κούραις.
ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ ἐπῳδός.
δάκρυσιν διοίσω
πότμον ἄποτμον· ὦ τάλαινα
μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνατα· φεῦ,

1129. Ellipsis est præpositionis *κατὰ*, qualis in Orest. 1251. *Στῆθ᾽ αἱ μὲν ὑμῶν τῆνδ᾽ ἁμαξήρη τρίβον.* Soph. Aj. 30. *Πηδῶντα πεδία σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει.* Vid. supra v. 228.

1130. Hanc lectionem tuentur omnes Libri cum Scholiasta. Reiskium legentem *γυμνάδος ἵππου* secuti sunt Musgravius et Brunckius.

1131. "Attigit hæc Euripidis Eustath. in Il. E. p. 599, 21=456, 18. *Ἄντυξ—οὐ μόνον ἐπὶ ἅρματος—ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ζυγοῦ κιθάρας, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἢ πήχεως, καθ᾽ ὃ σημαινόμενον Ἄντυγα χορδῶν Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ἱππολύτῳ.* Inter lyræ partes *ζυγοῦ* meminit et *πήχεως* Eratosthenes Cataster. c. XXV. cujus Græca deerant Scaligero Latina tractanti Hygini et Schol. Germanici Manil. p. 422. Rem de lyræ quoque partibus intricatam esse significavit. Hemsterh. in Lucian. p. 223." Hæc Valckenaerius. Ceterum *ἄντυξ*, quod hic de *jugo citharæ* dicitur, proprie quemvis ambitum significavit. Est *ambitus currus* in hujus dramatis vv. 1186. 1226. ut in Hom. Il. E. 262. *ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας. ora clypei* Il. Σ. 607. *Ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος.* de *orbe Lunæ*, Quint. Calaber A. 146. *ἐλίγκιον ἄντυγι μήνης.* Flor. *μὲν ὕπνος*, et mox *δρόμον*. B. D. *χορδᾶς*. Non absimilem figuram adhibuit Horatius Carm. II. x. 18. *quondam cithara tacentem Suscitat Musam.*

1134. *βαθεῖαν. fertilem* interpretatur Blomfieldius ad Æsch. Prom. 652. (673. Blomf.) ubi *πρὸς Λέρνης βαθὺν Λειμῶνα.* conferens Androm. 637. *βαθεῖαν γῆν.* Homer. Il. B. 147. *βαθὺ λήϊον.* I. 151. *Ἀνθείαν βαθύλειμον. ἀν᾽ ὕλαν* E. P. Lasc.

1135. In omnibus editionibus hactenus scriptum est *νυμφίδια δ᾽ ἀπόλωλε λέχη φυγᾷ σᾷ*, quod per metrum stare non potest. Delendum igitur judicavi *λέχη*, sententiæ ac metro perinde incommodum; et deest profecto in Cod. Fl. nec videtur lectum fuisse a Scholiastis, quorum interpretamenta exscribam. *διὰ τὴν φυγὴν, οὐκ ἔτι ἁμιλληθήσονται αἱ παρθένοι ὑπὲρ τοῦ γάμου, τίς σοι δοθήσεται γυνή. ἄλλως. φυγάδος σοῦ ὄντος, ἡ φιλονεικία τῶν παρθένων τῶν ἐπιδοξαζομένων τῷ σῷ γάμῳ ἀπώλετο.* In Barnesii ed. legitur *ἀμεληθήσονται*; sed Arsenii Scholiorum Editio habet *ἀμελληθήσονται*, mero typographi errore pro *ἁμιλληθήσονται*. Ceterum ex emendatione edidi *νυμφιδίων*. Posses quidem levissima correctione scribere *νυμφιδία*, et cum *ἅμιλλα* conjungere: sed epitheton illud non nisi cum *εὐναὶ, λέχη, κοῖται, τέρεμνα*, vel tali vocabulo, usurpavit Noster. *τερέμνων ἄπο νυμφιδίων* supra v. 767. *νυμφιδίων* emendabat etiam Wakefieldius.

1136. *κόραις* Lasc. Ald. Ionicam formam, quæ Tragicis erat in usu, exhibent B. Fl. *λέκτρ᾽ ἀνάμιλλα* P.

1139. *ὦ* abest a Lasc.

1140. *ἀνόνητα* vulgo. Doricam formam e Cod. A. reposuit Brunckius. *ἀνόναντα* Fl. Simili modo adhibuit Noster in Alcest. 412. (422.) *ὦ πάτερ, ἀνόνατ᾽, ἀνόνατ᾽ ἐνύμφευσας.* Electr. 506.

μανίω θεοῖσιν·
ἰὼ ἰώ, συζυγίαι Χάριτες,
τί τὸν τάλαν' ἐκ πατρῴας
γᾶς, οὐδὲν ἄτας αἴτιον,
πέμπετε τῶνδ' ἀπ' οἴκων;

καὶ μὴν ὀπαδὸν Ἱππολύτου τόνδ' εἰσορῶ
σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὁρμώμενον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν
εὕροιμ' ἄν, ὦ γυναῖκες; εἴπερ ἴστε, μοι
σημήνατ'· ἆρα τῶνδε δωμάτων ἔσω;
ΧΟ. ὅδ' αὐτὸς ἔξω δωμάτων πορεύεται.
ΑΓ. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον
σοί, καὶ πολίταις, οἵ τ' Ἀθηναίων πόλιν
ναίουσι, καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας.
ΘΗ. τί δ' ἐστί; μῶν τις ξυμφορὰ νεωτέρα
δισσὰς κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις;

Καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν, ὃν ποτ', ἐν δόμοις ἔχων, 'Ανόνητ' ἔθρεψας σοί τε καὶ τοῖς σοῖς φίλοις. Hec. 766. Herc. F. 716.

1142. *Χαρίτων* conjecit Reiskius.

1143. *τί τόνον* vitiose Fl. Versus, ut a nobis distribuitur, est Ionicus a majore dimeter, quales sunt 552. 560. 737. 747. Vid. ad v. 537.

1144. *τὸν οὐδὲν ἄ. αἰ.* Lasc.

1146. Sic Lasc. Ald. cum MSS. (nisi quod habent *ὀπαδὸν* aspero spiritu.) Edidit tamen Valckenaerius *ὀπαδῶν*, nullo, mea sententia, jure. Persona *Ἡμιχόρου*, huic versui vulgo præfixa, in Codice A. recte omittitur. *ὀπαδῶν* habuisse videtur X. II. 1866.

1148. Ultimæ syllabæ accusativorum *Θησέα, Ὀρφέα, βασιλέα*, &c. a nominibus in *εὺς*, apud Atticos *plerumque* producuntur, analogiam secutæ genitivorum in *έως*; neque id vero *semper*, quod aiunt Clarkius ad Hom. Iliad. A. 265. et Heathius, corripitur enim vocalis in *φονέα*, in nostri Hec. 882. Electr. 599. 763. duas alias exceptiones apud Comicos habet Porsoni Nota ad Hec. 882. (876.) Pejus autem erravit Barnesius, syllabam producendam esse arbitratus scribendo *Ὀρφεᾶ* supra v. 957. Loca veterum Grammaticorum ad hanc rem spectantia citantur in Notis ad Mœrin p. 192. Tantum notent tirones, poetas nonnunquam horum casuum duas ultimas syllabas, versu cogente, in unam contraxisse: quod in genitivis *Θησέως, Ἐρεχθέως, Αἰγέως* factum esse videmus v. 10. 522. 1098. 1278. In accusativis autem Phœn. 913. *Σφάξαι Μενοικέα τόνδε δεῖ σ' ὑπὲρ πάτρας.* 1165. *Ὁρῶ δὲ Τυδέα καὶ παρασπιστὰς πυκνούς.* Idem monuit Clarkius. *τόνδε Θησέα* et mox *πορεύομαι* Flor. utrumque male.

1149. Hunc v. cum sequentibus adhibuit X. II. 1860.

1155. X. II. 1867.

ΑΓ. Ἱππόλυτος οὐκέτ' ἔστιν, ὡς εἰπεῖν ἔπος·
δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.
ΘΗ. πρὸς τοῦ; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος,
ὅτου κατῄσχυν' ἄλοχον, ὡς πατρὸς, βίᾳ;
ΑΓ. οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος,
ἀραί τε τοῦ σοῦ στόματος, ἃς σὺ σῷ πατρὶ
πόντου κρέοντι παιδὸς ἠράσω πέρι.
ΘΗ. ὦ θεοὶ, Πόσειδόν θ', ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ,
ὀρθῶς ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων.
πῶς καὶ διώλετ' εἰπέ· τῷ τρόπῳ δίκης
ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον, αἰσχύναντ' ἐμέ;

1157. Vid. supra 778. *ὡς εἰπεῖν ἔπος, ut verbo dicam.* Vv. 1157–8. habet X. II. 649. 650.

1158. "*Eustath. ad Il.* Θ. p. 699, 40=580, 52." R. P. Citat Eustathius *δέδορκε φῶς ὡς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς*, monens hanc locutionem, et Sophocleam Œd. T. 961. *Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπὴ*, sumptas esse *ἐκ τοῦ ῥέπειν θανασίμως τὰ τοῦ Διὸς τάλαντα.*

1159. Tanquam si dixisset Nuncius *θνήσκει* vel *ὄλωλε*, interrogat Theseus *πρὸς του;* (Hec. 773. *Θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ, καὶ τίνος πότμου τυχών;*) *δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος; Num hostis factus erat aliquis—?* Locutiones huic similes adamasse videntur Tragici. Nonnunquam adjungitur dativis. Vid. Abresch. ad Æsch. Prom. 121. Valcken. ad Phœn. 482. Hujus formulæ exempla quædam nos citasse non moleste ferent Lectores. Prom. 120. *τὸν πᾶσι θεοῖς Δι' ἀπεχθείας ἐλθόνθ'.* i. e. *factum omnibus Divis invisum.* Phœn. 20. *Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.* 479. *δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών.* 1561. *δι' ὀδύνας ἂν ἔβας.* Orest. 757. *διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι, metuo.* Androm. 175. *διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι Χωροῦσι.* 416. *Καὶ πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰὼν, patrem osculatus.* Ista dedit Valck. ad Phœn. (482.) 479. Addas ejusdem fabulæ 384. *διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα*, quod exponit Schol. *ποθῶ.* Med. 872. *Ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην.* ad quem l. vide Elmsleium. Soph. Œd. C. 905. *Εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον, ἧς ὅδ' ἄξιος.*

1160. *ἐκ πατρὸς* Ald. *βία* Lasc.

1161. *ἁρμάτων ὄχος currus vehiculum.* Eadem est periphrasis in Phœn. 1190. Iph. T. 370. (356.) *ἅρματος* A. *ὤλεσεν* Lasc. qui supra v. 1154. planissime contra metrum, *ναίουσιν.*

1162. Hunc versum, ob literam *σ* crebro repetitam, notavit Marklandus ad Iph. T. 1068. (1036.) quanquam sæpius repetitur in hujus fabulæ v. 839. *Τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας.* 866. *Τῆς οὐκέτ' οὔσης τῆσδε προσσαίνουσί με.* nec parcius in vv. 501. 906. et pluribus aliis. Protulit ille ingrati istius vitii exempla; Med. 476. *Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι.* Iph. A. 1221. (1116.) Ion. 386. Andromed. ap. Suid. v. *εἴση.* (Fr. 133.) Soph. Œd. T. 425. *Ἃ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.* (Ita pro *Ἅ σ' ἐξισώσει*—legit Porsonus in Advers. p. 237.) Notum est Tragicum nostrum hoc nomine a Comicorum aculeis exagitatum fuisse. De sigmatismo Euripideo insignis est nota Porsoni ad Med. 476. *τοῦ* omittunt Lasc. Ald.

1163. *κρέων* pro Homerico *κρείων* adhibuisse Euripidem observavit Eustath. ad Il. Δ. p. 500, 8=381, 37. Legitur illa forma in Electr. 1262. *Πόντου κρέοντος.* in Æsch. Suppl. 573. et non raro apud Pindarum.

1164. Copula deest in Ald.

1165. Reiskius *ὀρθῶς* cum præcedentibus connectit: et ita Markland. Valck. Brunck.

1166. *πῶς καὶ διώλετ' εἰπέ;* de hac constructione videas notata supra ad v. 91.

1167. Hæc bis attigit Eustathius ad Il. Γ. p. 381, 22=288, 41. et ad Il. Δ. p. 501, 20=322, 33. In utroque loco docet *ῥόπτρον* denotare *ῥόπαλον*, vel *πάγη*, i. e. *laqueus; ῥομφαία, εἶδος ξίφους;*

ΑΓ. ἡμεῖς μὲν ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας
ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας,
κλάοντες· ἦλθε γάρ τις ἄγγελος λέγων,
ὡς οὐκέτ' ἐν γῇ τῇδ' ἀναστρέψοι πόδα
Ἱππόλυτος, ἐκ σοῦ τλήμονας φυγὰς ἔχων.
ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸν δακρύων φέρων μέλος
ἡμῖν ἐπ' ἀκταῖς· μυρία δ' ὀπισθόπους
φίλων ἅμ' ἔστειχ' ἡλίκων θ' ὁμήγυρις.
χρόνῳ δὲ δή ποτ' εἶπ', ἀπαλλαχθεὶς γόων·
Τί ταῦτ' ἀλύω; πειστέον πατρὸς λόγοις·
ἐντύνεθ' ἵππους ἅρμασι ζυγηφόρους,
δμῶες, πόλις γὰρ οὐκέτ' ἐστὶν ἥδ' ἐμοί.—
τοὐνθένδε μέντοι πᾶς ἀνὴρ ἠπείγετο,
καὶ θᾶσσον, ἢ λέγοι τις, ἐξηρτυμένας

vel etiam *ἐπίσπαστρον κρίκου θύρας*, citans Lysiæ Orat. in Andocidem Init. *ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ.* Similia habet Schol. Existimat autem Valckenaerius per *ῥόπτρον* significasse Euripidem *paxillum in decipula*, quo moto irretiuntur animalia aut retinentur: in hoc enim sensu vocem ab Archilocho adhibitam fuisse auctor est Etymologus M. p. 715, 44. Sic quoque Hesychius 'Ρόπτρον· *ῥόπαλον, ἢ τὸ ἀποκαταπῖπτον τῆς παγίδος, καὶ συλλαμβάνον.* De hac voce quædam notavit Blomfieldius; "Suidas 'Ρόπτρον· *ῥόπαλον, ἢ παγὶς, ἢ τιμωρία*, huc respiciens. Quæ habet Eustathius ex Lysia, habent etiam Photius et Suidas, sed plenius Harpocration, qui citat Aristophanis Amphiaraum (Fr. 103.) et Xenophon. Hellen. VI. 4. 36. Pollux VII. 26. *ὁ δὲ ἐν ταῖς μείζοσι πάγαις πάτταλος, ῥόπτρον.* eadem habet X. 34." Ceterum *ἔπεσε* pro *ἔπαισε* habet utraque Eustathii editio ad Il. Δ. *αἰσχύναντ' ἐμὲ*, pro *αἰσχύναντά με* e duobus Codd. Brunckius.

1169. Huc respexit Eustath. ad Il. Θ. p. 696, 57 = 577, 13. Vid. supra v. 109.

1171. *ἀναστρέφοι* Ald. *ἀναστρέψει* E. P. Lasc. scilicet errore pro *ἀναστρέψοι*, quod e duobus MSS. B. D. receperunt Musgr. Valck. Brunck.

1172. "'Ἱππόλυτος, ἐκ σοῦ τλήμονας φυγὰς ἔχων. *injuria Valckenaerius et Musgravius MS. Parisiensis lectionem τλήμονος præferunt. Bacch.* 1350. *δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί. Electr.* 233. Ποῦ γῆς ὁ τλήμων τλήμονας φυγὰς ἔχων; *qui locus satis Hippolyti versum contra Valckenaerium defendit.* 505. Ἢ τὰς Ὀρέστου τλήμονας φυγὰς στένεις;" R. P.

1173. *ταὐτὸ* A. Fl. Sed altera forma usitatior. Pro *φέρων* varia est lectio in A. Lasc. *ἔχων.* Fl. *ἔχον.* Vid. supra v. 883.

1174. *μυρίων δ'* P. Lasc. Sed rectius dicitur *μυρία δ' ὀπ.* ut supra v. 54. Πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους Κῶμος λέλακεν. Brunckius, non monito lectore, scripsit *ἡμῖν· ἐπ' ἀκταῖς μυρία δ' ὀπισθόπους.*

1175. Vulgo *ἡλίκων ὁμήγυρις.* Dudum suspicatus eram *ἡλίκων θ' ὁ.* propter Med. 246. Ἢ *πρὸς φίλων τιν', ἢ πρὸς ἥλικας τραπείς.* et hanc conjecturam, cum a Marklando in Nota MSta, et ab aliis confirmatam videam, tandem in textum assumpsi.

1176. *ἀποπλαγχθεὶς* D.

1177. X. Π. 1124. *πιστέον* Fl.

1178. *ἐντύναθ'* A. Fl. quos sequitur Brunckius.

1179. *ἥδε μοι* vulgo. correxit Brunck. —Noster Med. 253. Σοὶ *μὲν πόλις θ' ἥδ' ἐστὶ, καὶ πατρὸς δόμοι.* Orest. 1076. Σοὶ *μὲν γὰρ ἔστι πόλις, ἐμοὶ δ' οὐκ ἔστι δή.* Vim esse in *ἐμοὶ* immerito negat Matthiæ.

1181. *λέγει* Ald. *λέγοι* e MSS. A. E. Fl. P. et Lasc. restituit Musgravius.

πώλους παρ' αὐτὸν δεσπότην ἐστήσαμεν.
μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος,
αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα.
καὶ πρῶτα μὲν θεοῖς εἶπ', ἀναπτύξας χέρας·
Ζεῦ, μηκέτ' εἴην, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ·
αἴσθοιτο δ' ἡμᾶς ὡς ἀτιμάζει πατὴρ,
ἤτοι θανόντας, ἢ φάος δεδορκότας.—
κἀν τῷδ' ἐπῆγε κέντρον εἰς χεῖρας λαβὼν

1183. Euripides in Phaethonte apud Longin. *περὶ ὕψους* XV. (Fr. 771.) *Τοσαῦτ' ἀκούσας εἶτ' ἔμαρψεν ἡνίας*, quod male sollicitavit Toupius, legendo *χέρσ' ἔμ. ἡ.* vocalem istam in dativo plurali non elidunt Tragici. De *εἶτα* inter participium et verbum posito dictum est ad v. 700. De propria vocis *ἄντυξ* significatione vid. supra ad v. 1131. Quid esset *ἄντυξ ἅρματος* exponit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 279. allatis Scholiis ad Hom. Il. E. 262. 728. unde patet *ἄντυγα* fuisse orbiculum summæ curuli sellæ additum, eamque cingentem. Hujus autem cacumini vel lateri, si consistere currum oporteret, habenæ circumligabantur. sic Il. E. 262. *ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας.* qui locus apprime huc facit. Geminæ vero nonnunquam erant *ἄντυγες*, ut in Junonis curru, Il. E. 728. *δοιαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγές εἰσι.* ubi Scholiastes Venet. *Ἄντυγες· τὰ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἡμίκυκλα, ἔνθεν καὶ τὰ ἡνία ἐξάπτονται.*

1184. Vertendum, *postquam pedem* (sc. *in curru*) *cum calceis defixerat.* Versum laudant Etymol. M. p. 135, 12. Eustath. ad Il. E. p. 599, 22=456, 20. indicante Valckenaerio, qui perperam, mea quidem sententia, sequitur Eustathium et Scholiastam, intelligentes *ἀρβύλαι* de parte currus, in qua stabat auriga: talem enim vocis significationem prorsus ignorasse videntur veteres. Ellipsis præpositionis *σὺν* addito dativo pronominis *αὐτὸς*, frequentata est. infra 1336. *τούς γε μὴν κακοὺς Αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν.* Hujus formulæ antiquissima præbet exempla Homerus Il. Θ. 24. *Αὐτῇ κὲν γαίῃ ἐρύσαιμ', αὐτῇ τε θαλάσσῃ.* Λ. 698. *Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν.* Υ. 481. *Ὁ δὲ φασγάνῳ αὐχένα θείνας, Τῆλ' αὐτῇ πήληκι κάρη βάλε.* Herod. VI. 32. *τὰς πόλιας ἐνεπίμπρασαν αὐτοῖσι τοῖσι ἱεροῖσι.* et sic alibi: quoniam vero Atticis constructio ista maxime usitata est, nonnullos ex his locos describere non pigebit. Æsch. Prom. 219. *Ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθὴς Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον, Αὐτοῖσι συμμάχοισι.* 1047. *χθόνα δ' ἐκ πυθμένων Αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι.* Soph. Aj. 25. *Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας Ἐκ χειρὸς, αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.* Sophocl. ap. Strab. IX. p. 612. (Fr. 781.) *Αὐτοῖς ὅπλοισι καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ.* Eur. Orest. 1515. *ἥτις Ἑλλάδ' αὐτοῖς Φρυξὶ διελυμήνατο;* Med. 164. Suppl. 927. Iph. A. 534. (454.) *Ἐλθόντες αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις Ξυναρπάσουσι καὶ κατασκάψουσι γῆν.* Ejusdem fabulæ v. 422. (345.) corrigit Porsonus *Αὐτοῖσι πώλοις*, et in Cyclop. 705. *Αὐτοῖσι συνναύταισι* pro vulgato *σὺν ναύταισι.* Bacch. 1133. de Bacchis Penthei membra discerpentibus, *ἔφερε δ' ἡ μὲν ὠλένην, Ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις. ferebat autem hæc ulnam, illa pedem cum calceis.* Ob hunc locum nolui mutare in versu Hippolyti vulgatum *πόδα* in *πόδας*, quod habent E. P. Lasc. et nuperi editores. *πόδα* citant Etymol. et Eustath. Adde Arist. Eq. 3. 7. Ran. 560. Vesp. 170. 1449. Pac. 1288. Si plura exempla velit lector, quærat apud Lamb. Bos. Ellips. Græc. p. 745. ed. Schaef.

1185. Respexit Eustath. ad Il. Δ. p. 505, 9=385, 40. *Ἀναπτύξας χεῖρας, εἰς εὐχὴν δηλαδὴ, κατὰ τὴν τραγῳδίαν· ὅπερ Ὅμηρος Ἀνασχεῖν χεῖρας φησί.*

1189. "*Flagellum κέντρον* dixit Ὁμηρικῶς. ad *κέντρον* adscribitur in Par. Cod. *μάστιγα.* Homero dicitur Archilochus *κέντρῳ ἐπισπέρχων*, Il. Ψ. 430. et Trojani aliique *κέντορες ἵππων*, ipsi etiam equi *flagello morigeri, κεντρηνεκέες.* In Il. Θ. v. 392. Eustath. p. 719, 37=608, 26. *τὸ Μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετο ἵππους*, explicat, *ἐμάστιξεν· Εὐριπίδης*

πώλοις ὁμαρτῇ· πρόσπολοι δ' ὑφ' ἅρματος
πέλας χαλινῶν εἱπόμεσθα δεσπότῃ
τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν.
ἐπεὶ δ' ἔρημον χῶρον εἰσεβάλλομεν,
ἀκτή τις ἐστὶ, τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς,
πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικὸν,
ἔνθεν τις ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς,
βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν·
ὀρθὸν δὲ κρᾶτ' ἔστησαν οὖς τ' ἐς οὐρανὸν
ἵπποι· παρ' ἡμῖν δ' ἦν φόβος νεανικὸς,
πόθεν ποτ' εἴη φθόγγος· εἰς δ' ἁλιρρόθους

δ' ἂν εἴποι, Κέντρον ἐπῆγεν ἵπποις." Valck. Eustathius etiam ad Il. E. p. 557, 36=423, 22. cum Homericis Μάστιξεν δ' ἐλάαν, et νώτῳ δ' ἐπέβαλλεν ἱμάσθλην, confert Nostri Phœn. 177. Ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα Καὶ σώφρονα πώλοις Μεταφέρων ἰθύνει. ubi Scholiastes κέντρα, μάστιγας. Herc. F. 948. δίφρου τ' εἰσέβαινεν ἄντυγα, Κἄθεινε, κέντρον δῆθεν ὡς ἔχων χερί. ita enim corrigendum puto e Dion. Chrys. XXXII. p. 391. C. a Valck. indicato.

1190. ὁμαρτῇ cum sequentibus conjungunt Reiskius, Marklandus, alii. Hesych. ὁμαρτῇ· ὁμοῦ. Aldus ὁμαρτῇ, probante Elmsleio ad Heraclid. 139. ἐφ' ἅρματος E. P. ἐμφ' ἅρματος Fl. ἐφ' ἅρματι A.

1192. Adverbium εὐθὺ, *recta ad*, cum genitivo, præpositionis instar, usurpabant Attici. Aristoph. Av. 1421. Μῶν εὐθὺ Πελλήνης πέτεσθαι διανοεῖ; Pac. 819. Ὡς χαλεπὸν ἦν ἐλθεῖν ἄρ' εὐθὺ τῶν θεῶν. Nub. 162. Exemplorum abunde est apud Hemsterhus. ad Lucian. Tom. I. p. 437. Valck. Animadv. ad Ammon. p. 90. Ruhnken. ad Timæum p. 127. Tetigerunt etiam Wesseling. in Diod. Sic. Tom. I. p. 126. Toup. in Suid. Tom. I. p. 201. Euripidem reprehendit Grammaticus quidam, cujus commentum descripsit Photius v. εὐθὺ Λυκείου, quod εὐθὺς pro εὐθὺ adhibuerit. Eodem nomine ab Ammonio notatur Menander in Δυσκόλῳ, cujus ultima verba sic forsan legenda; πᾶς δ' Ἐλευθερῶν Ἀπῆλθεν εὐθὺς, ὡς τάχος. Phrynichus quidem p. 24. εὐθὺ μὲν γὰρ τόπου ἐστὶν, εὐθὺς δὲ χρόνου. et negant alii Grammatici εὐθὺς de *loco* recte dici posse. Credo tamen Euripidem et Menandrum in hoc usu vetustioris linguæ indolem sectatos fuisse: eadem enim ratio est vocum ἰθὺς et ἰθὺ, quorum prius fere semper adhibuit Homerus cum genitivo. Il. M. 106. Βὰν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν. Φ. 540. Οἱ δ' ἰθὺς πόλιος καὶ τείχεος ὑψηλοῖο—Φεῦγον. Apud Herodotum autem ἰθὺ in hac constructione satis frequens est. IV. 89. ἔπλεε ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. VI. 95. ἰθὺ τοῦ τε Ἑλλησπόντου καὶ τῆς Θρηΐκης. Ceterum κἀπιδαυρίαν Cod. Fl. et sic Valck. Brunck. καὶ Ἐπιδαυρίαν Photius.

1194. Recte vertunt Heath. et Valck. τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς *ultra hanc regionem*. In isto sensu non raro adhibetur ἐπέκεινα. Æsch. Suppl. 257. Πίνδου τε τἀπέκεινα.

1195. ἤδε pro ἤδη male conjecit Marklandus. κειμένην A. Σαρρωνικὸν et Σκειρρώνος v. 1203. Lasc. Σαρδονικὸν vitiose Fl. Citat Valck. Callimach. Hymn. in Delum 41. Πολλάκι σ' ἐκ Τροιζῆνος, ἀλιζάντοιο πολίχνης, Ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου, Ναῦται ἐπεσκέψαντο. Idem Æschylo fuit Σαρωνικὸς πορθμὸς, Agam. 306.

1196. ὡς φωνὴ Διὸς Ald. βροντὴ ex omnibus Codd. et Lasc. reposuit Musgravius, recte conferens Æsch. Prom. 993. βροντήμασι Χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω. Eur. Electr. 748. ὥστε νερτέρα βροντὴ Διός. Aristoph. Av. 1750. Ὦ χθόνιαι βαρυαχέες ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταί, Αἷς ὅδε νῦν χθόνα σείει.

1198. ὀρθόν τε vulgo. ὀρθὸν δὲ Valck. ex A. Fl.

1199. φόβος νεανικὸς *timor vehemens*.

ἀκτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν
κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον· ὥστ' ἀφῃρέθη
Σκείρωνος ἄκρας ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾷν·
ἔκρυπτε δ' Ἰσθμὸν, καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ·
κἄπειτ' ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν
πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι,
χωρεῖ πρὸς ἀκτὰς, οὗ τέθριππος ἦν ὄχος.
αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ
κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας·
οὗ πᾶσα μὲν χθὼν φθέγματος πληρουμένη
φρικῶδες ἀντεφθέγγετ'· εἰσορῶσι δὲ
κρεῖσσον θέαμα δεργμάτων ἐφαίνετο.

1201. Noster Cycl. 265. *ἱερὰ κύματα.* Hesychius, Eustath. ad Il. K. p. 789, 11 = 702, 43. aliique Grammatici exponunt *ἱερὸν, μέγα.* In hoc sensu Homeri *ἱερὸς ἰχθὺς* (Il. Π. 407.) intelligunt Hesych. Suid. Etymol. M. et omnes fere veteres glossographi. Dubito an recte conferatur Virgilianum, *Auri sacra fames.*

1202. Adumbratum est ab Homerico, Il. Δ. 442. *Ἥτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.* observante Eustathio ad Il. Δ. p. 495, 27 = 378, 3. ubi vitiose citatur *οὐρανόν.* *στηρίζον* explicat Eust. per *ἐγγίζον.* Hesychius etiam *στηρίξαι· ἐγγίσαι.* Supplendum est *ἑαυτὸ*, ut in locis a Valckenaerio laudatis, Bacch. 972. *Ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος.* 1082. *πρὸς οὐρανὸν Καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός.* Thucyd. II. 49. *ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι.*

1203. *ἄκρας* emendatio est Luzacii, ut videtur, Exerc. Acad. p. 57. pro *ἀκτὰς*, quod habent omnes Edd. et MSS. Confirmat Scholiastes, *ὥστε μηκέτι καθορᾷν ἡμᾶς τὸ ὄρος τοῦ Σκείρωνος.* Latinus Tragicus legisse videtur *ἄκρας*, cum hæc Euripidis exprimeret; Senec. Hippol. 1022. *Latuere rupes, numen Epidauri Dei, Et scelere petræ nobiles Scironides, Et quæ duobus terra comprimitur fretis.* Vide supra v. 983. *Σκειρωνίδες—πέτραι.* et loca ibi citata. *ἀκτὰς* in hanc sedem a v. 1201. vel 1207. illatum esse potuit.

1205–6. Vertit Valck. *in altum consurgens, et magno cum fremitu concitans spumas, circumquaque flatu marino pulsas.* *καχλάζειν* eximie dictum est de fluctibus in terram ruentibus. Hesych. *καχλάζει· ψοφεῖ*, et mox *κιχλίζει· ἀθρόως γελᾷ, τετάρακται· γέγονε δὲ ἀπὸ τῶν κυμάτων· φλεγμαίνει, βράττει.* Pariter Suidas, Photius, alii. Optime vero vocem exponit Etymol. M. p. 494, 10. citatus a Stanleio ad Æsch. Theb. 114. ubi *Κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν Δοχμολόφων ἀνδρῶν Καχλάζει πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον.* Derivat Etymologus—*ὁ γὰρ ἦχος τοῦ κύματος ἐν τοῖς κοιλώμασι τῶν πετρῶν γινόμενος δοκεῖ μιμεῖσθαι τὸ κάχλα, κάχλα*: respiciens ad Apollon. Rh. II. 570. *ὑψόθι δ' ὄχθης Λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη.* Idem IV. 943. *ἀμφὶ δὲ κῦμα Λαβρὸν ἀειρόμενον πέτραις ἔπι καχλάζεσκεν.* Theocr. Idyll. VI. 11. *τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει Ἅσυχα καχλάζοντα, ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.* quocum Valck. comparat Catull. LXIV. 274. *leni et resonant plangore cachinni.* Attius, (Phin. Fr. 2.) *Excita saxis sæva Celæno Crepitu clangente cachinnat.* Lapilli, quibus illiduntur fluctus, dicti sunt *κάχληκες*, teste Suida, *Κάχληκες· λίθακες ἐν τοῖς ὕδασι.*

1208. *τρικυμίᾳ.* De hac voce consulas Blomfieldii Glossarium ad Æsch. Prom. 1051.

1209. Pro *ἄγριον* Fl. habet *ἀγαῖον*: ex ista vitiosissimi Codicis corruptela excogitavit Vossius *Αἰγαῖον*, Gronovius *Αἰγαίου*: frustra.

1211. *ἀντεφθέγξατ'* Fl. X. Π. 857. sed alterum verius puto: tempus enim imperfectum durationem istius mugitus reboantis denotat.

1212. Vertendum, *nobis vero intuentibus, immanius spectaculum videbatur,*

εὐθὺς δὲ πώλοις δεινὸς ἐμπίπτει φόβος·
καὶ δεσπότης μὲν, ἱππικοῖσιν ἤθεσι
πολὺς ξυνοικῶν, ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν,
ἕλκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ,
ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας·
αἱ δ', ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γνάθοις,
βίᾳ φέρουσιν, οὔτε ναυκλήρου χερὸς,
οὔθ' ἱπποδέσμων, οὔτε κολλητῶν ὄχων
μεταστρέφουσαι· κεἰ μὲν εἰς τὰ μαλθακὰ
γαίας ἔχων οἴακας ἰθύνοι δρόμον,
προὐφαίνετ' εἰς τοὔμπροσθεν, ὥστ' ἀναστρέφειν
ταῦρος φόβῳ τέτρωρον ἐκμαίνων ὄχον.
εἰ δ' εἰς πέτρας φέροιντο μαργῶσαι φρένας,
σιγῇ πελάζων ἄντυγι ξυνείπετο
εἰς τοῦθ', ἕως ἔσφηλε, κἀνεχαίτισεν,
ἁψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος.

quam ut oculi sustinere possent. δεργμάτων exhibent Edd. et MSS. omnes, quibuscum facit X. II. 896. ubi ὀμμάτων: explicat enim Hesych. δεργμάτων· ὄψεων, ὀμμάτων. Sed hac voce mire offensi sunt Valckenaerius et Musgravius, quorum ille δειμάτων, hic φθεγμάτων proposuit.

1214. ἱππικοῖς ἐν ἤθεσι vulgo. Valckenaerii emendationem ἱππικοῖσιν, post Brunckium, admisimus. ἤθεσιν Lasc. qui et infra 1260. ὄμμασιν. Nos quidem, Porsoni judicium secuti, ν paragogicum in fine senarii non adscribimus, nisi sequens versus a vocali incipiat.

1218. γναθμοῖς, quod exhibet Codex A. ediderunt Valck. et Brunck. Habet Æschylus Theb. 207. πυριγενετᾶν χαλίνων.

1221. Schol. καὶ εἰ μὲν εἰς τὰ ἁπαλὰ καὶ ἰσόπεδα τὸν δρόμον ἐποίει, κ. τ. λ. Latinus Tragicus vertit, *Nunc æqua carpens spatia.*

1222. οἴηκας vulgo, quod Ionum est: correxit Valcken. Brunckius recepit εὐθύνοι pro ἰθύνοι e Cod. A. utrumque probum: quod edidi, habent Lasc. Ald. et MSS. plerique.

1223. τὸ πρόσθεν A. Flor.

1224. τέτρωρον ὄχον hinc citat Eustath. ad Il. Γ. p. 427, 27 = 324, 36. comparans τέθριππον ἅρμα, quod apud Nostrum frequens est. Notandum est Homericum τετράορος, perinde ac τέτρωρος, adhibuisse Tragicos: illud legitur in Nostri Suppl. 667. 675. Helen. 723. Soph. Trach. 508. τετραόρου φάσμα ταύρου. Dicitur ὄχος pro ipsis equis, ut ὄχημα inf. v. 1352. Virg. Georg. III. 91. *Martis equi bijuges, et magni* CURRUS *Achillei.*

1225. πέτραν A. Flor.

1227. ἀναχαιτίζειν proprie de equo dicitur, qui se arrectum tollens, atque adeo jubam rejiciens, equitem effundit. Hinc Harpocration, Hesychius, et Suidas exponunt ἀνεχαίτισεν· ἀνέτρεψεν. In Bacch. 1072. Bacchus Penthea in ramo abietis collocabat, φυλάσσων μὴ ἀναχαιτίσειέ νιν. Demosth. Olynth. B. p. 20, 26. Reisk. ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις, ὥσπερ οὗτος, ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν.

1228. Brunckius post προσβαλὼν distinctionem ponit, ut sit κἀνεχαίτισεν ἐξ ὀχήματος. ἁψίς, *rotæ circulus.* Hesych. ἁψῖδες· τὰ κύκλα τῶν τροχῶν, αἱ περιφέρειαι, ἢ καμάραι. De Solis curru

ξύμφυρτα δ' ἦν ἅπαντα· σύριγγές τ' ἄνω
τροχῶν ἐπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα.
αὐτὸς δ' ὁ τλήμων, ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς,
δεσμὸν δυσεξήνυστον ἕλκεται δεθεὶς,
σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα,
θραύων δὲ σάρκας, δεινὰ δ' ἐξαυδῶν κλύειν·
Στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι,
μή μ' ἐξαλείψητ'. ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά.
τίς ἄνδρ' ἄριστον βούλεται σῶσαι παρών;—
πολλοὶ δὲ βουληθέντες, ὑστέρῳ ποδὶ
ἐλειπόμεσθα. χὡ μὲν, ἐκ δεσμῶν λυθεὶς
τμητῶν ἱμάντων, οὐ κάτοιδ' ὅτῳ τρόπῳ,
πίπτει, βραχὺν δὴ βίοτον ἐμπνέων ἔτι.
ἵπποι δ' ἔκρυφθεν, καὶ τὸ δύστηνον τέρας
ταύρου, λεπαίας οὐ κάτοιδ' ὅπου χθονός.
δοῦλος μὲν οὖν ἔγωγε σῶν δόμων, ἄναξ,

dicitur in Ion. 86. *Παρνασιάδες δ' ἄβατοι κορυφαὶ Καταλαμπομένην τὴν ἡμερίαν Ἀψῖδα βροτοῖσι δέχονται.*

1229. 1230. Hæc afferens Eustathius ad Il. E. p. 598, 29=455, 40. exponit *σύριγγες* per *χοινικίδες*, *πλῆμναι*. (Angl. *the naves*.) *ἐνήλατα δὲ, τὰ ταῖς χοινικίσιν ἐμβαλλόμενα, ἢ πασσαλίσκοι κωλύοντες ἐξιέναι τὸν τροχόν· τὰ καλούμενα ἁμαξηδόνια.* Pro *ἁμαξηδόνια*, quam vocem habent quoque Scholia, correxit Valck. *παραξόνια*, e Polluce I. 145. *τὸ κωλύον ἐκπίπτειν τὸν τροχὸν, ἐμπηγνύμενον τῷ ἄξονι, παραξόνιον.* (Angl. *the linchpin*.) Pro *ἐπήδων*, quod habent Lasc. MSS. et Eustathius, dedit Aldus *ἐπεπήδων*, vitio typographico. Correxerunt Reiskius et Piersonus.

1231. Orestes in Soph. Electr. 746. *Κἀξ ἀντύγων ὤλισθε, σὺν δ' ἑλίσσεται Τμητοῖς ἱμᾶσι.*

1232. *δυσεξήνυτος* Lasc. Ald. cum MSS. et Eustath. ad Il. Γ. p. 384, 5=290, 42. Sed analogiæ convenit forma, quam monentibus Heathio et Valckenaerio reposui; Hom. Od. Π. 111. *ἀνηνύστῳ ἐπὶ ἔργῳ.* In Nostri Heracl. 961. *ἀνυστόν.* Ceterum Glossa in Cod. A. explicat per *δυσεξελίκτῳ*.

1233. *πρὶν πέτρας* Ald. *πρὸς πέτραις* Codices A. B. Fl. Sed accusativo opus est. In re simili fingitur Orestes apud Soph. Electr. 752. *Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ Σκέλη προφαίνων.* Ex his Euripideis suam de Hippolyti fatis narrationem imitando expressit Ovidius Metam. XV. 500–529. quem locum cum Tragici nostri descriptione conferant velim lectores.

1234. Legit Elmsleius *θραύων τε*.

1240. Legendum suspicor *οὐκ ἔτ' οἶδ' ὅτῳ τρόπῳ*.

1241. Sic MSS. A. B. *βραχεῖ δὴ* Fl. *δὲ* pro *δὴ* E. Lasc. *βραχὺν βίοτον* D. P. Ald.

1242. Terminationem *θεν* pro *θησαν* Æolibus et Doribus adsignat Etymol. M. v. *ἤγερθεν*. Frequentabant quidem Homerus, Pindarus, Theocritus, et alii Poetæ; Atticus autem Tragicus rarissima licentia adhibet. Editum erat ante Musgravium *δύστηνον κάρα*: is e MSS. A. Fl. dedit *δύστηνον τέρας*: quem sequitur Valckenaerius comparans Orest. 998. *Τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς ὅποτ' Ἐγένετο τέρας ὀλοόν.*

1243. Eustathius ad Il. Δ. p. 488, 18=372, 22. *λεπαία χθὼν, τραγικῶς, ἡ ὀρεινή*: huc respiciens. Extat idem epitheton in Iph. T. 324. (313.) Heracl. 394. *ὅποι* Fl. *ὅπως* Ald.

ἀτὰρ τοσοῦτόν γ' οὐ δυνήσομαί ποτε
τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ', ὅπως ἐστὶν κακός·
οὐδ' εἰ γυναικῶν πᾶν κρεμασθείη γένος,
καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις
πεύκην, ἐπεί νιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.

ΧΟ. αἶ, αἶ· κέκρανται ξυμφορὰ νέων κακῶν,
οὐδ' ἔστι μοίρας τοῦ χρεών τ' ἀπαλλαγή.

ΘΗ. μίσει μὲν ἀνδρὸς τοῦ πεπονθότος τάδε,
λόγοισιν ἥσθην τοῖσδε· νῦν δ' αἰδούμενος
θεούς τ', ἐκεῖνόν θ', οὕνεκ' ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ,
οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἐπάχθομαι, κακοῖς.

1245. *τοσοῦτον οὐ δ. π.* Lasc. Ald. et X. II. 320. 1287. Particulam inseruerunt Valck. et Brunck. e MSS. A. Fl. et sic in secunda editione Musgravius, qui primum dederat *τοσοῦτό γ'*. Monuit Censor Promethei Edit. Blomfield. (*Edinb. Rev.* Vol. XVII. p. 239.) quem ferunt esse doctissimum Elmsleium, *τοιοῦτο* et *τοσοῦτο* rarissime apud Tragicos occurrere.

1246. Exempla similis constructionis congessit Kusterus ad Aristoph. Plut. 55.

1248–9. Vox *πεύκην* respicit ad tabellas Phædræ e ligno piceæ factas; quas eo nomine vocari testatur Eustath. ad Il. Z. p. 633, 22=490, 1. ubi de hoc loco fuse disputatum est. Ita quoque *πεύκη* est *δέλτος* in Iph. A. 39. (38.) Damm. Lex. Homeric. p. 2027. v. *πεύκη*. "Olim ante inventam chartam, fiebant ex hac arbore pugillares. Hinc Eur. Hipp. 1247.—*Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ* (Cretensi, nam respicitur ad Phædram Cressam genere) *γραμμάτων πλήσειέ τις Πεύκην*. Ejusmodi pugillares vocabantur Athenis *Ἄξονες*, quia erant tabulæ oblongæ, plures simul, quæ superne ad communem axem convertebantur. ejusmodi tabella lignea oblonga vocabatur et *τὸ πλαίσιον*. ceterum superne, ubi isti libelli ad communem clavum convertebantur, fuere angustiores, inferne latiores. Unde ista pugillarium species lignea vocabatur *ἡ δέλτος*; ibid. 868. fuere ergo fere triangularia." *τὴν ἐν Ἴδῃ πεύκην* Eustath ad Il. Λ. p. 832, 61=766, 12.

1249. *μιν* vulgo. Sed Tragicam formam *νιν* exhibent A. Fl. sequentibus Valck. et Brunck. In Androm. 1136. vulgatur *μιν*. sed et ibi recte Lascaris *νιν*. Ex Hippolyto Καλυπτομένῳ desumptos esse credo Nostri versus apud Stobæum LXXXVI. p. 498, 14. p. 361. Grot. (Fr. 892.) *Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι, Χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ', εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα. Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς Γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτε.* Primum versum ita emendavit Piersonus Verisim. p. 138. Stobæus enim *Τοσόνδε παῖδας σωφρονοῦν ἐπίσταμαι.*

1250. Vulgo *συμφοραί*. Flor. *κρέμαντι συμφορᾷ*. et v. 1252. *τοῦ πεσόντος τόδε*. Reposui *ξυμφορὰ*, monente Elmsleio. Singularis est *κέκρανται*.

1251. *τὸ χρεὼν*, *debitum fatum, necessitas.* Vox indeclinabilis est; Herc. Fur. 20. *εἴθ' Ἥρας ὕπο Κέντροις δαμασθεὶς, εἴτε τοῦ χρεὼν μέτα.* sic enim legendum monet Porsonus pro vulgato *εἴτε του χρεὼν μέτα*. Semper apud Nostrum articulum adsciscit. Vid. Iph. T. 1486. (1451.) Helen. 1636. Fragm. Temen. ap. Stob. CXXIII. p. 617, 18. (Fr. 736.)

1252. *τόδε* A. Fl.

1253. Prave Fl. *τοῖσδ' ὁμοῦ μ' αἰδ.* Conferri jubet Valck. Clytæmnestræ quædam in Soph. Electr. 766. et seqq.

1254. Altera copula deest in Lasc. Primam forsan omittendam censet Valckenaerius, et omittit Brunckius.

1255. *ἐπάχθομαι* A. B. D. ut sine Codicibus emendavit Piersonus Verisim. p. 69. pro vulgato *ἀπέχθομαι*. Flor. *ἀπάχθομαι*, unde corruptelæ initium deprehendas.

ΑΓ. πῶς οὖν; κομίζειν, ἢ τί χρὴ τὸν ἄθλιον
δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί;
φρόντιζ᾽· ἐμοῖς δὲ χρώμενος βουλεύμασιν,
οὐκ ὠμὸς εἰς σὸν παῖδα δυστυχοῦντ᾽ ἔσει.
ΘΗ. κομίζετ᾽ αὐτὸν, ὡς ἰδὼν ἐν ὄμμασι
τὸν τἄμ᾽ ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη,
λόγοις ἐλέγξω, δαιμόνων τε συμφοραῖς.

ΧΟ. σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα
καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι·
σὺν δ᾽ ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν
ὠκυτάτῳ πτερῷ·
ποτᾶται δ᾽ ἐπὶ γαῖαν,
εὐάχητόν θ᾽ ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον·
θέλγει δ᾽ Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ
πτανὸς ἐφορμάσῃ χρυσοφαὴς,
φύσιν ὀρεσκόων
σκυλάκων, πελαγίων θ᾽,
ὅσα τε γᾶ τρέφει,
τὰν ἅλιος αἰθόμενος δέρκεται,
ἄνδρας τε· συμπάντων δὲ

1256–9. Hos versus prave mutatos habet X. II. 1281. seqq.

1260. X. II. 1475. Porsonus in Orest. 1020. (1018.) e Manuscriptorum vestigiis edidit Οἲ ἐγὼ μάλ᾽ αὖθις, ὥς σ᾽ ἰδοῦσ᾽ ἐν ὄμμασι Πανυστάτην πρόσοψιν ἐξέστην φρενῶν. adnotans; "Phrasis ab Homero Il. A. 587. (Μή σε, φίλην περ ἐοῦσαν, ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι Θεινομένην) et alibi, ad alios poetas transiit, ut ad Theocr. IV. 7. (Καί πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη;) Noster Hipp. 1260." Eadem formula legitur in Soph. Trach. 241. 746. et alibi.

1262. λόγοις τ᾽ ἐλέγξω Flor.

1269. ἔρος et καρδία Lasc. Edidit Brunckius e Cod. Fl. μαινομέναν κραδίαν, perperam, ut opinor. Dativus pendet a verbo ἐφορμάσῃ.

1270. πανὸς Fl. ἐφορμάσει vulgo. ἐφορμάσῃ D. E. P. Fl. Lasc. et Schol. quod hodie prætuli, intellecta particula ἄν. χρυσοφανὴς Lasc.

1271. Vulgo editum erat ὀρεσκῴων, quæ forma Homerica est Il. A. 268. Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, ubi Schol. τοῖς ἐν ὄρεσι διαιτωμένοις. Odyss. I. 155. Αἶγας ὀρεσκῴους. Homeri vocem similiter exponunt Hesych. Apollon. Lex. Etym. M. aliique Grammatici, derivantes a κεῖαι, ὅ ἐστι κοιμηθῆναι. Extat autem δαιτὸς—ὀρεσκόου in Nostri Cyclop. 247. et ὀρεσκόων in hoc versu Lasc. Ald. Compositum esse credo ex ὄρεσι et κόοι, quod exponit Hesychius τὰ χάσματα τῆς γῆς, καὶ τὰ κοιλώματα.

1274. Vid. supra ad v. 527. Codicum A. Fl. lectionem αἰθομέναν in textum intulit Valckenaerius.

1275. Scripsit fortasse Euripides συμπάντων δὲ σὺ—.

βασιληΐδα τιμὰν, Κύπρι,
τῶνδε μόνα κρατύνεις.

ΑΡΤΕΜΙΣ.

σὲ τὸν εὐπατρίδαν Αἰγέως κέλομαι
παῖδ' ἐπακοῦσαι·
Λητοῦς δὲ κόρη σ' Ἄρτεμις αὐδῶ·
Θησεῦ, τί τάλας τοῖσδε συνήδει,
παῖδ' οὐχ ὁσίως σὸν ἀποκτείνας,
ψευδέσι μύθοις ἀλόχου πεισθεὶς
ἀφανῆ; φανερὰν δ' ἔσχεθες ἄτην.

1276. Subauditur, ut opinor, præpositio *κατά*. Locutio ab Homero sumpta est, Il. Z. 193. *Δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης.*

1278. Novem superstitum fabularum Euripidis Deos vel Deas ad solvendum nodum in ultimo actu inducunt. Eæ sunt Orestes, Hippolytus, Andromache, Supplices, Iphigenia in Tauris, Bacchæ, Helena, Ion, Electra. Hoc vero meliore jure in Hippolyto, quam in ceteris, factum esse videtur. *κέλλομαι* Lasc.

1279. Miretur quis Dianam Thesea Ægei filium vocare hic et infra v. 1429. licet ipsa intra tantillum spatium (vv. 1311. 1314.) Neptunum illi patrem tribuat. Potius autem quam illud ex incuria Tragici evenisse statuamus, credibile est nomen Regis Atheniensis, patris scilicet professi, velut solennem titulum, additum esse. Sin voluerit duos Theseo patres, alterum mortalem, alterum immortalem, tribuere, uno certe exemplo se ipsum defendit Euripides: quippe passim in dramate Herculis Furentis, tum Jovis, tum Amphitryonis filius Hercules dicitur. Quæ ad Thesei parentes spectant congessit Meursius in Thes. c. 1.

1280. *αὐδᾷ* vulgo. *αὐδῶ* e Cod. Fl. recepit Valckenaerius, recte: solebant enim Dii Euripidei istiusmodi formulis nomen suum indicare. Orest. 1626. *Φοῖβός σ' ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ' ἐγγὺς ὢν καλῶ.* Bacch. 1340. *Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγὼς, λέγω Διόνυσος, ἀλλὰ Ζηνός.* Helen. 1643. *δισσοὶ δέ σε Διόσκοροι καλοῦμεν.*

1281. Hunc versum sollicitavit Valck. scribens *σύ γ' ἤδη* pro *συνήδη*: sed hoc recte defendit Brunckius allata Glossa ex Cod. A. *συνήδη, ἀντὶ τοῦ ἤδη, Ἀττικῶς.* Hesych. *συνήδεται, ἐφήδεται.* Rhes. 958. *Οὐ μὴν θανόντι γ' οὐδαμῶς ξυνήδομαι.* Addas Med. 136. *Οὐδὲ συνήδομαι, γύναι, Ἄλγεσι δώματος.* ad quem locum Porsonus, "Hic locus Valckenaerii memoriam effugerat, cum in Rheso 958. *ἐφήδομαι* pro *συνήδομαι* reponere volebat. Sed hoc satis defendit Brunckius ad Hippol. 1295."

1284. Vulgo *ἔσχες ἄταν*, renuente metro. *ἔχεις* E. P. Male res cessit Musgravio et Valckenaerio emendantibus *ἐπέβης* et *ἔχες*. Melius conjecit Marklandus *ἔσχεθες*. Nos vero facillimam medelam, voces transponendo, post Brunckium adhibuimus. In superiore versu, eodem facto opus erat; veteres enim Editiones contra leges anapæsticorum habent *πεισθεὶς ἀλόχου*: sed ibi verum verborum ordinem servarunt tres MSS. A. B. D. Simili correctione in Æsch. Pers. 782. metrum sanandum esse arbitror; *Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ.* lego *φρονεῖ νέα*. Infra v. 1295. Cod. Fl. habet *τινὰ τρόπον*, vetante metro. [Hæc olim scripsi; mox autem Marklandi emendationem amplexus sum: facillime librarii rariorem aoristi formam *ἔσχεθες* in *ἔσχες* mutare poterant. In Phœn. 408. ubi *τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες* senarium claudit, Aldus cum MSS. nonnullis exhibet *ἔσχες*. Hoc monuit Elmsleius, qui de forma *ἔσχεθον* videndus ad Heracl. 272.]

πῶς οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις
δέμας αἰσχυνθείς;
ἢ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον,
πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀνέχεις;
ὡς ἔν γ' ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οὔ σοι
κτητὸν βιότου μέρος ἐστίν.
ἄκουε, Θησεῦ, σῶν κακῶν κατάστασιν·
καίτοι προκόψω γ' οὐδὲν, ἀλγυνῶ δὲ σέ·
ἀλλ' εἰς τόδ' ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα
τοῦ σοῦ δικαίαν, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ,

1285. *πῶς δ' οὐχ* Cod. Fl. et sic Valck. sed conjunctio abest a ceteris MSS. et Edd.

1287. Schol. *μεταβιβάσας, μεταβαλὼν, μεταλλάξας ζωὴν, καὶ ἀλλοιωθεὶς εἰς ὄρνεον.* Valcken. mallet *πτηνὸν*, citans Med. 1296. *Δεῖ γάρ νυν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, Ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος.*

1288. Pro vulgato *τόνδ'*, olim emendaveram unius literæ mutatione *τοῦδ'*. Eandem conjecturam deprehendi inter lectiones quasdam e Gilberti Wakefieldii manu profectas, quas mecum communicavit Vir doctrina et humanitate spectabilis, ac de me nunquam non optime meritus, Robertus Hole. Similis est locutio in Æsch. Prom. 263. *Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς Πράσσοντ'*. Nostri Heracl. 109. *Καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα.* Fl. *τῶν δ'* et mox *ἀπέχεις*, quod habet etiam A. sed suprascripto *ἀνέχεις*.

1289. *ὡς τοῖς ἀγαθοῖς* Lasc. Ald. male. *ὡς ἐν τ' ἀγαθοῖς* B. D. Schol. *ὡς ἐν τ' ἀγαθοῖς* A. Fl. quod vidit Musgravius corrigendum esse *ὡς ἔν γ' ἀ.*

1290. *βίου* Fl.

1291. X. II. 259.

1292. Conf. Alcest. 1079. (1098.) *Τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλοις ἀεὶ στένειν;* *Quid autem profeceris?* De voce *προκόπτειν* notata sunt quædam supra ad v. 23. Credit Valckenaerius hæc, sive potius hinc expressa Menandrea, respexisse Terentium in Andr. IV. i. 16. *atque aliquis dicat, nihil promoveris; Multum molestus certe ei fuero.*

1293. *εἰς τόδ'* omnes MSS. et Edd. cum Eustathio ad Il. A. p. 161, 45 = 122, 23. Placuit Barnesio *ὡς τόδ'*. Sed non usurpari *ὡς* pro *εἰς* vel *πρὸς*, nisi de personis, monuerunt, post alios, Valckenaerius et Porsonus ad Phœn. 1400. (1415.)

1294. Reiskii conjecturam *ἐπ' εὐκλείας* probasse videtur Valck. Sed receptam recte defendit Brunckius, citans Procli Chrestomath. p. 9. (p. 384, 8. ed. Gaisf.) *οἱ παλαιοὶ τὴν Ὑπὸ ἀντὶ τῆς Μετὰ πολλάκις ἐλάμβανον.* Schol. ad Pindar. Olymp. IV. 3. *τῇ Ὑπὸ ἀντὶ τῆς Μετὰ καὶ Ὅμηρος κέχρηται· Δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων.* Il. Σ. 492. Exemplum protulit Brunckius ex Hec. 351. *Ἔπειτ' ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο.* Addas Æsch. Agam. 1553. *Καὶ καταθάψομεν Οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων.* Soph. Electr. 630. *Οὔκουν ἐάσεις οὐδ' ὑπ' εὐφήμου βοῆς Θῦσαί μ';* Vid. Valcken. ad Herod. VII. 22. Deinde *θάνοι* Ald. *θάνῃ* A. B. D. Fl. Lasc. et sic Valck. Brunck. recte, ut opinor. Notissima quidem Dawesii regula est, Misc. Crit. p. 82. optativum cum particulis *ὡς, ἵνα, ὅπως, ὄφρα, μὴ*, verbis non nisi præteritæ significationis; subjunctivum verbis non nisi præsentis vel futuræ significationis subjungi. Observavit autem Porsonus ad Phœn. (68.) hanc regulam non videri per omnia servasse Tragicos; conferens Hec. 1146–1151. Nonnunquam sane, licet præcedat verbum præteriti temporis, effectus tamen, qui petebatur, aut præsens est aut futurus; ideoque verbum subjunctivum postulatur. Cum igitur nondum mortuus esset Hippolytus, dixit Diana *ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ*, *that he may die with a good reputation.* Alterum *ὡς—θάνοι* vertendum esset, *that he might die*—&c. Vid. Hermann. de Emend. Gramm. p. 208–214.

καὶ σῆς γυναικὸς οἶστρον, ἤ, τρόπον τινά,
γενναιότητα· τῆς γὰρ ἐχθίστης θεῶν
ἡμῖν, ὅσαισι παρθένειος ἡδονή,
δηχθεῖσα κέντροις, παιδὸς ἠράσθη σέθεν.
γνώμῃ δὲ νικᾶν τὴν Κύπριν πειρωμένη,
τροφοῦ διώλετ' οὐχ ἑκοῦσα μηχαναῖς,
ἣ σῷ δι' ὅρκων παιδὶ σημαίνει νόσον·
ὁ δ', ὥσπερ ἦν δίκαιον, οὐκ ἐφέσπετο
λόγοισιν· οὐδ' αὖ, πρὸς σέθεν κακούμενος,
ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς.
ἡ δ', εἰς ἔλεγχον μὴ πέσῃ φοβουμένη,
ψευδεῖς γραφὰς ἔγραψε, καὶ διώλεσε
δόλοισι σὸν παῖδ', ἀλλ' ὅμως ἔπεισέ σε.
ΘΗ. οἴμοι.
ΑΡ. δάκνει σε, Θησεῦ, μῦθος· ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος,
τοὐνθένδ' ἀκούσας, ὡς ἂν οἰμώξῃς πλέον.
ἆρ' οἶσθα πατρὸς τρεῖς ἀρὰς ἔχων σαφεῖς;

1295. ἢ τινὰ τρόπον Fl.

1297. παρθενείας conjecit Musgravius, quod respuit metri lex. παρθένειος ἡδονὴ citat Eustath. ad Il. Δ. p. 502, 31 = 383, 36. Utramque formam παρθένειος et παρθένιος usurparunt Tragici. Vide supra notata ad v. 307.

1298. δηχθεῖσα κέντροις MSS. et Edd. Objicit autem Valckenaerius, nusquam dixisse Euripidem ἔρωτι δηχθῆναι, nedum Amoris κέντροις δηχθῆναι, et hanc locutionem ab ejus seculi consuetudine alienam esse judicat: scribendum igitur putat πληγεῖσα κέντροις, conferens v. 38. et exempla quædam satis obvia, in quibus leguntur ἔρωτι πληγείς, et *amore percussus*. Videtur autem Porsonus cogitasse de scribendo πληχθεῖσα κέντροις: hunc enim aoristum, in sequente notula, exemplis defendit. "πληχθεὶς *Schol. ad Aristoph. Av.* 1402. *Noster Tr.* 183. ἐκπληχθεῖσα. *Iph. T.* 177. (169.) σφαχθεῖσα. *Incert.* [apud Suetonium, Nero. 38.] γαῖα μιχθήτω πυρί. *Exis ap. Schol. Pind. Pyth.* IV. 35. μιχθεῖσα. ἐπιπληχθεὶς *Schol. Villois. ad Il.* Δ. 401. K. 233. Z. 111. *Stob.* p. 215, 22. *Philo Jud.* Tom. I. p. 245, 45. 246, I. 378, 30." R. P.

1302. οὖν pro ἦν Lasc. eandem varietatem notavimus supra v. 1016. ὡς ὥσπερ ὢν δίκαιος οὐκ ἐφείπετο Cod. A. ἐφέπετο Flor. Brunckius scripsit ὢν δίκαιος, et ἐφείπετο. Verius esset, ut opinor, ὥσπερ ἦν δίκαιος.

1306. ἔτευξε pro ἔγραψε A. et ita Brunckius, probante Valckenaerio; perperam, mea quidem sententia. γραφὰς ἔγραψε convenit usitato apud Græcos loquendi modo, quem, si quis alius, sectatus est Euripides. Ne longe quæramus, in hac fabula legimus ἡμάρτηκεν ἁμαρτίαν v. 320. δῶρον δίδως v. 334. ἠράσθης ἔρον v. 337. εἰπεῖν ἔπος v. 1157. ἀραὶ ἃς ἠράσω vv. 1162–3.

1310. οἰμώξῃ Ald.

1311. ἄρ' pro ἆρ', sublata interrogationis nota, mavult Valckenaerius: sed ἄρα neque sententiam neque versum inchoare potest. ἆρ' οἶσθα significat *Nonne nôsti?* Vulg. σαφεῖς ἔχων; ordinem mutavit Brunckius, secutus Codices A. Fl. σαφεῖς ἀρὰς supra v. 894. Ad quem locum Valck. attulit Cicer. de Off. I. 10. *nam si (ut in fabulis est) Neptunus, quod Theseo promiserat non fecisset, Theseus*

ὧν τὴν μίαν παρεῖλες, ὦ κάκιστε σύ,
εἰς παῖδα τὸν σόν, ἐξὸν εἰς ἐχθρῶν τινά.
πατὴρ μὲν οὖν σοι πόντιος, φρονῶν καλῶς,
ἔδωχ' ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσεν·
σὺ δ' ἔν τ' ἐκείνῳ κἀν ἐμοὶ φαίνει κακός,
ὃς οὔτε πίστιν, οὔτε μάντεων ὄπα
ἔμεινας, οὐδ' ἤλεγξας, οὐ χρόνῳ μακρῷ
σκέψιν παρέσχες, ἀλλὰ θᾶσσον, ἤ σ' ἐχρῆν,
ἀρὰς ἀφῆκας παιδί, καὶ κατέκτανες.
ΘΗ. δέσποιν', ὀλοίμην. ΑΡ. δεῖν' ἔπραξας, ἀλλ' ὅμως
ἔτ' ἐστὶ καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.
Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε,
πληροῦσα θυμόν. θεοῖσι δ' ὧδ' ἔχει νόμος·
οὐδεὶς ἀπαντᾶν βούλεται προθυμίᾳ
τῇ τοῦ θέλοντος, ἀλλ' ἀφιστάμεσθ' ἀεί·

filio Hippolyto non esset orbatus: ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit; quo impetrato, in maximos luctus incidit. Ibid. III. 25. Scholiastes ad v. 1345. *εἰσὶ δὲ αἱ εὐχαὶ Θησέως πρὸς Ποσειδῶνα τρεῖς· πρῶτον, ἀνελθεῖν ἐξ Ἅιδου· δεύτερον, ἐκ Λαβυρίνθου· τρίτον, Ἱππολύτου θάνατον.* similia habet Schol. ad v. 894. Vulgo *ἐχθρόν τινα*. Edidi *ἐχθρῶν*, quomodo certissime emendat Elmsleius, conferens vv. 318. 350. 822. 986. 1069.

1315. Vide supra ad v. 36.

1317. Conf. v. 1058. *Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων Φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς*; Anglice vertas *πίστιν*, *proof*. Monet Valck. in Attico foro quævis argumenta, quibus ad causam utebantur probandam, *πίστεις* dici.

1318. *οὐκ ἤλεγξας* A. Fl. *μακρῷ χρόνῳ* Fl.

1319. *σκέψειν γ' ἔνειμας* Lasc. Ald. Citat Eustathius ad Il. Δ. p. 488, 16=372, 20. *οὐ μάντεως ὄπα ἔμεινας, οὐ χρόνῳ μακρῷ σκέψιν ἔνειμας*, hunc locum notans ob similitudinem sonorum in vocibus *ἔμεινας, ἔνειμας*. Ed. Bas. habet *σκέψειν*, mendose. Equidem aliquando cogitabam de edendo *σκέψεις ἔνειμας*. Cum vero duo Codices A. Fl. habent *σκέψιν παρέσχες*, hoc potius in textum adsumendum judicavi: idem fecerat Brunckius.

1321. *ὀλοίμαν* in editionibus erat, et *γενοίμαν* infra v. 1408. correxit Valckenaerius. *ὄλωλα* conjecit Marklandus.

1322. Hunc versum habet X. II. 816. *ἔνεστι καὶ σοὶ* A. *συγγνώμην ἔχειν* Fl. Vid. supra ad v. 116.

1323. Abundat *ὥστε* ante infinitivum, ut supra v. 702. in Suppl. 581. *Οὔτοι μ' ἐπαίρεις, ὥστε θυμῶσαι φρένας.* Æsch. Prom. 339. Choeph. 542. *Κρίνω δέ τοί νιν ὥστε συγκόλλως ἔχειν.* Soph. Phil. 656. *Ἆρ' ἐστὶν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν;* Electr. 1454. *Πάρεστ' ἄρ' ἡμῖν ὥστε κἀμφανῆ μαθεῖν.* Loca, quæ sequuntur, indicavit Porsonus ad Supplices: Sophocl. Œd. Col. 1350. Æsch. Eum. 202. 228. Eur. Orest. 52. Markland. ad Iph. T. 1380. (1345.) *τόδε* pro *τάδε* A. Flor.

1324. Virg. Æn. II. 586. *animumque explesse juvabit Ultricis flammæ.*

1325–6. Hos versus citat Eustath. ad Od. N. p. 1743, 26=519, 28. et rursus attingit ad Odyss. Z. p. 1565, 8=266, 34. observante Valckenaerio; qui censet ex his Euripideis expressos esse Ovidii versus Met. III. 336. *Pater*

ἐπεί, σάφ' ἴσθι, Ζῆνα μὴ φοβουμένη,
οὐκ ἄν ποτ' ἦλθον εἰς τόδ' αἰσχύνης ἐγώ,
ὥστ' ἄνδρα πάντων φίλτατον βροτῶν ἐμοὶ
θανεῖν ἐᾶσαι. τὴν δὲ σὴν ἁμαρτίαν,
τὸ μὴ εἰδέναι μὲν πρῶτον ἐκλύει κάκης·
ἔπειτα δ' ἡ θανοῦσ' ἀνάλωσεν γυνὴ
λόγων ἐλέγχους, ὥστε σὴν πεῖσαι φρένα.
μάλιστα μέν νυν σοὶ τάδ' ἔρρωγεν κακά,
λύπη δὲ κἀμοί· τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ
θνήσκοντας οὐ χαίρουσι· τούς γε μὴν κακοὺς
αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν.

ΧΟ. καὶ μὴν ὁ τάλας ὅδε δὴ στείχει,
σάρκας νεαρὰς
ξανθόν τε κάρα διαλυμανθείς.

omnipotens, (neque enim licet irrita cuiquam Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto Scire futura dedit. XIV. 783. *Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit, Et clausura fuit, nisi quod rescindere nunquam Diis licet acta Deûm.*

1327. *σάφ' οἶσθα* Lasc.

1329. *φίλτατον ἐμοὶ βροτῶν* Lasc. Ald. Ordinem, quem metrum postulat, e duobus Codd. A. B. reposuit Musgravius, post Scaligerum. *φίλτατόν γ' ἐμοὶ βροτῶν* Barnesius.

1330. *σὺν* pro *σὴν* Lasc. vitiose.

1331. Crases in vocibus *ἢ εἰδέναι* et *μὴ εἰδέναι* apud Tragicos haud raræ sunt: exemplis sint Orest. 478. *Ἔα· τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι.* Iph. T. 1048. (1017.) *Λάθρα δ' ἄνακτος, ἢ εἰδότος, δράσεις τάδε;* Ion. 313. *Ὡς μὴ εἰδόθ', ἥτις μ' ἔτεκεν, ἐξ ὅτου τ' ἔφυν.* Soph. Œd. C. 1155. Antig. 33. *Καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσι Σαφῆ προκηρύξαντα.* ubi vulgo *τοῖς μὴ εἰδόσι*, hiatu non ferendo. *οὐκ* inseruit Brunckius. 263. *Κοὐδεὶς ἐναργής, ἀλλ' ἔφυγε τὸ μὴ εἰδέναι.* vulgo editur *ἔφευγε*. emendatum citavit Porsonus ad Med. 139. I. Antig. 535. Trach. 321. Insolentiores quidem, sed ejusdem ordinis sunt crases in *ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα* Soph. Trach. 85. Nostri Electr. 1097. *Ὅστις δέ, πλοῦτον ἢ εὐγένειαν εἰσιδών, Γαμεῖ πονηράν, μῶρός ἐστι.* Contra frequentissima sunt *ἢ οὐ* et *μὴ οὐ*, quæ semper apud Atticos monosyllaba efficere monuerunt Viri docti.

1332. *ἀνάλωσε* et mox *ἐλέγχους'* Lasc. *ἀνήλωσεν* mavult Elmsleius.

1334. *μάλιστα νῦν σοί που* Ald. *μ. νῦν δὴ σοὶ* E. P. Lasc. *μ. μὲν νῦν σοι* A. B. D. Fl. et hoc prætuli, rescripta tantum *νυν* enclitica. *τά γ'* pro *τάδ'* Lasc.

1335–6. *τοὺς εὐσεβεῖς θεοὶ Θανόντας οὐ χαίρουσι* citat Eustath. ad Il. I. 737, 4=631, 22. conferens cum Homerico *τίς ἂν τάδε γηθήσειεν;* Il. I. 77. quod notat esse Attice dictum, ut Cratini *γέγηθα τὸν ἄνδρα*: Soph. Philoct. 1314. *Ἥσθην πατέρα (τε) τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε, Αὐτόν τ' ἐμ'.* Œdip. T. 936. *τὸ δ' ἔπος οὐξερῶ τάχ' ἂν Ἥδοιο μέν.* Aj. 789. *ὡς ἥκει φέρων Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγώ.* vid. Schaefer. ad Bos. Ellips. p. 26. Figura Oropismus dicta est, qualis in Rheso 390. *Χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα, καὶ προσήμενον Πύργοισιν ἐχθρῶν.* Addas Nostri Sisyphum apud Suid. et Etym. M. v. *χαίρω·* (Fr. 667.) *Ἐληλυθότα χαίρω σέ γ', Ἀλκμήνας τέκος Βέλτιστε, τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.* (sic enim hunc locum emendavit Porsonus in Adversariis p. 275.) Ibi Etymologus, *χαίρω σ' ἐληλυθότα· Ὠρωπικοὶ οὕτω λέγουσιν.*

1337. Conferas notata supra ad v. 1184.

ὦ πόνος οἴκων· οἷον ἐκράνθη
δίδυμον μελάθροις
πένθος θεόθεν καταληπτόν.

ΙΠ. αἶ, αἶ, αἶ, αἶ.
δύστηνος ἐγὼ πατρὸς ἐξ ἀδίκου
χρησμοῖς ἀδίκοις διελυμάνθην.
ἀπόλωλα τάλας· οἴμοι· οἴμοι·
διά μου κεφαλῆς αἴσσουσ' ὀδύναι,
κατὰ δ' ἐγκέφαλον πηδᾷ σφάκελος.
σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω.
ἒ, ἔ.
ὦ στυγνὸν ὄχημ' ἵππειον, ἐμῆς
βόσκημα χερὸς,
διά μ' ἔφθειρας, κατά τ' ἔκτεινας.
φεῦ, φεῦ· πρὸς θεῶν, ἀτρέμα, δμῶες,
χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε χεροῖν.
τίς ἐφέστηκ' ἐνδέξια πλευροῖς;

1341. *οἷος* Lasc. Ald. *οἷον* e MSS. A. Fl. recepit Musgr.

1343. "*Pro καταληπτὸν Musgravius proponit κατασκηπτὸν, credens vocalem corripi posse ante σκ. cujus exemplum adducit Ion.* 1179. Οἰνηρὰ σκεύη σμικρά. *Interim lege τεύχη. vide Ion.* 1184." R. P.

1348. Vulgo male scribitur *ἀΐσσουσ'*. Disyllabon plerumque est apud Atticos Poetas *αἴσσω*; tres tantum exceptiones notavit Porsonus, Hec. 31. Iph. A. 12. Τί δὲ *σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις*; Æsch. Pers. 470. Ἤϊξ' *ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ*. Male etiam Valckenaerius et Brunckius scribunt *ᾄσσουσ'*, quasi prima diphthongi vocalis per se longa esset. *ἀΐσσουσ'* Lascaris, qui infra v. 1371. *ὄλυτε*.

1349. *κατά τ'* Lasc. *κατά γ'* Ald. *σφάκελος* vertitur *spasmus*. Vocem adhibuit Æschylus Prom. 877. 1046. ad priorem locum interpretatur Blomfieldius, "*Dolor quivis acutus*. Proprie significat morbum acutum, qui spinam dorsi, vel medullam, vel cerebrum afficit." deinde pergit varios ejus usus, qua solet eruditione, illustrare.

1350. Hiatus in fine versus, contra morem anapæsticorum, manere sinitur. Hoc ob suspensam histrionis vocem, et exclamationes in versu sequente, factum esse videtur. Suspicio tamen oriri potest, excidisse parœmiacum et fortasse plures versiculos. *ἀπείρηκε* A.

1351. Omittit A.

1354. *κατὰ δ' ἔκτεινας* A. Fl. Valck. Brunck.

1355. *ἀτρέμας* vulgo. *ἀτρέμα* Cod. A. Nos hanc formam, quæ perinde ac altera Euripidi usitata est, et hic metro convenit, prætulimus. Idem fecit Brunckius. In Orest. 258. *ἀτρέμα* versus plane flagitat. *δμῶες ἀτρέμας* Ald.

1356. *ἅπτεσθαι* A. solenni vitio.

1357. Vulgo *τίς ἐφέστηκεν δεξιὰ πλευροῖς*; ubi si *δεξιὰ* pro substantivo accipias, in metrum peccas: sin pro *κατὰ δεξιὰ* i. e. *ad dextram*, vereor ut in tali usu usquam adhibeatur. Primus edidit Valck. e Codice A. *τίς ἐφέστηκ' ἐνδέξια πλευροῖς*; *Quis lateri meo adstat ad dextram?* et recte contulit Hom. Il. A. 597. Αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν Οἰνοχόει. Neque de hac scriptura idcirco dubitandum est, quod

πρόσφορά μ' αἴρετε, σύντονα δ' ἕλκετε
τὸν κακοδαίμονα, καὶ κατάρατον
πατρὸς ἀπλακίαις. Ζεῦ, Ζεῦ, τάδ' ὁρᾷς;
ὅδ' ὁ σεμνὸς ἐγώ, καὶ θεοσέπτωρ,
ὅδ' ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερσχὼν,
προὖπτον ἐς Ἅιδην στείχω κατὰ γῆς,
ὀλέσας βίοτον·
μόχθους δ' ἄλλως τῆς εὐσεβίας
εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα.
αἶ, αἶ, αἶ, αἶ·
καὶ νῦν ὀδύνα μ', ὀδύνα βαίνει.

prior dipodia non integra voce terminatur; triginta fere alia neglectæ istius regulæ exempla e Tragicorum reliquiis descripsit Gaisfordius ad Hephæst. p. 279.

1358. Exponit Schol. *ἤγουν ἁρμοδίως, καὶ προσεχόντως, καὶ συμφώνως· μὴ ὁ μὲν ἄνω, ὁ δὲ κάτω, ἀλλ' ἐξίσου βαστάζετε· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μουσικῶν τόνων.* Adhibet X. II. 1499.

1360. *ἀμπλακίᾳ* Ald. *ἀμπλακίαις* A. Fl. Lasc. et sic Valck. Brunck. De scriptura hujus vocis quædam notavimus supra ad vv. 145. 834. *εἰσορᾷς* Fl.

1361. *θεοσέπτωρ, θεοσεβής·* Hesychius, huc forsan respiciens.

1362. *ὑπερέχων* omnes Editiones. Nos *ὑπερσχὼν* e conjectura Valckenaerii edidimus: rarissime enim in legitimo systemate anapæstum dactylo subjecerunt Tragici. In Alcest. 80. *Ὅστις ἂν ἐνέποι, πότερον φθιμένην*, corrigendum opinor *Ὅστις ἂν εἴποι.* In Electr. 1319. lego *Θάρσει· Παλλάδος ἥξεις ὁσίαν Πόλιν· ἀλλ' ἀνέχου.* pro vulg. *ὁσίαν ἥξεις.* In nostro versu aoristi participium multo melius est ad sententiam, et facile permutantur literæ Є et C. Similem correctionem adhibuit Porsonus in Æsch. Prom. 213.

1363. *προὖπτον· πρόδηλον, φανερόν.* Hesych. Contractum est *προὖπτος* ex Ionico *πρόοπτος*, quod habet Herodotus IX. 17. *προόπτῳ θανάτῳ.* unde *ἀπρόοπτος* Æsch. Prom. 1074. Conferas autem Soph. Œd. C. 1439. *καὶ τίς ἄν σ' ὁρμώμενον Εἰς προὖπτον Ἅιδην οὐ καταστένοι, κάσι;* Æsch. Theb. 848. *προὖπτος ἀγγέλου λόγος.* *Ἀΐδην* Lasc. Deinde Aldus *κατάκρας*, sequentibus plerisque editoribus. A. B. D. P. Fl. Lasc. *κατὰ γᾶς*, idque recepit Brunckius probatum a Valck. qui locutionem *κατὰ γῆς sub terram* exemplis illustrat. *κατὰ γᾶν* E.

1364. Hos versiculos aliter distribuerunt Valck. et Brunck. ut basis anapæstica Parœmiaco præfigeretur. Sed id frustra factum esse arbitror. De anapæsticorum divisionibus bene disseruit Butlerus ad Æsch. Prom. 93.

1365. Pro vulgato *εὐσεβείας*, quod metrum jugulat, Valckenaerius e Lasc. reponit *εὐσεβίας.* quam formam, perinde ac alteram, libenter scripserunt Tragici. Hoc monuit Valck. ad Phœn. 1466. ubi *προμηθίᾳ*, versu cogente, ut in Soph. Œd. C. 332. Electr. 990. *εὐσεβίας* recte legit Valck. in Fragm. Hippolyti *Καλυπτ.* ap. Stob. V. p. 63, 42. p. 37. Grot. (Fr. 447.) unde versus, quos in fine prioris fabulæ credo fuisse lectos, in gratiam juniorum citabo; *Ὦ μάκαρ, οἵας ἔλαχες τιμῆς, Ἱππόλυθ' ἥρως, διὰ σωφροσύνην· Οὔποτε θνητοῖς ἀρετῆς ἄλλη Δύναμις μείζων· Ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ', ἢ μετόπισθεν, Τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.* ibi quoque vulgo *εὐσεβείας.* Extat *εὐσεβίας* in Soph. Œd. C. 189. *εὐσεβίαν* Antig. 943. *ὠφελίᾳ* in Androm. 539. *εὐγενίας* in Fragm. Eur. Ægei apud Stob. LXXXIV. p. 493, 24. (Fr. 11.) *ἀμελίᾳ* in Fragm. Antiop. Stob. XXX. p. 209, 40. (Fr. 196.) corrigente Valck. Alia dedit exempla Blomfieldius (*Quart. Rev.* Vol. VIII. p. 225.). De his formis multa habet Dorvillius in Charit. p. 405–6.

1368. *ὀδύναν μ' ὀδύναν* Fl.

μέθετέ με τάλανα,
καί μοι θάνατος παιὰν ἔλθοι.
προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε
τὸν δυσδαίμον'· ἀμφιτόμου
λόγχας ἔραμαι διαμοιρᾶσαι,
διά τ' εὐνᾶσαι τὸν ἐμὸν βίοτον,
ὦ πατρὸς ἐμοῦ δύστανος ἀρὰ,
μιαιφόνων τε συγγόνων,
παλαιῶν προγεννητόρων,
ἐξορίζεται κακὸν, οὐδὲ μέλλει,
ἔμολέ τ', ἔμολ' ἐπ' ἐμὲ, τί ποτε, τὸν οὐδὲν
ὄντ' ἐπαίτιον κακῶν;
ἰώ μοι, τί φῶ;
πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν ἐμὰν
τοῦδ' ἀναλγήτου πάθους;

1369. *με* deest in Lasc. Ald. *μέθετε τὸν τάλανα* E. *τάλαν* A. B. D.

1370. *παιὰν*, pro quo Comici *παιών*, titulus erat, quo eximie invocabatur Apollo *ἰατρὸς*, unde adjectivum *παιώνιος*, i.e. *θεραπευτικός*. Hesychius, *παιών· ἰατρός*. Ceterum cum nostro versu aptissime contulit Valckenaerius Fragm. Æsch. Philoct. ap. Stob. CXIX. p. 602, 38. (Fr. 229.) *Ὦ θάνατε παιὰν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν· Μόνος (γὰρ) εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρός.* "*Incertus Tragicus apud Plutarch.* II. p. 106. D. *ὦ θάνατε παιὰν*, (*dele ἰατρὸς cum Valckenaerio ad Hipp.* 1370.) *μόλοις· Λιμὴν γὰρ ὄντως Ἀΐδας ἀνιᾶν. Ita lege Dorice pro ἀνιῶν, quod pro ἀν' αἶαν legit Ruhnkenius ad Longinum* IX. *Æschylus ibidem*, (Fr. 287.) *Ὥσπερ μέγ' ἐστ' ἴαμα τῶν πολλῶν κακῶν. vulgo μέγιστον ἴαμα. μέγ' ἐστ' ed. Grot.*" R. P.

1372. Edidit Brunckius, e conjectura Marklandi, *ὄλλυτε τὸν δυσδαίμονά μ'*. In sequentibus ordo est *ἔραμαι ἀμφιτόμου λογχας*, (*ὥστε*) *διαμοιρᾶσαι*, monente Porsono ad Med. 1399. (1396.) *φιλίου χρῄζω στόματος Παίδων ὁ τάλας προσπτύξασθαι*, ubi similis structura.

1375. Doricam formam *δύστανος* e Cod. A. recepit Valck.

1376. Intelligit Heathius Atreum et Thyestem, fratres Pitthei; Pittheus enim Æthram genuit, matrem Thesei. Noster Med. 683. *Πιτθεύς τις ἔστι γῆς ἄναξ Τροιζηνίας.—Παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος.* In sequente versu respiciuntur Tantalus et Pelops, qui et supra v. 834.

1377. *παλ. τε πρ.* Lasc. Hunc v. et præcedentem transponendos esse censent Heath. et Reisk.

1378. Versum notent tirones Sapphicum Hendecasyllabum. Alius effingi poterit, si cui ita visum erit, mox v. 1382. legendo *Πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν ἐμὰν τοῦδ'*. Hoc metrum legitur in Antistrophicis, Med. 649. 660. (658. Pors.)

1379. *ἐμόλετ' ἐπ' ἐμὲ* Lasc. Ald. *ἔμολ', ἔμολ' ἐπ' ἐμὲ* Fl. *ἔμολ'* semel A. Metrum est Trochaicum.

1381. Vulgo *ἰώ μοι μοι*. Brunckius *ᾤ μοι μοι*, auctore, ut videtur, Codice A. Quare prætulerim hodie *ἰώ μοι, τί φῶ*; dictum est supra ad v. 845.

1382. Vulgo *πῶς δ' ἀπαλλάξω*. *δ'* omittunt A. Fl. *πᾶς δ' ἂν ἀλλάξω* Lascaris, soloece.

1383. *ἀνάλγητος* in Soph. Aj. 946. et alibi significat, *qui dolore non tangitur*,

εἴθε με κοιμίσειε τὸν
δυσδαίμον' Ἅιδου μέλαινα
νύκτερός τ' ἀνάγκα.
ΑΡ. ὦ τλῆμον, οἵᾳ ξυμφορᾷ ξυνεζύγης·
τὸ δ' εὐγενές σε τῶν φρενῶν διώλεσεν.
ΙΠ. ἔα. ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
ὢν ᾐσθόμην σοῦ, κἀνεκουφίσθην δέμας·
ἔστ' ἐν τόποισι τοισίδ' Ἄρτεμις θεά.
ΑΡ. ὦ τλῆμον, ἔστι· σοί γε φιλτάτη θεῶν.
ΙΠ. ὁρᾷς με, δέσποιν', ὡς ἔχω, τὸν ἄθλιον;
ΑΡ. ὁρῶ· κατ' ὄσσων δ' οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ.
ΙΠ. οὐκ ἔστι σοι κυναγὸς, οὐδ' ὑπηρέτης.
ΑΡ. οὐ δῆτ'· ἀτάρ μοι προσφιλής γ' ἀπόλλυσαι.
ΙΠ. οὐδ' ἱππονώμας, οὐδ' ἀγαλμάτων φύλαξ.

immisericors, vel etiam *crudelis*; et hanc equidem interpretationem, etsi olim ob substantivum πάθους durior videbatur, hodie omnino amplectendam esse intelligo. τοῦδ' ἀναλγήτου πάθους, *from this cruel calamity.*

1384. Versus est Choriambicus dimeter. Posset vero, modo tanti esset, senarius effici, legendo, Εἰ γάρ με κοιμίσειε τὸν δυσδαίμονα. Vulgo κοιμάσειε. ego alteram formam, quam præbet A. cum Brunckio prætuli. εἴθε δέ μοι κοιμάσειε Lasc.

1385–6. Vitiose exhibent A. Fl. Ἅιδου γε νυκτὸς δυστάλαιν' ἀνάγκα.

1387. προσεζύγης perperam editum erat post Aldinam, donec συνεζύγης reposuit Valckenaerius e Codd. plerisque, Lasc. et X. II. 806. optime defendens per Androm. 98. δαίμον' ᾧ συνεζύγην. Helen. 255. τίνι πότμῳ συνεζύγην; Adde Soph. Aj. 123. ἄτῃ ξυγκατέζευκται κακῇ. Brunckius e duobus Codd. dedit οἵαις ξυμφοραῖς.

1388. ἀπώλεσεν A. Fl.

1389. De divino odore, quem spirabant Numinum vestes vel capilli, multa habet Spanhemius ad Callim. Hymn. in Apoll. 38. Prometheus, Nymphas adventantes sentiens, inquit, Τίς ἀχὼ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής; Æsch. Prom. 115. Virg. Æn. I. 507. *Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere.* Ovid. Fast. v. 375. *tenues successit in auras; Mansit odor: posses scire fuisse deam.* Conf. Milton. Par. Amiss. III. 135. et v. 285. Hunc et seq. v. adhibuit Auctor X. II. 1333–4.

1391. τόποισι pro vulgato δόμοισι, e Cod. A. certissime reposuit Musgravius. vide supra v. 53. Deinde τοῖσδέ γ' Ἄ. θ. omnes editores ante Brunckium, qui ex eodem Codice dedit τοῖσιδ' quod etiam sine Codice reponendum erat. Hanc dativi formam plerumque obliteravit librariorum inscitia, nunc in τοῖσιν, nunc in τοῖσδέ γ' mutantium. Exempla quædam notavimus supra ad v. 402. Reponenda est hæc vox in Heracl. 251. pro τοῖσί γ', et in Ion. 314. pro τοῖσδέ γ'. ὡς ᾐσθόμην MS. quidam apud Musgravium.

1393. ὁρᾷς μ', ὦ δέσποιν' Lasc. solenni vitio.

1394. Hinc forsan Ovidius Met. II. 621. *neque enim cælestia tingi Ora decet lachrymis.* οὐδέμις Ald.

1396. Sic A. B. προσφιλής τ' Fl. ἀπώλεσεν D. Mira est varietas, sed vitiosa, in Aldina; ἀτάρ τοι δύσποτμός γ' ἀπόλλυσαι. δύσποτμός τ' Lasc.

1397. ἱππονώμας. hanc vocem Porsonus in Nota MSta Sophocli restituendam esse monuit. "*Sophoclis Aj.* 256. *lege ex Aldina* Τὸν αἶσ' ἄπλατος ἴσχει, *quod mutavit Triclinius ob v.* 232. Βοτῆ-

ΑΡ. Κύπρις γὰρ ἡ πανοῦργος ὧδ' ἐμήσατο.
ΙΠ. ᾤμοι· φρονῶ δὴ δαίμον', ἥ μ' ἀπώλεσε.
ΑΡ. τιμῆς ἐμέμφθη σωφρονοῦντι δ' ἤχθετο.
ΙΠ. τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσεν Κύπρις μία.
ΑΡ. πατέρα τε, καὶ σὲ, καὶ τρίτην ξυνάορον.
ΙΠ. ᾤμωξα τοίνυν καὶ πατρὸς δυσπραξίας.
ΑΡ. ἐξηπατήθη δαίμονος βουλεύμασιν.
ΙΠ. ὦ δυστάλας σὺ τῆσδε συμφορᾶς, πάτερ.
ΘΗ. ὄλωλα, τέκνον, οὐδέ μοι χάρις βίου.
ΙΠ. στένω σὲ μᾶλλον, ἢ 'μὲ, τῆς ἁμαρτίας.
ΘΗ. εἰ γὰρ γενοίμην, τέκνον, ἀντὶ σοῦ νεκρός.
ΙΠ. ὦ δῶρα πατρὸς σοῦ Ποσειδῶνος πικρά.
ΘΗ. ὡς μήποτ' ἐλθεῖν ὤφελ' εἰς τοὐμὸν στόμα.
ΙΠ. τί δ'; ἔκτανές τ' ἄν μ', ὡς τότ' ἦσθ' ὠργισμένος.

ρας ἱπποτρόμους. ubi scribendum ἱπποκόμας. vid. Arist. Nub. 571. *Eur. Hipp.* 1397." R. P. Valckenaerius ad Phœn. 119. confert voces ejusdem formæ apud Euripidem, λευκολόφας Phœn. 119. εὐλόφας Alc. 570. (587.) μηλονόμας 572. (589.) χρυσοκόμας Iph. A. 549. (467.) Suppl. 976. Iph. T. 1237. (1203.) Tr. 254.

1398. Lasc. πανοῦρος. et mox ἀπώλεσεν.

1400. τιμῆς σ' ἐμ. ad mentem Reiskii edidit Brunckius. Sed recte supprimitur pronomen, ut in Hec. 962. Σὺ δ' εἴ τι μέμφει τῆς ἐμῆς ἀπουσίας, Σχές. Observat Valck. τιμῆς dici de honore neglecto, conferens Hom. Il. A. 93. Οὔτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὔθ' ἑκατόμβης.

1401. Aldus et MSS. nonnulli habent ὤλεσ', ᾔσθημαι, Κύπρις. Lascaris autem cum aliis MSS. ὤλεσεν μία Κύπρις. hoc vero cum per metrum stare non posset, duas ultimas voces transposui; nec dubito quin sic scripserit Poeta. Vidimus enim quoties ordinem vocum librarii sub finem hujus Tragœdiæ immutaverint. supr. vv. 1283. 1295. 1311. 1318. 1329, 1355. Conjicit quidem Valckenaerius ὤλεσ', ᾔσθημαι, μία: loci autem ab eo allati nostram lectionem apprime defendunt. Orest. 743. Ποῦ 'στιν ἣ πλείστους 'Αχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία; 1244. Τρισσοῖς φίλοις γὰρ εἷς ἀγὼν, δίκη μία. Troad. 368. Iph. T. 1065. (1033.)—Verbum ᾔσθημαι frigidum est, et e margine irrepsisse in textum videtur. Fortasse e glossa τοῦ φρονῶ v. 1399.

1402. ξύναφρον vitiose A. ξυνόφρον τρίτην Fl.

1403. Aoristos sæpe adhibent Græci significatione paullum distante a præsentibus. Exempla complura e Tragicis dedit Hermannus ad Viger. p. 734. observans in talibus præteritum revera indicari, sed ut vix alia lingua exprimi possit, nisi circumscribere velis. In Med. 272. vertit εἶπον, *edictum volo.* Suppl. 1171. ὑπεῖπον, *imperatum volo.* Iph. Aul. 469. (392.) κατῴκτειρα, *misericordia tacta sum.* Hujus igitur generis est ᾤμωξα in nostro versu, et in Med. 791. Ὤμωξα δ' οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον Τοὐντεῦθεν ἡμῖν. Conferas ἀπέπτυσα supra v. 610. ἀπωλόμην 574. 847.

1406-8. His usus est X. Π. 893. seqq.

1407. ἥ με Lasc. minus recte.

1411. ἔκτανές γ' male proposuit Valckenaerius. τ' ἂν crasis est τοι ἂν, de qua vide supra ad v. 443. μ' deest in Cod. A.

ΘΗ. δόξης γὰρ ἦμεν πρὸς θεῶν ἐσφαλμένοι.
ΙΠ. φεῦ. εἴθ' ἦν ἀραῖον δαίμοσιν βροτῶν γένος.
ΑΡ. ἔασον· οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφον
θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος ἐκ προθυμίας
ὀργαὶ κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας,
σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν.
ἐγὼ γὰρ αὐτῆς ἄλλον ἐξ ἐμῆς χερὸς,
ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν,
τόξοις ἀφύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι.
σοὶ δ', ὦ ταλαίπωρ', ἀντὶ τῶνδε τῶν κακῶν,
τιμὰς μεγίστας ἐν πόλει Τροιζηνίᾳ
δώσω· κόραι γὰρ ἄζυγες, γάμων πάρος,

1412. "*Versus* 1412. 1413. *omittit Ed. Flor.*" R. P. Etiam vv. 913. 914. absunt ab Ed. Flor.

1413. Recte statuerunt interpretes ἀραῖον in activo sensu capiendum esse, ut Med. 608. Καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις. Iph. T. 778. (760.) Æsch. Agam. 236. Soph. Œd. T. 1291. nec opus est Valckenaerii mutatione εἶτ' ἦν. Exponit Schol. εἴθε ἦν καταρᾶσθαι ἄνθρωπον θεῷ. Omnes editiones, quas inspexi, habent δαίμοσι.

1414. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Aldus, et editores eum secuti, donec tacite correxit Barnesius οὐ γὰρ οὐδέ: sic enim ille in libro Miltoniano, quo usus est, emendatum viderat. Pariter adhibentur particulæ negantes in Soph. Trach. 280. Ὕβριν γὰρ οὐ στέργουσιν οὐδὲ δαίμονες. ζόφῳ A. B. ζόφον Lasc. Ald. et X. II. 1926.

1415. ἄτιμος in hoc sensu exponit Schol. Æsch. Choeph. 1019. ἀτιμώρητος. Valckenaerio videtur imitatus Noster Æschylum Agam. 1279. Οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν. Nostrum autem Virgilius Æn. XI. 845. *Non tamen indecorem tua te regina relinquet Extrema jam in morte; neque hoc sine nomine letum Per gentes erit; aut famam patieris inultæ.*

1416. κατασκήπτουσιν vulgo. sed rectius Brunck. κατασκήψουσιν e Cod. A. huc facit Fl. κατασκήφουσιν. Futurum etiam legisse videtur Conditor X. II. κατὰ σκήπτουσιν Lasc.

1417. Legitur in X. II. 822. Hunc versum immerito suspectum habet Valckenaerius, ob similem infra 1452.

1418. Adonidem indicari plerumque intelligunt Viri docti. In hanc rem Muretus, Var. Lect. v. 7. commode citat Apollodorum III. 14. p. 355. Ed. Heyn. Ἄδωνις δὲ, ἔτι παῖς ὤν, Ἀρτέμιδος χόλῳ πληγεὶς ἐν θήραις (θήρᾳ) ὑπὸ συὸς ἀπέθανεν. Addit Valck. Claudianum, Adonidis et Hippolyti fata jungentem, in Fescenn. I. 16. *Venus reversum spernat Adonidem, Damnet reductum Cynthia Virbium.* Quoniam vero nunc oblata est occasio, Virgilii narrationem exscribam: Æn. VII. 765. *Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercæ Occiderit, patriasque explerit sanguine pœnas, Turbatis distractus equis, ad sidera rursus Ætheria, et superas cœli venisse sub auras, Pæoniis revocatum herbis et amore Dianæ.—At Trivia Hippolytum secretis alma recondit Sedibus, et nymphæ Egeriæ nemorique relegat; Solus ubi in sylvis Italis ignobilis ævum Exigeret, versoque ubi nomine Virbius esset.* De auctoribus qui eandem fabulam tractasse videntur, bene disputavit Heynius in Observ. ad Apollod. p. 278–9. Virgilium secutus est Ovidius Met. XV. 533. Contra Horatius Carm. IV. vii. 25. *Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum.*

1419. Sic Lasc. et Codices. κυρεῖ, quod exhibet Aldus, solœcum est. Vid. notata ad v. 487.

1421. σὺ δ' pro σοὶ δ' Lasc.

1423. Pausanias II. 32. ἀποθανεῖν

κόμας κεροῦνταί σοι, δι' αἰῶνος μακροῦ,
[πένθη μέγιστα δακρύων καρπουμέναι·]
ἀεὶ δὲ μουσοποιὸς εἰς σὲ παρθένων
ἔσται μέριμνα, κοὐκ ἀνώνυμος πεσὼν
ἔρως ὁ Φαίδρας εἰς σὲ σιγηθήσεται.
σὺ δ', ὦ γεραιοῦ τέκνον Αἰγέως, λαβὲ
σὸν παῖδ' ἐν ἀγκάλαισι, καὶ προσέλκυσαι·
ἄκων γὰρ ὤλεσάς νιν· ἀνθρώποισι δὲ,
θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.
καὶ σοὶ παραινῶ πατέρα μὴ στυγεῖν σέθεν,
Ἱππόλυτ'· ἔχεις γὰρ μοῖραν, ᾗ διεφθάρης.
καὶ χαῖρ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾷν,
οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς·
ὁρῶ δέ σ' ἤδη τοῦδε πλησίον κακοῦ.
ΙΠ. χαίρουσα καὶ σὺ στεῖχε, παρθέν' ὀλβία·
μακρὰν δὲ λείπεις ῥᾳδίως ὁμιλίαν.
λύω δὲ νεῖκος πατρὶ, χρῃζούσης σέθεν·

δὲ αὐτὸν (οἱ Τροιζήνιοι) οὐκ ἐθέλουσι συρέντα ὑπὸ τῶν ἵππων, οὐδὲ τὸν τάφον ἀποφαίνουσιν εἰδότες, τὸν δὲ ἐν οὐρανῷ καλούμενον ἡνίοχον, τοῦτον εἶναι νομίζουσιν ἐκεῖνοι Ἱππόλυτον, τιμὴν παρὰ θεῶν ταύτην ἔχοντα. ubi plura de Hippolyto. Scholiastes noster, ἐν Τροιζῆνι ἱερόν ἐστιν Ἱππολύτου, ᾧ ἀποκείρονται αἱ μελλόνυμφοι. Similia habent Diodorus Siculus IV. 62. Lucianus, qui vocatur, de Syria Dea, Tom. III. p. 489, 53.

1425. Hunc versum crediderim ex alio dramate margini adscriptum, in textum fuisse adsumptum: certe solennibus Hippolyti honoribus parum convenit. Forsan alicubi scripserat Poeta, cum describeret fœminas comam suam in luctu funebri scindentes.

1429. Vide supra ad v. 1279.

1430. ἀγκάλαισι vulgo. Alteram vero terminationem, quam hic exhibent Lasc. A. semper, non monito lectore, dedimus. προσέλκυσον E. P. Lasc.

1435–6. Laudavit Ælianus ap. Suid. v. Φιλήμων. Respexit etiam Eustath. ad Il. II. p. 1081, 19=1107, 9. et ad Od. X. p. 1932, 12=792, 43. Hoc notat Valck. Noster Scholiastes indicat Alcest. 22. ubi Apollo, Alcestide jam vitam relictura, Ἐγὼ δὲ, μὴ μίασμά μ' ἐν δόμοις κίχῃ, Λείπω μελάθρων τῶνδε φιλτάτην στέγην. In Statii Theb. VIII. 765. Minerva, aspecto Tydeo jam moriente, *fugit aversata jacentem, Nec prius astra subit, quam mystica lampas, et insons Ilissos multa purgarat lumina lympha.* pro φθιτοὺς Cod. A. Fl. habent νεκροὺς, e glossemate, ut videtur.

1437. X. Π. 149.

1438. Male vertunt interpretes *læta et tu vade.* χαίρουσα στεῖχε est *vade et vale.* sic in Med. 756. Χαίρων πορεύου. Phœn. 921. Χαίρων ἴθ'· οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων. Alcest. 813. (829.) Soph. Trach. 819. Ἀλλ' ἑρπέτω χαίρουσα.

1439. λείποις A. E. Fl. et sic Valck. Brunck. λείπεις Lasc. Ald. rectius sane quam, quod olim amplexus eram, λείποις. X. Π. 851. habet Μακρὰν λιπόντα ῥᾳδίως ὁμιλίαν. unde conjicias invenisse eum Μακρὰν λιποῦσα ῥ. ὁ.

1440. λύσω A. qui infra 1448. cum tribus aliis Codicibus, ἀφήσεις. hoc

καὶ γὰρ πάροιθε σοῖς ἐπειθόμην λόγοις.
αἶ, αἶ· κατ' ὄσσων κιγχάνει μ' ἤδη σκότος.
λαβοῦ, πάτερ, μου, καὶ κατόρθωσον δέμας.
ΘΗ. ὤμοι, τέκνον, τί δρᾷς με τὸν δυσδαίμονα;
ΙΠ. ὄλωλα, καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας.
ΘΗ. ἦ τὴν ἐμὴν ἄναγνον ἐκλιπὼν φρένα;
ΙΠ. οὐ δῆτ', ἐπεί σε τοῦδ' ἐλευθερῶ φόνου.
ΘΗ. τί φῄς; ἀφίης αἵματός μ' ἐλεύθερον;
ΙΠ. τὴν τοξόδαμνον Ἄρτεμιν μαρτύρομαι.
ΘΗ. ὦ φίλταθ', ὡς γενναῖος ἐκφαίνει πατρί.
ΙΠ. ὦ χαῖρε καὶ σύ, χαῖρε πολλά μοι, πάτερ.
ΘΗ. ὤμοι φρενὸς σῆς εὐσεβοῦς τε κἀγαθῆς.

sumpsit Brunckius. Utrobique vero præsens tempus sententiæ melius inservit. *πατρὸς* Fl.

1442. Editiones omnes habent *κιχάνει*, sed metro plane adversante; vox enim illa primam corripit, secundam producit. Monuit Egertonus in Addendis ad suas in hanc fabulam Annotationes, Porsonum legere *κιγχάνω*; recte omnino. Eandem vocem restituit Porsonus Æschylo, Choeph. 622. Gaisfordius Nostro, Alc. 477. (493.) *Ἄδμητον ἐν δόμοισιν ἆρα κιγχάνω*; exscribens insignem locum Eustathii ad Od. E. p. 1525, 10=209, 25. qui docet formam *κιγχάνω* analogiæ consentaneam esse, utpote a *κίχω* derivatam, non secus ac *ἁνδάνω, μανθάνω, λαγχάνω* et similia, ab *ἅδω, μάθω, λάχω*. Eundem indicaverat Hermannus de Emend. Gr. Gramm. p. 59. qui tamen *κικχάνω* scribere voluit, minus recte; emendans Helen. 597. Soph. Œd. Col. 1450. Sed mihi quidem, ut verum fatear, parum arridet ista Grammaticorum ratio, quæ verba a formis obsoletis, sive fictis, deducit. Credo equidem fluxisse præsentia *θιγγάνειν, ἐρυγγάνειν, φυγγάνειν, κιγχάνειν, λαγχάνειν, τυγχάνειν, δάκνειν* (contr. ex *δαγχάνειν*,) *λαμβάνειν, μανθάνειν, ἁνδάνειν, πυνθάνεσθαι*, ab aoristis, *θιγεῖν, ἐρυγεῖν, φυγεῖν, κιχεῖν, λαχεῖν, τυχεῖν, δακεῖν, λαβεῖν, μαθεῖν, ἁδεῖν, πυθέσθαι*: scilicet litera *ν* vel *μ* inserta. In eadem fuisse opinione videtur Elmsleius (*Edinb. Rev.* Vol. II. p. 321.) qui *λαμβάνω, πείθω, βαίνω*, ab aoristis suis derivabat. Ut ad *κιγχάνω* revertar, formam agnoscit Hesychius in vocibus *κιγχάνω, κιγχάνειν, ἐκίγχανεν*, exponens per *τυγχάνω*. Corrigendus est Euripides apud Stobæum XLI. p. 240, 31. Gesn. p. 167. Grot. (Fr. 869.) *Πρὶν ἂν κατ' ὄσσων τυγχάνῃ με καὶ σκότος*. Dedit Grotius *τυγχάνῃ μέλας σκότος*. Repono *Πρὶν ἂν κατ' ὄσσων κιγχάνῃ μέλας σκότος*. In Hippolyti versu *τυγχάνει* habet Cod. Fl.

1443. Vide supra 786. 789.

1444. *οἴμοι* habet A.

1445. *νῦν* pro *δὴ* X. Π. 898. Infeliciter conjecit Valckenaerius *κ' ἤδη*. Talem sive elisionem, sive crasin, ignorarunt Attici.

1446. Diversam lectionem *χέρα* pro *φρένα* agnoscunt B. D. Fl. Conf. Ovid. Metam. VII. 850. *Neu me morte sua sceleratum deserat, oro.*

1447. *φόβου* pro *φόνου* Fl. quod si in aliis legeretur, quivis adsumendum esse in textum judicaret, ob Hec. 869. *Ἐγώ σε θήσω τοῦδ' ἐλεύθερον φόβου.* Phœn. 1072. *ὥς σ' ἀπαλλάξω φόβου.* Sed sæpe permutantur voces *φόβος* et *φόνος*. utravis locutio per se proba est, et nostri loci sententiæ satis conveniens.

1452. *εὐλαβοῦς* pro *εὐσεβοῦς* Cod. A. sed monuit Valckenaerius usum vocis *εὐλαβὴς* de pietate, quem frequentabant Sacri Scriptores, veteribus fuisse ignotum. *εὐγενοῦς τε* X. Π. 801. De constructione genitivi post *οἴμοι*, subaudita præ-

ΙΠ. τοιῶνδε παίδων γνησίων εὔχου τυχεῖν.
ΘΗ. μή νυν προδῷς με, τέκνον, ἀλλὰ καρτέρει.
ΙΠ. κεκαρτέρηται τἄμ'· ὄλωλα γάρ, πάτερ·
κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις.
ΘΗ. ὦ κλείν' Ἀθηνῶν Παλλάδος θ' ὁρίσματα,
οἵου στερήσεσθ' ἀνδρός· ὦ τλήμων ἐγώ·
ὡς πολλά, Κύπρι, σῶν κακῶν μεμνήσομαι.
ΧΟ. κοινὸν τόδ' ἄχος πᾶσι πολίταις
ἦλθεν ἀέλπτως.
πολλῶν δακρύων ἔσται πίτυλος·

positione, egerunt Koen. ad Gregor. p. 59. Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 425. Hic citat Schol. in Acharn. 209. Οἴμοι τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν· σφόδρα Ἀττικὴ ἡ φράσις· λείπει γὰρ τὸ ἕνεκα.

1454. *μὴ νῦν* prima nostra editio, quemadmodum vulgo.

1455. "*κεκαρτέρηται τἀμὰ* significat, nihil opus esse se admoneri, ut fortem se adversus dolorem præbeat, quum in fine vitæ nullus amplius ei fortitudini locus sit; *præteriit tempus, quo fortiter ferre dolorem poteram.*" Matthiæ.

1456. X. Π. 1451. Contulit Valckenaerius Hec. 432. Troad. 623. Heracl. 561. Electr. 1207. Soph. Aj. 915.

1457. *ὁρίσματα* in eodem usu adhibetur Hec. 16. Ἕως μὲν οὖν γῆς ὀρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα. ubi exponit Schol. per πύργοι, et vertit Marklandus ad Suppl. 665. *mœnia.*

1458. "*στερήσεσθ' futurum medium pass. Vid. Orest.* 440. (434.) *οἴσεται. Med.* 474. *λυπήσει.*" R. P. Notandum tironibus, quatuor esse apud Græcos formas futurorum passive significantium. Exempla rem apertam facient. Primi igitur generis esse ponamus *τιμήσομαι, στυγήσομαι, λέξομαι*: secundi, quod Paulo post Futuri nomine distinguunt Grammatici, *βεβλήσομαι, γεγράψομαι*: tertii, *βληθήσομαι, ἀπαλλαχθήσομαι*: quarti, quod apud Tragicos rarius est, *ἀπαλλαγήσομαι, φανήσομαι.* Primæ formæ, cui Futuri Medii titulum dederunt Grammatici, usus passivus Atticis maxime placuit. Vide Hemsterhusium ad Thom. Mag. p. 852. Exempla horum futurorum passive significantium, quæ inter Tragicorum lectionem enotavi, exscribam. *λέξομαι* Hec. 906. Alc. 322. (332.) Iph. T. 1047. (1016.) Soph. Œd. C. 1186. *τιμήσομαι* Fragm. Eur. Erechthei I. 54. (Fr. 353.) Soph. Antig. 210. Æsch. Ag. 581. *στερήσομαι* Eur. Electr. 308. Hipp. 1458. Soph. Electr. 1210. Antig. 890. *κηρύξομαι* Phœn. 1631. *ἁλώσομαι* Andr. 191. Soph. Œd. T. 576. Œd. C. 1065. Ant. 46. *ἐάσομαι* Iph. A. 331. (252.) *μισήσομαι* Tr. 659. Ion. 611. *στυγήσομαι* Soph. Œd. T. 672. *δηλώσομαι* Soph. Œd. C. 581. *βουλεύσομαι* Æsch. Theb. 198. *ἐνέξομαι* Orest. 516. *ἄρξομαι* Æsch. Pers. 589. *διδάξομαι* Helen. 1426. Soph. Ant. 726. *ἐπιτάξομαι* Eur. Suppl. 521. *καλοῦμαι* Soph. El. 971. *ὀνειδιοῦμαι* Œd. T. 1500. In Heracl. 334. *μνημονεύσεται χάρις* reposuit Elmsleius. Alia quædam hujusmodi in Tragicorum reliquiis deprehendet lector. Apud ceteros Atticos frequentissima sunt. vid. Pierson. ad Mœrin pp. 13. 367. Præiverat Homerus in Odyss. A. 123. Χαῖρε ξεῖνε· παρ' ἄμμι φιλήσεαι.

Ibid. "*ὦ τλήμων ἐγώ. solennis senarii clausula. Conf. Alcest.* 1068. (1087.) *Herc. F.* 550. *et hoc legendum in Aristoph. Plut.* 777. *ubi vulgo ὁ τλήμων ἐγώ.*" R. P. *τλῆμον* Lasc.

1460. *κοινὸν ἄχος* Flor.

1462. *πίτυλος.* hæc vox extat in Æsch. Theb. 856. Pers. 975. et in undecim Euripidis locis, quos monstrabit Beckii Index. Diverse explicant Grammatici. Hesychius, *πίτυλος· συστροφὴ τῆς χειρὸς, ὅταν πυκνῶς ἐπιφέρηται.* ita enim corrigunt Viri docti, pro *πικρῶς ἐπιφέρηται,* e Jul. Polluc. II. 4. Exponitur autem *impulsorum remorum strepitus,* ab Æschyli Scholiasta ad Theb.

τῶν γὰρ μεγάλων ἀξιοπενθεῖς
φῆμαι μᾶλλον κατέχουσιν. 1464

856. *πίτυλος· ἔστι κυρίως, ὁ ἀπὸ τῶν ἐρεσσομένων κωπίων γενομενος θόρυβος.* Patet ex exemplis denotare *aliquem crebrum motum;* ut in Heracl. 834. *πίτυλος δορός.* Troad. 1236. *πιτύλους διδοῦσα χειρός.* Iph. T. 307. (296.) *μανίας πίτυλον.* Herc. F. 816. *πίτυλον φόβου.*

ΤΕΛΟΣ

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ.

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

PRÆFATIO QUINTÆ EDITIONIS. (1837.)

A BIBLIOPOLA nuper certior factus, Alcestidis a me olim in publicum emissæ quatuor editiones totas jam divenditas esse, et quintam in studiosæ juventutis usum quotidie posci, precibus ejus non potui denegare, ut prelo ea denuo mandaretur.

Illud tamen prius faciendum duxi, ut libellus noster lectorum favore paullo dignior exiret. Mihi vero negotiis ab ejusmodi opere alienissimis animum deditum habenti, parum otii ad vetera studia recolenda supererat. Quod potui, feci; quod volui, non licuit.

Annis aliquot post primam nostram editionem prodiit Augusti Matthiæi in hanc Fabulam Commentarius, Codicum collationes complectens, tum eas quibus ipse usus eram, tum alias complures non ante publici juris factas, quarum haud exigua est utilitas ad loca dubia rectius constituenda. His igitur adjumentis fretus, et curis insuper Virorum doctorum usus, quas in Alcestide per viginti hos annos positas vidi, spero me effecisse ut pulcherrima hæc Fabula paullo emendatior hodie prodeat.

Inter Viros doctos, quorum censuram libellus noster subiit, non tacendus est Godofredus Hermannus, qui editioni Lipsiæ impressæ Commentarium nostrum tantum non integrum adjiciendum curavit, suis in illum animadversionibus additis: quarum tanta est acerbitas, ut Editorem potius insectari, quam Poetæ prodesse, sibi propositum habuisse videatur. In his, sicut in aliis Hermanni scriptis acumen Viri et doctrinam lubens agnosco; quin et observationibus ejus, quæ veræ et justæ essent, obsecutus sum: quæ immerito et obloquendi studio reprehensa esse viderentur, silentio prætermisi. Quidquid in me contumeliose aut inhumane dictum sit, non mea sed ipsius causa doleo. Mihi quidem, cui hæc studia jampridem interclusa sunt, nihil ejusmodi nocere potest: opusculi mei existimationi non obfuisse demonstrant multiplicatæ ejus tum in Anglia tum in aliis regionibus editiones. Virum autem tanti nominis inhumanum maledicendi morem, vetus illud harum literarum dedecus, exemplo suo comprobasse, non possum non dolere.

NOTARUM EXPLICATIO.

B.	MS. Parisiensis 2713. a Musgravio collatus.
D.	MS. Parisiensis 2818. a Musgravio collatus.
E.	MS. Parisiensis 2888. a Musgravio collatus.
Fl.	Variantes lectiones MSti Florentini ab Is. Vossio collati, quas cum Musgravio communicavit Ruhnkenius.
P.	Liber impressus in Bibliotheca Parisiensi, cum MSto collatus unde varias lectiones exscripsit Musgravius.
Fragm.	Fragmentum MS. Alcestidis in Museo Britannico.
Lasc.	Editio Princeps, continens Medeam, Hippolytum, Alcestin, et Andromacham, quæ Florentiæ, cura Jani Lascaris, anno circiter 1496, literis majusculis impressa est.
Ald.	Editio Aldi, Venetiis. anno 1503.
Herv. 1.2.3.	Tres editiones impressæ apud Joannem Hervagium, Basiliæ: quarum prima prodiit anno 1537, altera anno 1544, tertia anno 1551.
Brub.	Editio omnium rarissima, impressa Francofurti, apud Petrum Brubachium, sine anni nota; certe antiquior anno 1559.
Stibl.	Editio Gaspari Stiblini. fol. Basil. 1562.
H. Steph.	Tragœdiæ Selectæ: scil. Euripidis Hecuba, Iphigenia in Aulide, Medea, Alcestis; Sophoclis Ajax, Electra, Antigone; et Æschyli Prometheus. Excudebat Henricus Stephanus; anno 1567.
Cant.	Editio Gulielmi Canteri. Antwerp. 1571.
Port.	Editio Æmilii Porti, apud Hieron. Commelinum, Heidelbergiæ. 1598.
P. Steph.	Editio Pauli Stephani. Genevæ. 1602.
Barn.	Editio Josuæ Barnes. Cantabrigiæ. 1694. repetita a Beckio. Lipsiæ. 1778.
Musgr.	Editio Samuelis Musgrave. Oxonii. 1778.
Kuinoel.	Alcestis: edidit Christianus Theoph. Kuinoel. Lipsiæ. 1789.
Wakef.	Alcestis: in Tragœdiarum Delectu, quem edidit Gilbertus Wakefield. Londini. 1794.
Wagn.	Alcestis: edidit Gottlob. Adolph. Wagner. Lipsiæ. 1800.
Gaisford.	Alcestis: cum variis lectionibus in usum Scholæ Regiæ Westmonasteriensis. Oxonii. 1806.
Matth.	Euripidis Tragœdiæ et Fragmenta, edente Augusto Matthiæ, Tomus primus, continens quinque priores fabulas, prodiit Lipsiæ. 1813.
Schol.	Scholia in Septem Euripidis Tragœdias ex antiquis exemplaribus ab Arsenio Archiepiscopo Monembasiæ collecta. Venetiis. 1534.
Markl.	Jer. Marklandi Emendationes quædam MStæ a Viro doctissimo Car. Burneio cum editore communicatæ.
Tyrw.	Th. Tyrwhitti Emendationes MStæ in Museo Britannico conservatæ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἀπόλλων ᾐτήσατο παρὰ τῶν Μοιρῶν, ὅπως ὁ Ἄδμητος, τελευτᾶν μέλλων, παράσχῃ τινὰ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ τεθνηξόμενον, ἵνα ἴσον τῷ προτέρῳ χρόνῳ ζήσῃ· καὶ Ἄλκηστις ἡ γυνὴ ἐπέδωκεν ἑαυτήν, μηδετέρου τῶν γονέων ἐθελήσαντος ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἀποθανεῖν. μετ' οὐ πολὺ δέ, τῆς συμφορᾶς ταύτης γενομένης, Ἡρακλῆς παραγενόμενος, καὶ μαθὼν παρά τινος θεράποντος τὰ περὶ τὴν Ἄλκηστιν, ἐπορεύθη ἐπὶ τὸν τάφον· καὶ τὸν Θάνατον ἀποστῆναι ποιήσας, ἐσθῆτι καλύπτει τὴν γυναῖκα· τὸν δὲ Ἄδμητον ἠξίου λαβόντα τηρεῖν· εἰληφέναι δὲ αὐτὴν πάλης ἆθλον ἔλεγε· μὴ βουλομένου δὲ ἐκείνου, ἀποκαλύψας ἔδειξεν ἣν ἐπένθει.

Ἄλλως. Ἄλκηστις ἡ Πελίου θυγάτηρ, ὑπομείνασα ὑπὲρ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς τελευτῆσαι, Ἡρακλέους ἐπιδημήσαντος ἐν τῇ Θετταλίᾳ διασώζεται, βιασαμένου τοὺς χθονίους θεοὺς καὶ ἀφελομένου τὴν γυναῖκα. παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιΐα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Φεραῖς, μιᾷ πόλει τῆς Θετταλίας· ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐκ τινῶν πρεσβυτῶν ἐντοπίων, οἳ καὶ παραγίγνονται συμπαθήσοντες ταῖς Ἀλκήστιδος συμφοραῖς. Προλογίζει δὲ Ἀπόλλων.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

ΘΑΝΑΤΟΣ.

ΧΟΡΟΣ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ΕΥΜΗΛΟΣ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ΦΕΡΗΣ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ὦ ΔΩΜΑΤ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν·
Ζεὺς γὰρ, κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν, αἴτιος,
Ἀσκληπιὸν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα·
οὗ δὴ χολωθεὶς, τέκτονας δίου πυρὸς

v. 1, 2. Ἀδμήτοι' Lascaris. Ἀδμήτεια Athenagoras, qui hoc distichon citat in Legat. pro Christian. p. 25. ed. HSt. indicante Barnesio. ἔτλην est *sustinui*, ut infra v. 589. verum de varia significatione verborum τολμᾶν et τλῆναι dicturus sum ad v. 285. Conferenda sunt initia Andromachæ et Electræ, ubi idem genus est compellationis ad quam in sequentibus non amplius respicitur: hoc observavit Seidlerus ad Electr. 1. Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος, Ἰνάχου ῥοαὶ, Ὅθεν ποτ', ἄρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρην, Εἰς γῆν ἔπλευσε Τρῳάδ' Ἀγαμέμνων ἄναξ. Androm. 1. Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις, Ὅθεν ποθ', ἕδνων ξὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ, Πριάμου τύραννον ἑστίαν ἀφικόμην. Profecto haud infrequens est hujusmodi sive compellatio sive exclamatio: conf. Hippol. 752. (749.) Ὦ λευκόπτερε Κρησία Πορθμὶς, ἃ διὰ πόντιον Κῦμ' ἀλίκτυπον ἅλμας, Ἐπόρευσας ἐμὰν ἄνασσαν. 1126. (1124.) Ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς, Δρυμὸς τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν Ὠκυπόδων μέτα θῆρας ἔναιρεν, Δίκτυνναν ἀμφὶ σεμνάν. Soph. Electr. 201.

2. Dixit Euripides θῆσσαν τράπεζαν, ut in Electr. 204. θῆσσαν ἑστίαν, pro θητικὴν vel μισθωτικήν. Photius et Suidas, huc respicientes, exponunt θῆσσαν· μισθωτικὴν, ἢ εὐτελῆ, ἢ δουλικὴν τροφήν. Hesychius θῆσσαν· δουλικήν. Monet Scholiastes Apollonii Rhod. 1. 193. velut a Κρῆς, Κρῆσσα, ita a θῆς, θῆσσα formari. De αἰνεῖν significante *to assent to, acquiesce in*, quædam notavimus ad Hippol. 37. Exempla videas in hac fabula vv. 12. 541. Orest. 786. Med. 1157. Suppl. 388. Electr. 1247. Æsch. Pers. 642. Eumen. 469. αἰνέσαι· εὐαρεστῆσαι, καταδέξασθαι Schol. Vid. Jacobs. Animadv. p. 27. θῆσαν Lasc. et Phot. Lex.

3. Hanc rem iterum respicit v. 127. Δμαθέντας γὰρ ἀνίστη, Πρὶν αὐτὸν εἷλε διόβολον Πλᾶκτρον πυρὸς κεραυνίου. Virgil. Æn. VII. 770. de Hippolyto luci reddito—*Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ, Ipse repertorem medicinæ talis et artis Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit in undas.* Historias, quas de Æsculapio tradiderunt veteres, fuse recenset Heynius Observ. ad Apollodorum p. 276. seq. Hunc et sequentem versum laudat Clemens Alexandrinus p. 18. D.

5. Similis est ellipsis in Orest. 751. ἴσως σοι θυγατέρος θυμούμενος. Herc. Fur. 528. 1112. Homer. Il. Α. 429. Χωόμενον κατὰ θυμὸν ἐϋζώνοιο γυναικός. Π. 320. κασιγνήτοιο χολωθείς. Φ. 457.

κτείνω Κύκλωπας· καί με θητεύειν πατὴρ
θνητῷ παρ' ἀνδρὶ, τῶνδ' ἄποιν', ἠνάγκασεν.
ἐλθὼν δὲ γαῖαν τήνδ', ἐβουφόρβουν ξένῳ,
καὶ τόνδ' ἔσωζον οἶκον εἰς τόδ' ἡμέρας.
ὁσίου γὰρ ἀνδρὸς ὅσιος ὢν ἐτύγχανον,
παιδὸς Φέρητος, ὃν θανεῖν ἐῤῥυσάμην,
Μοίρας δολώσας· ἤνεσαν δέ μοι θεαὶ,
Ἄδμητον Ἀΐδην τὸν παραυτίκ' ἐκφυγεῖν,
ἄλλον διαλλάξαντα τοῖς κάτω νεκρόν.

Μισθοῦ χωόμενοι, τὸν ὑποστὰς οὐκ ἐτέλεσσε. Cyclopum descriptionem videas apud Hesiod. Theog. 139. Virg. Æn. VIII. 424.

6. θητεύειν· Phot. [ἐπὶ] μισθῷ ἐργάζεσθαι. Pariter Hesychius, Suidas, et Scholiastes Homeri Il. Φ. 443. ubi Neptunus ait, ὅτ' ἀγήνορι Λαομέδοντι Πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν Μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ: Verbum occurrit in Hom. Odyss. Λ. 488. Σ. 356. Nostri Cycl. 77. Soph. Œdip. Tyr. 1029. Ποιμὴν γὰρ ἦσθα, κἀπὶ θητείᾳ πλάνης; Huc respexit Strabo X. p. 687. Ἀδμήτου δ' ἵδρυμα λέγεται τὸ ἱερὸν, παρ' ᾧ θητεῦσαι λέγουσι τὸν θεὸν αὐτῷ, πλησίον τοῦ πορθμοῦ. hoc indicavit Wakefieldius. Kuinoel. affert Orph. Arg. 174. Panyasis apud Clem. Alexandr. p. 22. D. Τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις, Τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητεύσεμεν εἰς ἐνιαυτόν. ubi corrigendum θητευέμεν. Imitatur Homerum Il. E. 385.

7. τῶνδ' ἄποινα accusativus est disjunctus et seorsim accipiendus, qualis infra v. 363. ψυχρὰν μὲν—τέρψιν. Hujusmodi constructionis, in qua ipsam, quæ præcedit, sententiam respicit accusativus, exempla sint Orest. 1105. Ἑλένην κτάνωμεν, Μενελέῳ λύπην πικράν. Phœn. 341. Androm. 292. Herc. F. 59. 355. 427. Electr. 231. ubi distinguendum, Εὐδαιμονοίης· μισθὸν ἡδίστων λόγων. 1232. 1260. Ἁλιῤῥόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης, Μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων, Πόντου κρέοντος παῖδ'. In Soph. Œd. T. 720. recte legitur in Aldina Κἀνταῦθ' Ἀπόλλων οὔτ' ἐκεῖνον ἤνυσε Φονέα γενέσθαι πατρὸς, οὔτε Λαΐον, Τὸ δεινὸν οὑφοβεῖτο, πρὸς παιδὸς θανεῖν.

8. Ἐλθὼν δ' ἐς αἶαν Athenagoras, qui vv. 7. 8. citavit in Legat. p. 25. et hoc sine causa prætulit Wakefield. Præpositio post verba motum significantia passim supprimitur. Infra v. 589. μηλονόμας fuisse dicitur Apollo.

9. Eadem phrasis Phœn. 1085. Ζῇ σοι ξυνωρὶς εἰς τόδ' ἡμέρας τέκνων. Hipp. 1003. (1007.) Λέχους γὰρ εἰς τόδ' ἡμέρας ἁγνὸν δέμας.

10. Ita Musgravius e MSS. et Lasc. Aldus. ἐτύγχανε.

11. ἐρυσάμην Lasc. Usitatior structura esset, ὃν ἐῤῥυσάμην μὴ θανεῖν, ut in Orest. 599. Εἰ μὴ κελεύσας ῥύσεταί με μὴ θανεῖν. Electr. 540. αὐτὸν ἐξέκλεψα μὴ θανεῖν. Omittitur tamen particula in Nostri Phœn. 600. Κομπὸς εἶ, σπονδαῖς πεποιθὼς, αἵ σε σώζουσιν θανεῖν. Simile est, quod post verba prohibendi et negandi particulam, quæ plerumque exprimitur, nonnunquam omiserunt veteres: Androm. 44. ἤν με κωλύσῃ θανεῖν. Herc. F. 317. Θανεῖν ἐρύκει μ'. Vid. Hermann. ad Viger. p. 777. § 271.

12. Infra v. 33. Μοίρας δολίῳ Σφήλαντι τέχνῃ; Quibus autem artibus Parcas deceperit Apollo, discas ex Æschylo Eumen. 727. modo recte legatur is locus: Chorus scilicet Admeti fata proferens, ita Deum incusat: Σύ τοι, παλαιὰς δαίμονας καταφθίσας Οἴνῳ, παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς. De significatione v. ἤνεσαν, vid. supra v. 2.

13. ᾅδην Ald. et edd. præter Lasc. qui Ἀιδην et παρ' αὐτίκ'. Ἀΐδην τὸν παραυτίκα, *instantem mortem*: in qua locutione nihil est quod reprehendas; Ἀΐδης enim simpliciter pro *morte* dictum est in Hippol. 1047. (1050.) Ταχὺς γὰρ Ἀΐδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ. 1366. (1363.) Προὔπτον ἐς Ἀΐδην στείχω κατὰ γῆς. Soph. Œd. C. 1439. Æsch. Agam. 667. Ἀΐδην πόντιον πεφευγότες.

πάντας δ' ἐλέγξας καὶ διεξελθὼν φίλους,
πατέρα, γεραιάν θ', ἥ σφ' ἔτικτε, μητέρα,
οὐχ εὗρε, πλὴν γυναικὸς, ἥτις ἤθελεν
θανεῖν πρὸ κείνου, μηδ' ἔτ' εἰσορᾷν φάος·
ἣ νῦν κατ' οἴκους ἐν χεροῖν βαστάζεται
ψυχοῤῥαγοῦσα. τῇδε γάρ σφ' ἐν ἡμέρᾳ
θανεῖν πέπρωται, καὶ μεταστῆναι βίου.
ἐγὼ δὲ, μὴ μίασμά μ' ἐν δόμοις κίχῃ,
λείπω μελάθρων τῶνδε φιλτάτην στέγην.
ἤδη δὲ τόνδε Θάνατον εἰσορῶ πέλας,
ἱερῆ θανόντων, ὅς νιν εἰς Ἅιδου δόμους
μέλλει κατάξειν· ξυμμέτρως δ' ἀφίκετο,
φρουρῶν τόδ' ἦμαρ ᾧ θανεῖν αὐτὴν χρεών.

16. Fortasse legendum *Πατέρα τε, γραῖάν θ', ἥ σφ' ἔ. μ.* Nec tamen mutatio necessaria est: mediam enim copulam interdum supprimi monet Porsonus ad Med. (750.) Ceterum Clymene mater erat Admeti, juxta Scholiasten; Periclymenen vocat Hyginus Fab. 14.

17, 18. Vulgo legitur *ἥτις ἤθελε θανεῖν πρὸ κείνου, μηκέτ' εἰσορᾷν φάος.* quod cum vix ferendum esset, conjecere Barnesius et Musgravius *μηδ' ἔτ' εἰσορᾷν φάος*. Constructionem expedire conatur Heathius, intelligendo *ὥστε* ante *εἰσορᾷν*. Ego Reiskii emendationem, *ὅστις ἤθελε θανὼν πρὸ κείνου, μηκέτ'*, probantibus viris doctis, olim in textum intuli: idem fecerat Wakefieldius: et cum semel *ὃν* ob præcedentem vocem *γυναικὸς* omissum erat, cetera a male sedulo librario facile poterant mutari. Pariter emendavit Marklandus in margine exemplaris Ed. Steph. Sed cum Codex Havniensis apud Matthiæ. habeat *μηδ' ἔτ'*, quod sententiæ satisfacit, sic edendum judicavi: nec aliter Hermannus.

20. *ψυχοῤῥαγοῦσα*, Latine *animam agens*. *ψυχοῤῥαγεῖ* quod occurrit infra v. 144. ab Hesychio exponitur per *ἀποθνήσκει*. Apoll. Rhod. II. 835. *Τὸν δ' ἕταροι ἐπὶ νῆα φέρον ψυχοῤῥαγέοντα.* ubi Schol. *ψυχ. ἀποψυχοῦντα.* Legitur *ψυχοῤῥαγοῦντα* etiam in Herc. F. 324. Plutarch. T. II. p. 337. et adjectivum *ψυχοῤῥαγὴς* in Iph. T. 1466. (1433.) Verbum est ejusdem formæ *στημοῤῥαγεῖν* in Æsch. Pers. 836.

22. Laudat Scholiastes ad Hipp. 1435. ubi Diana—*ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾷν, Οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.* videas ibi notata. Editores ante Gaisfordium male exhibent *κιχῇ*. *κίχῃ* est subjunctivus aoristi *ἔκιχον*, cui præsens *κιγχάνω*; vide infra v. 493. verbum autem *κιχέω* nullum est.

23. *μελάθρων τήνδε φιλτάτην στέγην* Lasc. Ald. et edd. ante Musgravium, qui reposuit *τῶνδε* ex MSS. B. D. et Schol. ad Hippolytum l. c. et sic Marklandus emendabat. Eadem est varietas infra v. 554. *τῶνδε φιλτάτων* Fl.

25. In prioribus editionibus scripseram, monente Elmsleio, *ἱερέα*, ut duæ ultimæ syllabæ in unam coalescerent, quod in accusativis ejusdem formæ *Μενοικέα, Τυδέα, Πηλέα* et similibus non raro factum est. Videas nos ad Hippol. 1153. (1148.) ubi quædam de prosodia harum terminationum scripta sunt, et citatis addas Andr. 2. Bacch. 1070. Herc. F. 619. Soph. Aj. 104. Sed in omnibus his exemplis contractio post longam syllabam facta est. Vulgatam igitur formam accusativi *ἱερῆ* reduximus. Quare autem *Θάνατος* dicatur *ἱερεὺς θανόντων* patebit ex v. 74.

26. *σύμμετρος* est *congruens*, vel, *congruente intervallo*, ut in Æsch. Choeph. 609. Soph. Œd. T. 84. 1113. Recte igitur Schol. *συμμέτρως, εὐκαίρως.* Virg. Æn. IX. 107. *Ergo aderat promissa dies, et tempora Parcæ Debita complerant.*

ΘΑΝΑΤΟΣ.

ἆ, ἆ, ἆ, ἆ.
τι σὺ πρὸς μελάθροις; τί σὺ τῇδε πολεῖς,
Φοῖβ'; ἀδικεῖς αὖ, τιμὰς ἐνέρων
ἀφοριζόμενος, καὶ καταπαύων;
οὐκ ἤρκεσέ σοι μόρον Ἀδμήτου
διακωλῦσαι, Μοίρας δολίῳ
σφήλαντι τέχνῃ; νῦν δ' ἐπὶ τῇδ' αὖ
χέρα τοξήρη φρουρεῖς ὁπλίσας,
ἣ τόθ' ὑπέστη, πόσιν ἐκλύσασ',
αὐτὴ προθανεῖν Πελίου παῖς;

ΑΠ. θάρσει· δίκην τε, καὶ λόγους κεδνοὺς ἔχω.
ΘΑ. τί δῆτα τόξων ἔργον, εἰ δίκην ἔχεις;

28. In Aldina et aliis veteribus edd. præter Lasc. persona, quæ nunc scenam ingreditur, appellatur *Χάρων*. In margine editionis Brubachianæ corrigitur *Θάνατος*. Macrobius vero in Saturnal. v. 19. a Barnesio citatus, Latine vertit *Orcus*.

29. Reiskius legere voluit mediam formam *πολεῖ*. Sed *πολεῖν* est *versari, frequentare*, Orest. 1269. *τίς ὅδ' ἄρ' ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ σὸν ἀγρότας ἀνήρ*; Æsch. Pers. 307. quod notavit Wakef. adde Iph. T. 1455. (1422.) *περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα*. Rhes. 773. Soph. Œd. T. 1254.

30. Docuit Valckenaerius ad Hipp. 107. partes, quas singuli Dii in mundo administrando sortiti essent, vocari *τιμάς*: et hæc quidem explicatio nostro versui conveniet: verteremus Angli, *attributes, prerogatives*. Citavit ille v. 53. *τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δόκει*. Æsch. Eum. 419. *Τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα—Βροτοκτονοῦντας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν*. Addas Eur. Electr. 993. Phrases *τιμὰς καταλύειν, ἀφανίζειν* illustrat Bastius Epist. Crit. p. 172.

31. Interrogationis notam addidi.—Hermannus interpretatur *ἀφοριζόμενος determinans, limitibus circumscribens*.

32. Heracl. 953. *Κοὐκ ἤρκεσέν σοι ταῦτα τολμῆσαι μόνον*.

34. Vid. supra ad v. 12. Aliquando suspicabar legendum *Σφήλαντα*, ut constructionem eandem haberes ac in Med. 814. *σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν Τάδ' ἐστί, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγώ, κακῶς*. Soph. Electr. 479. *Ὕπεστί μοι θράσος Ἀδυπνόων κλύουσαν Ἀρτίως ὀνειράτων*. Deinde *νῦν δ' ἐπὶ τῇδ' αὖ* Lasc. et MSS. *νῦν δὲ τί* Ald. quod vitium editionibus ad Musgravii tempora insedit.

36. Vulgo *ἣ τόδ' ὑπέστη*. Corrigit Elmsleius *τόθ'*, quod sine ulla dubitatione amplexus sum. vid. infr. v. 542. *Ὑπέστη* cum infinitivo construitur, ut Herc. F. 706. *Ἐφ' οἷς ὑπέστητ' αὐτεπάγγελτοι θανεῖν*. Iph. A. 360. (281.) Hesychius, *ὑπέστη· ὑπέσχετο*.

37. *αὐτὴν* Ald. *αὐτή*, quod conjecerant Canterus, Scaligerus, et Reiskius, edidit Musgravius ex MSS. B. D. et Lasc. Spiritum mutavit Wakefieldius. Exempla autem nominis relativum suum in eodem casu sequentis dedi ad Soph. El. 160. in Museo Critico Tom. I. p. 71. Aptissima sunt Hec. 777. Hipp. 100. *Τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις*. Troad. 1134.

39. Interpretes ad verbum reddunt, *Quid igitur arcu opus est?* Angl. *What business then has your bow?* Notent tirones *ἔργον* pari modo adhibitum, Hipp. 911. (915.) *σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς*. Andr. 551. *οὐ γάρ, ὡς ἔοικέ μοι, Σχολῆς τόδ' ἔργον*. Iph. A. 1344. (1230) *οὐ σεμνότητος ἔργον*. et alibi.

ΑΠ. ξύνηθες ἀεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί.
ΘΑ. καὶ τοῖσδέ γ' οἴκοις ἐκδίκως προσωφελεῖν.
ΑΠ. φίλου γὰρ ἀνδρὸς ξυμφοραῖς βαρύνομαι.
ΘΑ. καὶ νοσφιεῖς με τοῦδε δευτέρου νεκροῦ;
ΑΠ. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνον πρὸς βίαν σ' ἀφειλόμην.
ΘΑ. πῶς οὖν ὑπὲρ γῆς ἐστι, κοὐ χθονὸς κάτω;
ΑΠ. δάμαρτ' ἀμείψας, ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα.
ΘΑ. κἀπάξομαί γε νερτέραν ὑπὸ χθόνα.
ΑΠ. λαβὼν ἴθ'· οὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμί σε.
ΘΑ. κτείνειν ὃν ἂν χρῇ; τοῦτο γὰρ τετάγμεθα.
ΑΠ. οὔκ. ἀλλὰ τοῖς μέλλουσι θάνατον ἐμβαλεῖν.

40. Cuivis in memoriam veniet Apollo apud Hor. Carm. III. iv. 60. *Nunquam humero positurus arcum.*

41. Interrogationem, quam omnes habent editiones, sustuli. Optime explicat Elmsleius ad Heracl. 683. supplendo ex præcedente versu, *ξύνηθές ἐστί σοι*, ipsius notam adeas. *γε* autem valet *yes!* quam vim persæpe obtinet particula in hujusmodi dialogis: vide infra vv. 47. 62. 150. 202. 384. 1119.

45. Aldus *κατὰ χθονὸς*, quod est etiam inf. 75. 164. Dedit Musgravius *κάτω χθονός*; e Lasc. E. P. *χθονὸς κάτω* habent B. D. Fl. sequentibus Matthiæo et Hermanno; et ita quidem citaverat Valckenaerius ad Phœn. 1327. qui formulam *ἥκειν μέτα* in v. seq. illustrat, collatis vv. 66. 499.—Observat Hermannus in nostro versu fortius esse *κάτω* quam *κατὰ*, magis rhetoricum *χθονὸς κάτω* quam *κάτω χθονὸς*, prægresso *ὑπὲρ γῆς*.

47. Herc. F. 335. *Ἥξω πρὸς ὑμᾶς, νερτέρᾳ δώσων χθονί.*

48. Ita Lasc. Ald. et MSS. Dixit quidem Noster Med. 941. *Οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι.* sed ibi mutavit Porsonus *Οὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ π.* Certum equidem habeo, veteres particulam *ἂν* neque cum præsenti neque perfecto indicativo conjunxisse: et olim legendum conjiciebam *Οὐκ οἶδά γ' εἰ π. σ.* ut dudum emendarat Marklandus. Hodie vero retinendum puto vulgatum et hic et in Medea, et construendum, *Οὐ γὰρ οἶδα εἰ πείσαιμι ἂν σε*, quod, utcunque durum, defendere videtur locus Aristoph. Av. 1017. ab Elmsleio, in hanc opinionem firmandam, citatus: *ὡς οὐκ οἶδ' ἄρ', εἰ Φθαίης ἄν.* Consulas ipsius egregiam Annotationem in Medeæ versum Mus. Crit. Tom. II. p. 30. Quæ sequuntur, verba sunt Blomfieldii, cui legendum videtur *οὐ γὰρ οἶδά γ' εἰ π. σ.* "Negat Porsonus in Append. ad Toup. p. 462. particulam *ἂν* cum præsenti indicativo recte construi. Eum non spectasse loca in quibus *ἂν*, sic posita, *fortasse* significet, contendit Erfurdtius ad Soph. Œd. T. 573. qui laudat Hermann. ad Viger. p. 785. Loca quæ ibi protulit Hermannus, hæc sunt; Philoct. 290. ubi *ἂν* non cum præsenti, sed cum imperfecto construitur. Arist. Lysistr. 510. *ἠκούσαμεν ἄν*, et similia. Pac. 640. *ἔσειον ἄν*, et similia; ut clare pateat, non Porsonum, sed ipsum Erfurdtium exempla neglexisse." Wakefieldii lectio, ab ipso elegans, facilis, et probabilis vocata, fœdum solœcismum Euripidi imputat; *οὐ γὰρ οἶδ', ἂν ἐκπείσαιμί σε, nescio enim an tibi persuadere possim.* Is vero non male fecisset, si forte interpunxisset *οὐ γὰρ, οἶδ', ἂν ἐκπείσαιμί σε.*

49. Vulgo scribitur *ὃν ἂν χρῇ*, quod solœcum est. Subjunctivum reposuerunt Schaefer. et Matthiæ. Deinde plena esset sententia, *τετάγμεθα γὰρ ποιεῖν τοῦτο.*

50. *τοῖς μέλλουσι* scil. *θνήσκειν, moribundis.* Scholiastes *τοῖς γεγηρακόσι.* Eodem modo adhibetur participium inf. v. 543. *Τέθνηχ' ὁ μέλλων.* Apollo ipsum *Θάνατον* hortatur ad injiciendam senibus *mortem:* simile est, quod in Herc. F. 865. *Λύσσα* inquit; *ὁ δὲ κανὼν οὐκ εἴσεται Παῖδας, οὓς ἔτικτ', ἐναίρων, πρὶν ἂν ἐμὰς λύσσας ἀφῇ.* sic enim scribendum puto pro *ἐμᾶς.* Conferas etiam

ΘΑ. ἔχω λόγον γε, καὶ προθυμίαν σέθεν.
ΑΠ. ἔστ᾽ οὖν ὅπως Ἄλκηστις εἰς γῆρας μόλοι;
ΘΑ. οὐκ ἔστι· τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δόκει.
ΑΠ. οὔτοι πλέον γ᾽ ἂν ἢ μίαν ψυχὴν λάβοις.
ΘΑ. νέων φθινόντων, μεῖζον ἄρνυμαι κλέος.
ΑΠ. κἂν γραῦς ὄληται, πλουσίως ταφήσεται.
ΘΑ. πρὸς τῶν ἐχόντων, Φοῖβε, τὸν νόμον τίθης.
ΑΠ. πῶς εἶπας; ἀλλ᾽ ἦ καὶ σοφὸς λέληθας ὤν;
ΘΑ. ὠνοῖντ᾽ ἂν, οἷς πάρεστι, γηραιοὺς θανεῖν.
ΑΠ. οὔκουν δοκεῖ σοι τήνδε μοι δοῦναι χάριν;
ΘΑ. οὐ δῆτ᾽· ἐπίστασαι δὲ τοὺς ἐμοὺς τρόπους.
ΑΠ. ἐχθρούς γε θνητοῖς, καὶ θεοῖς στυγουμένους.
ΘΑ. οὐκ ἂν δύναιο πάντ᾽ ἔχειν, ἃ μή σε δεῖ.
ΑΠ. ἦ μὴν σὺ παύσει, καίπερ ὠμὸς ὢν ἄγαν·

Miltonum Parad. Amiss. x. 269. Quin et Homerus Il. E. 859. ὁ δ᾽ ἔβραχη χάλκεος Ἄρης, Ὅσσον τ᾽ ἐννεάχιλοι ἐπίαχον, ἢ δεκάχιλοι Ἀνέρες ἐν πολέμῳ ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος. Hæc loca indicavit Vir doctissimus et amicissimus Jacobus Tate.

51. Sic vulgo; λόγον δὴ B. D. Fl. Mallem λόγον τε. Notent tirones usum verbi ἔχω, in Lexicis, ni fallor, omissum. Valet *intelligo*—ut in Orest. 749. τοῦτο πάντ᾽ ἔχω μαθών. 1120. Ἔχω τοσοῦτον, τἄπίλοιπα δ᾽ οὐκ ἔχω. Hipp. 1436. (1434.) Aliud significat λόγους ἔχω supr. v. 38. aliud ἔχω προθυμίαν inf. v. 1126.

53. Quid hic valeat τιμαί, monstratum est in nota ad v. 30.

55. γέρας pro κλέος Fl. et alii Codd. præferente Hermanno, qui opinatur γέρας secundæ recensionis esse. Matthiæus monet γέρας magis convenire sequenti versui, κλέος autem versui 57.

56. ὀλύται Lasc.

57. οἱ ἔχοντες (subaudi χρήματα) *divites*. Exempla hujus ellipseos congessere Kusterus ad Arist. Plut. 596. (Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας) et alii. Eur. Suppl. 240. Οἱ δ᾽ οὐκ ἔχοντες, καὶ σπανίζοντες βίου—Εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ᾽ ἀφιᾶσιν κακά. Fragm. Dan. ap. Stobæum Tit. LXIV. p. 261. Grot. (Fr. 318.) Arist. Eq. 1295. Addas Phœn. 405. Κακὸν τὸ μὴ ᾽χειν. Herc. F. 636. et ita accipiendum arbitror Soph. Aj. 157. Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ᾽ ὁ φθόνος ἕρπει. Curius apud Cicer. Ep. Fam. VII. 29. *At illa nostra prædicatio quanti est, nos, quod simus, quod* HABEAMUS, *quod homines existimemur, id omne a te habere.* Ceterum Atticus est usus præpositionis πρὸς, *e re alicujus.* Soph. Œd. T. 1434. πρὸς σοῦ γὰρ, οὐδ᾽ ἐμοῦ, φράσω. ubi citat Brunckius Trach. 479. Arist. Vesp. 647. Plura invenientur apud Hemsterh. ad Lucian. I. p. 254. Koen. ad Gregor. Cor. p. 44. et scriptores ibi advocatos.

58. Hunc et sequentem versum ita interpretatus est Buchananus; *Quid! tu sophistes, insciis nobis, eras!—Res ampla quibus est, redimerent mortis moras.*

59. ὠνοῖντ᾽ recte Lascaris. Aldus et sequentes editores mendose ὤνοιντ᾽ ἂν, quod nonnulli per negligentiam vertunt quasi esset ὄναιντ᾽ ἄν. Corrigendum vidit Æmilius Portus.—Ceterum nescio annon rectius scriberetur γηραιοί.

64. ἦ μὴν *nihilominus.* ἀλλ᾽ ὅμως Hesych. et alii Grammatici. Vid. Blomf. Gloss. ad Æsch. Prom. 174. Simillimus est harum particularum usus in ista fabula v. 908. Ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς, καίπερ αὐθάδη φρονῶν Ἔσται ταπεινός· τοῖον ἐξαρτύεται Γάμον γαμεῖν.

τοῖος Φέρητος εἶσι πρὸς δόμους ἀνὴρ,
Εὐρυσθέως πέμψαντος ἵππειον μέτα
ὄχημα Θρῄκης ἐκ τόπων δυσχειμέρων,
ὃς δὴ, ξενωθεὶς τοῖσδ' ἐν Ἀδμήτου δόμοις,
βίᾳ γυναῖκα τήνδε σ' ἐξαιρήσεται·
κοὔθ' ἡ παρ' ἡμῶν σοι γενήσεται χάρις,
δράσεις θ' ὁμοίως ταῦτ', ἀπεχθήσει τ' ἐμοί.
ΘΑ. πόλλ' ἂν σὺ λέξας οὐδὲν ἂν πλέον λάβοις.
ἥδ' οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς Ἅιδου δόμους·
στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει·
ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα.

66. *ἵππειον* omnes: in Hipp. 1355. (1352.) legitur *ὄχημ' ἵππειον*, postulante metro: alteram tamen formam *ἵππιος* apud nostrum frequentiorem esse, notavimus ad Hipp. 307. Videas Elmsleium ad Heracl. 845. Profecto legerem *ἵππιον*, si modo constaret Tragicos in quinta sede versiculi, qualis est noster, iambum spondeo prætulisse. Ceterum constructio quæ nonnullos fefellit, est, *Εὐρυσθέως πέμψαντος* [*αὐτὸν*] *μετὰ ἵππειον ὄχημα* [*ἄξοντα*] *ἐκ τόπων δυσχειμέρων Θρῄκης*. Nescio an monendi sint tirones *ἵππειον ὄχημα*, ut et *τέτρωρον ἅρμα* infra v. 499. ipsos equos significare.

67. Lasc. *Θρῄκης*, et in seq. *οὐ δή*. Flor. *εἰς τόπων*.

71. *ἀπεχθήσει δ'* habet Codex apud Matthiæ.

72. Legendum opinatur Wakefieldius *Πόλλ' ἂν σὺ λήξαις*, *si multa diceres*: sed Græcos nunquam ita locutos esse vel pueri norunt. Eandem habes constructionem infra v. 506. *Τί δ' ἂν κρατήσας δεσπότην πλέον λάβοις*; Iph. T. 496. (477.) *Τί δ' ἂν μαθοῦσα τόδε πλέον λάβοις, γύναι*; tantum in nostro loco geminatur *ἄν*. *πλέον λαμβάνειν*, *proficere*. Similes phrases *πλέον ἐργάζεσθαι*, *πλέον πράσσειν*, notavimus ad Hippol. 284.

73. *ἥδ' οὖν* Lascaris. *ἡ δ' οὖν* ceteri. *ἥ γ' οὖν* mallet Blomfieldius.—*οὖν* hic valet *ut antea dixi*, notante Matthiæo.

74. *κατάρχεσθαι τοῦ ἱερείου*, vel simpliciter *κατάρχεσθαι*, erat *auspicari sacra*, quod apud veteres Græcos fiebat, abscindendo pilos a fronte victimæ, "quos postea, tanquam prima libamina, igni in ara accenso imponebant." Verbis utor Kusteri ad Arist. Av. 960. qui optime hunc morem illustrat, advocatis Hesychio *κατάρξασθαι τοῦ ἱερείου*, *τῶν τριχῶν ἀποσπάσαι*. Nostri El. 810. *ἐκ κανοῦ δ' ἑλὼν Αἴγισθος ὀρθὴν σφαγίδα, μοσχίαν τρίχα Τεμὼν, ἐφ' ἁγνὸν πῦρ ἔθηκε δεξιᾷ*. Virg. Æn. VI. 243. *Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris, libamina prima.* Æn. IV. 698. *Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.* ubi nostrum locum respicere videtur Poeta, eundem ritum sacrificii Proserpinæ transferens, quem apud Euripidem occupat *Θάνατος*. Ita quoque Hor. Carm. I. xxviii. 19. *nullum Sæva caput Proserpina fugit.* Locum Virgilii cum nostro contulerat Macrobius Saturnal. V. 19. *in hac fabula in scenam Orcus inducitur gladium gestans, quo crinem abscindat Alcestidis.* Vid. Turn. Advers. XIX. 17. Valck. ad Phœn. 573. (576.) (*Πῶς δ' αὖ κατάρξει θυμάτων, ἑλὼν πόλιν*;) In Iph. T. 40. (39.) inquit Iphigenia, *Κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει.* eadem v. 622. (601.) interroganti Oresti, *Αὐτὴ ξίφει θύουσα, θῆλυς ἄρσενας*; respondet, *Οὔκ, ἀλλὰ χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι.*

75. *ἱερὸς* cum genitivo construitur, ut in Arist. Plut. 937. *Μὴ δῆθ', ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι.* Sic Cicero in Verr. II. 18. *quæ ex opinione hominum illa insula eorum Deorum sacra putatur.*

76. Ita unus Codex E. Ceteri, cum

ΧΟΡΟΣ.

ΗΜΙΧ. α'. τί ποθ' ἡσυχία πρόσθεν μελάθρων;
τί σεσίγηται δόμος Ἀδμήτου;
ΗΜΙΧ. β'. ἀλλ' οὐδὲ φίλων [τις] πέλας οὐδεὶς,
ὅστις ἂν εἴποι πότερον φθιμένην
βασίλειαν χρὴ πενθεῖν, ἢ ζῶσ'
ἔτι φῶς τόδε λεύσσει Πελίου παῖς
Ἄλκηστις, ἐμοὶ πᾶσί τ' ἀρίστη
δόξασα γυνὴ
πόσιν εἰς αὑτῆς γεγενῆσθαι;

ΧΟ. κλύει τις ἢ στεναγμὸν, ἢ — στρ. α'.
χερῶν κτύπον κατὰ στέγας,
ἢ γόον, ὡς πεπραγμένων;

edd. omnibus (præter Lasc. ubi ἀνύσει), exhibent ἁγνίσει, in quo mendam tamdiu editores prætervidisse miror: futuri forma, quam adhibuisset Tragicus, ἁγνιῶ erat, non ἁγνίσω. Satis nota quidem constructio subjunctivi, suppresso ἄν. Vide inf. v. 865. 999. Hipp. 427. (429.) ὅτῳ παρῇ. 527. (529.) οἷς ἐπιστρατεύσῃ. 1274. (1269.) ᾧ ἐφορμάσῃ. Orest. 141. et ibi Porsonum. Med. 516. El. 972. Æsch. Theb. 257. (243.) et loca a Blomfieldio indicata. Soph. El. 771. Trach. 251. Œd. Tyr. 1231. Œd. Col. 395. Ceterum recte citavit ἁγνίσῃ Muretus Varr. Lect. IV. xvi. Tom. II. p. 94.

77. Ἡμιχορίου personam huic versui præfixit Barnesius. Schol. ἐκ γερόντων Φεραίων ὁ χόρος. διαιρεῖται εἰς δύο ἡμιχόρια. Vulgo editur πρόσθε μ. literam addidi, monente Blomfieldio: in anapæsticis μέλαθρον fere semper, ut opinor, mediam habet brevem.

78. In fine versiculi hiatus est, qualem observavimus in Hippol. 1354. (1350.) contra legem συναφείας. Seidlerus de Dochmiacis p. 80. congessit multa hujus licentiæ exempla, quorum tamen pleraque ad illegitima systemata pertinent. Hoc tantum licuisse opinor, cum propter exclamationem, vel mutatam personam, mora necessario interjecta hiatus offensionem tolleret.

79. Elmsleius delendam censet vocem quam uncinis inclusi, nisi alibi repertum erit τις οὐδείς. Ego vero potius legerem ἀ. οὐ. φ. πέλας ἔστ' οὐδείς.

80. ὅστις ἂν ἐνέποι omnes. Correxi εἴποι ad Hipp. (1362.) q. v.—Hanc correctionem firmant duo Codices apud Matthiæ.

81. Edidi hunc et sequentem versum ex editione Lascaris: et sic Matthiæ. Aldus ceterique habent τὴν βασίλειαν, et omittunt τόδε, quod tamen agnoscunt MSS. Vid. inf. v. 282. 294. 1158. Edidit Gaisfordius Τὴν βασίλειαν χρὴ πενθεῖν, ἢ Ζῶσ' ἔτι λεύσσει φῶς Πελίου παῖς. Legere mallet Blomfieldius Χρὴ βασίλειαν πενθεῖν, ἢ ζῶσ' Ἔτι παῖς Πελίου λεύσσει τόδε φῶς.—Hermannus τὴν retinet, delet autem χρὴ et τόδε.

85. Vulgo αὐτῆς. Cum spiritu edidere Wagner. Schaefer. Matthiæ.

86–7–8. στεναγμῶν. Fl. In edd. hæc in duos versiculos divisa erant, quorum cum primus forte fortuna esset senarius, alterum in senarium redigebat Wakefieldius, et post eum Schaeferus ad L. Bos. p. 32. (Ed. Oxon.) legendo ἢ θρῆνον pro ἢ γόον. Primus, quantum scio, antistrophica esse vidit Hermannus. Omnes autem præfigunt Hemichorii personam vv. 86. 89. et plerique v. 91. Sed nullum est, ut mihi videtur, in hac stropha, ut nec in antistropha,

οὐ μὰν οὐδέ τις ἀμφιπόλων
στατίζεται ἀμφὶ πύλας.
εἰ γὰρ μετακύμιος ἄτας,
ὦ Παιὰν, φανείης.
ΗΜΙΧ. α΄. οὔ τ' ἂν φθιμένης γ' ἐσιώπων·
οὐ γὰρ δὴ φροῦδός γ' ἐξ οἴκων—[νέκυς]
ΗΜΙΧ. β΄. πόθεν; οὐκ αὐχῶ. τί σε θαρσύνει;
ΗΜΙΧ. α΄. πῶς ἂν ἔρημον τάφον Ἄδμητος
κεδνῆς ἂν ἔπραξε γυναικός;
ΧΟ. πυλῶν πάροιθε δ' οὐχ ὁρῶ ἀντ. α΄.
πηγαῖον, ὡς νομίζεται,
χέρνιβ', ἐπὶ φθιτῶν πύλαις·

interlocutionis indicium. χερὸς Lasc. γόων Ald. et MSS. nonnulli. ὡς πεπραγμένων desunt in Fl.

90. Vulgo στατίζετ'. στατίζεται Herman. Observ. Cr. p. 65. et sic Matthiæ. Hesychius exponit στατίζουσι (Eur. Electr. 316.) per στάσιν ἔχουσι. mediam autem στατίζονται per ἱδρύονται, αὐλίζονται, ἵστανται. στατὸς, unde verbum fluxit, citant Viri docti ex Hom. Il. Z. 506. στατὸς ἵππος. Soph. Phil. 716. στατὸν ὕδωρ.

91. Schol. ὥσπερ λέγομεν μεταίχμιον τὸ μεταξὺ τῆς μαχῆς διάστημα δύο στρατευομένων (l. στρατευμάτων), οὕτω μετακύμιον τὸ μεταξὺ τῶν δύο κυμάτων. Ultima verba exscripsit Hesych. v. μετακύμιον. Nescio an vox alibi inveniatur. De κύμασιν ἄτης et similibus vid. ad Hipp. (824.)

92. Vulgo ἰὼ Παιάν. Quod dedi, postulat metrum; et sic Matthiæ. Infr. 222. Ὦ 'ναξ Παιάν. Ion. 125. Ὦ Παιὰν, ὦ Παιάν. Titulus erat Apollinis Ἰατροῦ, de quo notavi quædam ad Hipp. (1370.)

93, 94. Sequor Lasc. Ald. et MSS. Cum enim persuasum habeam hoc anapæstorum systema parum legitimum fuisse, nolui ad exemplum virorum doctorum, poetæ verba interpolando et transponendo torquere. Idem dictum puta de systematibus inf. 105. 132. Conjicit Musgravius—φροῦδος γὰρ δὴ νέκυς ἐξ οἴκων. sequente Gaisfordio; Matth. οὐ Γὰρ δὴ φρ. ν. ἐξ οἴκων. νέκυς, quod uncinis inclusi, delendum censet Elmsleius: videtur aut glossema esse, aut deberi librario, qui de metro sollicitus, priore versiculo ante γὰρ terminato, voluit alterum hac voce, scilicet legis συναφείας ignarus, explere. οὔτ' ἂν φθιμένας γ' edd. De crasi τ' ἂν (τοι ἂν) quam solus restituit Matthiæ, vid. not. ad Hipp. 443.—Hermannus edidit ὧδ' ἐσιώπων, inserto ex conjectura ὧδ'.

95. πόθεν; apud Atticos vim habuit negantis; ita explicat Etymologus M. p. 698, 47. ex Apollonii Dyscoli libro inedito; et illustrant Hemsterh. ad Lucian. I. p. 115. Valck. ad Phœn. 1611. Koen. ad Greg. I. p. 61. (p. 141. ed. Schaef. ubi vid. Bast.) πόθεν γάρ; est inf. v. 797. οὐκ αὐχῶ, *I do not presume this*. hæc verba alteri interlocutori dant Heath. et Matthiæ. αὐχῶ eodem sensu infra v. 691. MS. B. habet οὐν καυχῶ τίς σε θαρσύνει. Fl. πόθεν οὐνχω τισσε θαρσύνει.

96. πῶς γὰρ Wakef. πῶς ὄχλου χωρὶς τὴν ἐκφορὰν ἐποιήσατο (ἂν) Ἄδμητος, ἀγαθῆς γυναικὸς ἐκφορὰν ποιούμενος; Schol.

98. ΗΜΙΧ. præfigunt edd. præter Lasc. πάροιθεν Ald.

99. πηγαῖ' ὡς Lasc. πηγαῖά θ' Ald. Uterque vitiose. Brubach. in margine habet πηγαίαν. Emendavit e Scholiaste Canterus. νομίζεταί γε Ald.

100. φθιμένων, pro φθιτῶν, B. D. χέρνιψ hic est vas illud fictile (ὄστρακον) aqua lustrali plenum, quod stabat ante sedes in quibus exponeretur mortuus; ἀρδάνιον vocabatur, teste Polluce L. VIII. p. 894. καὶ οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ

χαίτα τ' οὔτις ἐπὶ προθύροις
τομαῖος, ἃ δὴ νεκύων
πένθει πίτνει, οὐ νεολαίᾳ
δουπεῖ χεὶρ γυναικῶν.

ΗΜΙΧ. α'. καὶ μὴν τόδε κύριον ἦμαρ—
ΗΜΙΧ. β'. τί τόδ' αὐδᾷς;
ΗΜΙΧ. α'. ᾧ χρῆν σφε μολεῖν κατὰ γαίας.
ΗΜΙΧ. β'. ἔθιγες ψυχῆς, ἔθιγες δὲ φρενῶν·
χρή, τῶν ἀγαθῶν διακναιομένων,

πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξίοντες ἐκαθαίροντο, ὕδατι περιῤῥαινόμενοι· τὸ δὲ προὔκειτο ἐν ἀγγείῳ κεραμέῳ, ἐξ ἄλλης οἰκίας κεκομισμένον. Huc respiciens Hesychius *πηγαῖον* (suppl. *χέρνιβα*) *τὸ ὄστρακον, ὃ καὶ ἀρδάνιον ὁμοίως λέγεται.* Vide eum vv. *'Ανδανίαι* (l. *ἀρδάνια*) et *ὄστρακον.* Suid. v. *ἀρδάνιον, τοὔστρακον*: hoc respexit Arist. Eccl. 1033. *"Υδατος δὲ κατάθου τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας.* ubi ista citavit Kusterus.

101. *χαίτας τ'* Lasc. *πρόθυρα* Aldus, qui et sequentia mutavit, ut anapæstici qualescunque effingerentur. *προθύροις* e Lasc. et MSS. reposuit Musgravius.

102. Æsch. Choeph. 168. *'Ορῶ τομαῖον τόνδε βόστρυχον τάφῳ.* Solitos esse veteres sectis crinibus tumulos amicorum coronare, notissimum est; morem autem appendendi crines in vestibulo ædium non alibi me vidisse memini. Nescio an huc referendum sit Nostri Suppl. 972. *παιδὸς ἐν οἴκοις Κεῖται μνάματα πένθιμοι Κουραὶ καὶ στέφανοι κόμας.*

103. Lascaris et MSS. habent *Πένθεσι πιτνεῖ, οὐδὲ νεολαία Δουπεῖ χεὶρ γυναικῶν.* Edidit Matthiæ. *Πένθει πιτνεῖ, οὐ νεολαία Δ. χ. γ.* Quam lenissima potui mutatione metro ac sensui satisfeci. Longe quidem aptius dicitur *πένθος νεκύων*, quam plurale; ut inf. v. 438. *πένθος γυναικὸς τῆσδε.* Vide etiam vv. 275. 346. 379. 834. 1088. *πίτνει* autem scribendum esse ostendit Elmsleius ad Heracl. 77. Deinde conjungunt veteres interpretes *νεολαία χείρ*, quasi esset *νέα χείρ.* Sed *νεολαία*, ubicunque occurrit, est *juventus.* Edidi igitur, quod in mentem venit Musgravio, *νεολαίᾳ*: recte contulit ille Theocr. XVIII. 24. *Τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία.* Photius, *νεολέα· νέος λαός, καὶ οὐ πάλαι εἰς ἄνδρας ἐγγεγραμμένος.*—*Νεολέαν· τὴν νεότητα, τετρασυλλάβως οἱ 'Αττικοί·* Βαβυλωνίοις (scil. *'Αριστοφάνης*), *"Ω Ζεῦ, τὸ χρῆμα τῆς νεολέας ὡς καλόν.* Certatim corrigunt Viri docti *νεολαία, νεολαίαν, νεολαίας*, advocantes Hesych. qui exp. *νέων ἄθροισμα.* Poll. II. 11. Schol. Lucian. Tom. II. p. 190. Æsch. Suppl. 686. *Εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ.* Pers. 670. *νεολαία γὰρ ἤδη κατὰ γᾶς ὄλωλε.* ita recte demum rescripsit Blomfield. legens præterea in nostro loco *νεολαίας*, quod si quis præferat, equidem non refragabor. Ceterum Dorvillius ad Char. p. 22. opinatur hanc vocem in Doricis civitatibus præcipue obtinuisse. Ald. *Οὐ δουπεῖ νεολαῖα γυναικῶν.*

105. Ita Lasc. Edidit Ald. cum ceteris omnibus edd. *Καὶ μὴν τόδε δὴ κύριον ἦμαρ*, et in seq. *Καὶ τί τόδ' αὐδᾷς;* Verum *δὴ* et *καὶ* manifesto sunt interpolata, quo ad similitudinem legitimi systematis versiculi cogerentur. Quin et in Aldina transpositi sunt vv. 106. 107. ordinem correxit Musgravius ex D. Fl. Lasc. Frustra emendationem tentat Jacobs. Anim. p. 32. *Αἴλινον αὐδᾷς*, vel *αἶ, τί τόδ' αὐδᾷς;*—Melius Herman. *Τί τόδ' αὐδάσεις;*

107. *χρὴ* Lasc. quod deterius videtur.

108. Noster Suppl. 1162. *ἔθιγέ μου φρενῶν.* Troad. 1216. *φρενῶν ἔθιγες, ἔθιγες.*

109. *διακν.* exp. Schol. *φθειρομένων.* Hesych. *διακναιόμενον· διαπονούμενον, φθειρόμενον.* De hac voce vid. Spanhem. ad Arist. Nub. 120. et Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 94. In editionibus hæc ΧΟΡΩ. adsignantur.

πενθεῖν ὅστις
χρηστὸς ἀπ' ἀρχῆς νενόμισται.

ΧΟ. ἀλλ' οὐδὲ ναυκληρίαν • στρ. β'.
ἔσθ' ·ὅποι τις αἴας
στείλας, ἢ Λυκίαν,
εἴτ' ἐπὶ τὰς ἀνύδρους
Ἀμμωνίδας ἕδρας,
δυστάνου παραλύσαι
ψυχάν· μόρος γὰρ ἀπότομος
πλάθει, θεῶν δ' ἐπ' ἐσχάραις
οὐκ ἔχω 'πὶ τίνα
μηλοθυτᾶν πορευθῶ.

111. νενόμισθαι Lasc.

114. Λυκίας omnes. De meo dedi Λυκίαν, quod flagitare videtur constructio. Præpositio semel tantum et in altero sententiæ membro exprimitur. Conf. Phœn. 283. Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας. Heracl. 755. Μέλλω τᾶς πατριώτιδος Γᾶς, μέλλω περὶ τῶν δόμων—Soph. Œd. T. 736. 761. Ἀγρούς σφε πέμψαι, κἀπὶ ποιμνίων νομάς. Electr. 780. Ὥστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον, οὔτ' ἐξ ἡμέρας—Æsch. Theb. 1032. Sic quoque Horat. Carm. III. XXV. 2. *quæ nemora aut quos agor in specus*—ubi plura dedit Bentleius. Verum respici Apollinis oraculum apud Pataram notavit Barnesius, citans Virg. Æn. IV. 143. *Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta Deserit, et Delum maternam invisit Apollo.* et 346. *Lyciæ sortes.* Horat. Carm. III. iv. 61. *Delius et Patareus Apollo.* Stat. Theb. I. 696. *Phœbe parens, seu te Lyciæ Patarea nivosis Exercent dumeta jugis.*

116. Legebatur Ἀμμωνίαδας, quod corrigendum vidit Musgravius ex Eur. Electr. 734. ξηραί τ' Ἀμμωνίδες ἕδραι. Simile vitium in Soph. Œd. T. 1108. ubi Ἑλικωνιάδων vulgo; emendat Ἑλικωνίδων Porsonus ad Or. 622. (614.)

117. παραλῦσαι omnes præter Matthiæ. Conj. Wakef. παραλύσει. sed unice verus est optativus: eandem habes constructionem supra v. 52. Ἔστ' οὖν ὅπως Ἄλκηστις εἰς γῆρας μόλοι; Æsch. Prom. 291. Οὐκ ἔστιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν Νείμαιμ' ἢ σοί. Agam. 620. Οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλά. Choeph. 172. Οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἐμοῦ κείραιτό νιν. Et sic profecto legit Scholiastes: οὐδέ ἐστιν ὅπου (l. ὅποι) τῆς γῆς πέμψας πλοῦν παραλύσειεν τῆς δυστήνου Ἀλκήστιδος τὴν ψυχήν.

118. Vulgo ἄποτμος, quod cum metro antistrophico parum quadret, feliciter corrigit Blomfieldius ἀπότομος. Aptissime dicitur Alcestidis fatum *præruptum*: infra v. 1003. de *Necessitate*, Οὐδέ τις ἀποτόμου λήματός ἐστιν αἰδώς. et Soph. Œd. Tyr. 877. Ἀπότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν, ubi duo Codices exhibent ἄποτμον.

119. Schol. πλησιάζει γὰρ ὁ θάνατος. Aldinæ errorem πλάθειν sustulit Canterus. πλάθειν et πελάθειν poeticæ sunt formæ pro πελάζειν. Illud extat in Soph. El. 220. Phil. 728. Rhes. 14. Suidas, πλάθειν· πλησιάζειν, προσπελάζειν, citans locum Electræ.

121. Ubique editum est μηλοθύταν. Accentum mutavi; Tragici enim longe libentius dicebant τίς ἀνθρώπων, τίς θεῶν, quam τίς ἄνθρωπος, τίς θεός. Forsan tamen scripserit Poeta θεῶν δ' ἐπ' ἐσχάραν οὐκ ἔχω τίνα μηλοθύταν πορευθῶ, et in antistr. v. 130. omittendum sit ἔτι. Certe dura est repetitio præpositionis cum diverso regimine intra tantillum spatium; et βωμοὺς μηλοθύτας habet Noster Iph. T. 1116. (1084.) θεῶν δέ γ' ἐσχάραν conj. Reisk.

μόνος δ' ἂν εἰ φῶς τόδ' ἦν ἀντ. β'.
ὄμμασιν δεδορκὼς
Φοίβου παῖς, προλιποῦσ'
ἦλθεν ἕδρας σκοτίους
Αΐδαό τε πύλας·
δμαθέντας γὰρ ἀνίστη,
πρὶν αὐτὸν εἷλε διόβολον
πλᾶκτρον πυρὸς κεραυνίου.
νῦν δὲ τίν' ἔτι βίου
ἐλπίδα προσδέχωμαι;
πάντα γὰρ ἤδη τετέλεσται
βασιλεῦσιν,
πάντων δὲ θεῶν ἐπὶ βώμοις

122. *μούνως δ'* Wakef. *εἰς φῶς* Ald. mendose. *εἰ* restitutum est in Canter.—"In his est anacoluthon: quum enim orationem sic instituisset, ut dicere velle videretur *μόνος δ' ἂν ἔσωσεν αὐτὴν Φοίβου παῖς*, pro *ἔσωσεν αὐτὴν Φ. π.* ad Alcestiden rettulit sequentia." *Matthiæ.*

125. Vide an legendum sit *ἦλθ' ἄν*. Infra v. 926. ubi *συνέσχεν* omnes libri, postulat syntaxis *συνέσχ' ἄν*. Deinde forsan rectius legeretur *σκοτίας*. Non pauca quidem adjectiva sunt, quæ nunc duorum, nunc trium generum formas adhibent, qualia sunt *ματαῖος, φαῦλος, δίκαιος, μέλεος, βρύχιος*. Vide notata ad Hippol. 435. (437.) Verum non memini *σκότιος* pro feminino usurpatum me alibi invenisse.

126. *Ἄιδα τε* Lasc. *ᾄδα τε* Ald. ceterique præter Wakefield. qui *ᾄδαο τε* obsecutus Musgravio dedit, et Matthiæ. qui *Αΐδα τ' ἐπὶ πύλας*, contra sensum, ut mihi quidem videtur. Credo Euripidem sumpsisse Homericam formam: Il. Ψ. 71. *πύλας Αΐδαο περήσω*. Certe ab Ionica genitivorum terminatione in melicis non usquequaque abstinuere Tragici. Orest. 822. et El. 465. *ἀελίοιο*. Tro. 838. *Πριάμοιο*. Herc. F. 123. *τροχηλάτοιο κώλου*. Vid. Burneium ad Æsch. Pers. 864. Sin hoc displiceat, legere possis *Αΐδα τε πύλας* et in strophico v. 116. *Ἄμμωνος ἕδρας*, quod tamen videtur recepto longe deterius.—Hermannus edidit e conjectura *Ἄιδα τε πυλῶνας*.

127. *δμαθέντες* simpliciter *mortui* in Iph. T. 198. (188.) Tro. 175. *καὶ ζῶντες καὶ δμαθέντες*. De Æsculapio vid. supra v. 3.

129. *πλῆκτρον* est id quod *πληγὴν* infligit. De variis ejus usibus consulas lautissimum illum Græcæ Poeseos Thesaurum, quo has literas ditavit Vir eximius Edvardus Maltby. In Soph. Œd. Col. 1464. *κτύπος* fulminis *διόβολος* dicitur.

130. Ita ediderunt Gaisfordius et Matthiæus, ex vestigiis codicum E. et Fl. qui habent *τίν' ἐπὶ βίου*. Aldus *νῦν δὲ τίνα βίου*, ceterique omnes, præter Lasc. qui mendose *βίον*. Vide ad v. 121. Deinde *προσδέχομαι* Lasc. Ald. et sequentes. Emendavit in notis Musgravius.

132-3-4. Ut hi quoque versiculi in legitimos anapæsticos redigerentur, multa moliti sunt Viri docti. Porsonus olim legebat (Adversar. p. 222.) *Πάντα γὰρ ἤδη δὴ τετέλεσται Τοῖς βασιλεῦσιν*. Alii alia tentant: sed nihil variant libri, et similes habemus versus supra 105, 6, 7. Wakefieldius, ineptum vocans *βασιλεῦσιν*, edidit *βασι=λεῖ*. Mireris igitur eum non solicitasse *κοιράνοις* v. 216. et centum alia Tragicorum loca, in quibus dicuntur *ἄνακτες, βασιλεῖς, κοίρανοι, τύραννοι*, de uno rege, aut de unius regis familia. Habet quidem Scholiastes *τετέλεσται βασιλεία* (f. *βασιλείᾳ*), utrum pro interpretatione an varia lectione, dubitari potest. Matthiæus, quo

αἱμόῤῥαντοι θυσίαι πλήρεις,
οὐδ' ἔστι κακῶν ἄκος οὐδέν.
ἀλλ' ἥδ' ὀπαδῶν ἐκ δόμων τις ἔρχεται
δακρυῤῥοοῦσα. τίνα τύχην ἀκούσομαι;
πενθεῖν μὲν, εἴ τι δεσπόταισι τυγχάνει,
ξυγγνωστόν· εἰ δ' ἔτ' ἐστὶν ἔμψυχος γυνὴ,
εἴτ' οὖν ὄλωλεν, εἰδέναι βουλοίμεθ' ἄν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

καὶ ζῶσαν εἰπεῖν καὶ θανοῦσαν ἔστι σοι.
ΧΟ. καὶ πῶς ἂν αὐτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι;
ΘΕ. ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχοῤῥαγεῖ.
ΧΟ. ὦ τλῆμον, οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις.
ΘΕ. οὔπω τόδ' οἶδε δεσπότης, πρὶν ἂν πάθῃ.
ΧΟ. ἐλπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστι σώσασθαι βίον;

duo dimetri efficerentur, uncinis inclusit ἔτι.—Hermannus edidit e conjectura δὴ βασιλεῦσιν, et in v. seq. delevit δέ.

135. *αἱμόῤῥαντοι*. Hoc compositum, quod Lexicis addendum est, extat etiam in Iph. T. 225. (215.) Habet *νεόῤῥαντος* Soph. Aj. 30. *θυσίαν πλήρη* Noster Fr. Inc. 138. 4. (Fr. 967.)

137. Cum nova persona in scenam preditura est, solent Tragici quis sit, qui adveniat, edicere, adhibito pronomine *ὅδε*, quod in talibus idem fere valet ac *δεῦρο* vel *ὧδε*. Anglice igitur vertendum, *But here comes one of the servants out of the house.* Exempla videas in hac fabula vv. 24. 239. 523. 1025. Alia congesserunt Elmsleius ad Suppl. 21. (*Quart. Rev.* Vol. VII. p. 446.) Blomfieldius ad Æsch. Prom. (977.) et ad Eur. Suppl. (1124.) (*Mus. Cr.* Vol. I. p. 185.) Hæc formula, etsi tritissima, nonnullos interpretantes fefellit.

143. *αὐτὸς* Lasc. *ὠὐτὸς* Ald. et editores ante Gaisf. *βλέπειν* simpliciter pro *ζῆν* dixit Euripides Hec. 311. Iph. T. 717. (698.) *ἐπεί σ' ἐγὼ θανόντα μᾶλλον. ἢ βλέποντ', ἕξω φίλον.* Tro. 628. *Οὐ ταὐτὸν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν.* Helen. 1011. Soph. Œd. C. 1438.

144. *προνωπὴς* interpretantur Hesychius et Photius, emendante Albertio, *προτεταμένος, προνενευκὼς, προπετὴς, ἕτοιμος, πρόχειρος.* Attigi vocabulum ad Hippol. 374. (376.) *ψυχοῤῥαγεῖν* supra ad v. 20. Fl. *πρανόστης*. Lasc. *ἔτσι*.

145. "Plato Sympos. T. III. p. 195. *οἷος οἵων αἴτιος ὢν τυγχάνει.* Thucyd. VII. 75. *ἀπὸ οἵας—ἐς οἵαν—ἀφῖκτο.* Porphyr. de Abstin. I. p. 4. *ἀφ' οἵων τε ἐς οἷα καταβέβληκας μηνύειν.* Soph. Ant. 942. *οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω;* Trach. 1045. *οἵαις οἷος ὢν ἐλαύνεται.* Aj. 557. *οἷος ἐξ οἵου 'τράφης.* Confer Ant. 847. El. 751. Aphthon. Progymn. p. 65. ed. Colon. *οἵαν ἀνθ' οἵας ἀλλάσσομαι τύχην.* Cf. Choricium in Villoison. Anecd. Gr. Tom. II. p. 20, 2. Casaub. ad Theophrast. p. 213. Wyttenbach. Bibl. Crit. III. ii. 21." Hæc enotavit doctissimus Blomfieldius; idem in proximo versu emendavit *πάθῃ*, Mus. Cr. I. p. 182. Omnes editores retinent solœcam locutionem *πρὶν ἂν πάθοι*.

147. Cum displiceret *σώσασθαι* in hac sententia, conjiciebam *σώζεσθαι*, idem facit Blomfieldius. *σώσεσθαι* Marklandus: hodie tamen vulgatum defendendum arbitror. Orest. 779. *μολόντι δ' ἐλπὶς ἔστι σωθῆναι κακῶν;* Iph. T. 1016. (987.) *νόστον ἐλπίζω λαβεῖν.*—Hermannus *ἤλπισμέν'* ex ingenio.

ΘΕ. πεπρωμένη γὰρ ἡμέρα βιάζεται.
ΧΟ. οὔκουν ἐπ' αὐτῇ πράσσεται τὰ πρόσφορα;
ΘΕ. κόσμος γ' ἕτοιμος, ᾧ σφε συνθάψει πόσις.
ΧΟ. ἴστω νυν εὐκλεής γε κατθανουμένη,
γυνή τ' ἀρίστη τῶν ὑφ' ἡλίῳ μακρῷ.
ΘΕ. πῶς δ' οὐκ ἀρίστη; τίς δ' ἐναντιώσεται;
τί χρὴ γενέσθαι τὴν ὑπερβεβλημένην
γυναῖκα; πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτό τις
πόσιν προτιμῶσ', ἢ θέλουσ' ὑπερθανεῖν;
καὶ ταῦτα μὲν δὴ πᾶσ' ἐπίσταται πόλις·
ἃ δ' ἐν δόμοις ἔδρασε, θαυμάσει κλύων.
ἐπεὶ γὰρ ᾔσθεθ' ἡμέραν τὴν κυρίαν

149. *οὐκοῦν* omnes: sed ubique reponendum est apud scriptores istius ævi *οὔκουν*, sive mavis *οὐκ οὖν*; *nonne igitur?* quod alicubi monuit Elmsleius. *ἐπ' αὐτοῖς* Lasc. Ald. *ἐπ' αὐτῇ* e MSS. B. D. reponere volens Musgravius, typographi errore habet *αὐτῇς*; unde Gaisford. *ἐπ' αὐτῆς* edidit. *αὐτὴν* Fl.

150. Herod. v. 92. 7. *πέμψαντι γάρ οἱ (sc. Περιάνδρῳ) ἐς Θεσπρωτοὺς ἐπ' Ἀχέροντα ποταμὸν ἀγγέλους ἐπὶ τὸ νεκυομαντήϊον, παρακαταθήκης πέρι ξεινικῆς, οὔτε σημανέειν ἔφη ἡ Μέλισσα ἐπιφανεῖσα, οὔτε κατερέειν ἐν τῷ κέεται χώρῳ ἡ παρακαταθήκη· ῥιγοῦν τε γάρ, καὶ εἶναι γυμνή· τῶν γάρ οἱ συγκατέθαψε ἱματίων ὄφελος εἶναι οὐδέν, οὐ κατακαυθέντων.*

151. De verbis *οἶδα, γιγνώσκω* et similibus cum participio adhibitis vide nos ad Hipp. (304.) *ἴστω πορεύσας* inf. v. 450. Wakef. confert Stat. Theb. VII. 791. *Non aliter cæco nocturni turbine Cori Scit peritura ratis.* Porsonus in schedis laudat Pausan. I. 6, p. 17, 14. Themist. Or. XXII. p. 265. A. Pausaniæ quidem locus est, *εἰ δὲ ὁ Πτολεμαῖος οὗτος ἀληθεῖ λόγῳ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου παῖς ἦν, ἴστω τὸ ἐπιμανὲς ἐς τὰς γυναῖκας κατὰ τὸν πατέρα κεκτημένος.* Themistii autem, *ὅστις μὲν οὖν δὴ ὀλίγου ἄξιον τὸ πρᾶγμα νομίζει, ἴστω σφόδρα ὀλίγου ἄξιος ὤν.* Ceterum *εὐκλεὴς γυνὴ* est *bonæ et integræ famæ mulier*, ut inf. v. 959. Hipp. 47. 489. (481.) 687. (685.) ubi de se Phædra, *τοιγὰρ οὐκέτ' εὐκλεεῖς θανούμεθ'.*—*εὐκλεής τε* emendandum censent Elmsl. et Tate, quos olim secutus sum; hodie vulgatum servandum esse arbitror. *καταθανουμένη* Lasc. qui v. seq. tribuit *Θεραπαίνῃ.*

152. Sic Lasc. *γυνή γ'* Ald. Tacite correxit Barnesius, ex emendatione scilicet Joannis Miltoni: et ita Markl. *ἀρίστῃ* Lasc.—Herm. citat Bacch. 1234. *Πάντων ἀρίστας θυγατέρας σπεῖραι μακρῷ θνητῶν.*

153. Assentior viris doctis exponentibus *τίς ἐναντιώσεται* per *τίς ἀντερεῖ* inf. 1102. *οὐδεὶς ἀντερεῖ*, 631.

154. Hæc verba, licet minime obscura, nemo interpretum recte cepit. Vertas, *What must the woman be who has surpassed her!* VV. DD. conjecturas sileo.

155. Eadem est constructio in Bacch. 47. *θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι.* Adeas notam infra v. 779. *ὄμμα δ' οὐκ ἐδείκνυμεν ξένῳ τέγγοντες.* Wakef. attulit Div. Joann. XV. 13. *μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.*

158. *θαυμάσῃς* E. *θαυμάσεις* P. Lasc. Sed *θαυμάζω* futurum habet *θαυμάσομαι*, non *θαυμάσω.* Multa sunt verba, quæ futura formæ mediæ, nusquam autem activæ, apud Atticos saltem, adsciscunt: quod ut exemplis confirmem, verbis *ἀκούω, σιγῶ, σιωπῶ, ᾄδω, βοῶ, ἁμαρτάνω, θνήσκω, πίπτω, κλάω, πλέω, πνέω*, futura sunt *ἀκούσομαι, σιγήσομαι, σιωπήσομαι, ᾄσομαι, βοήσομαι, ἁμαρτήσομαι, θανοῦμαι, πεσοῦμαι, κλαύσομαι, πλεύσομαι, πνεύσομαι.* Alia hujusmodi non pauca reperies, quibus futurum formæ activæ aut nunquam aut rarissime tribuebant Attici. Nonnulla observata sunt apud veteres Grammaticos: v. Mœr. p. 38. 184. Thom. M. p. 7.

ἤκουσαν, ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα
ἐλούσατ', ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων
ἐσθῆτα κόσμον τ', εὐπρεπῶς ἠσκήσατο·
καὶ στᾶσα πρόσθεν ἑστίας, κατηύξατο·
Δέσποιν', ἐγὼ γὰρ ἔρχομαι κατὰ χθονός,
πανύστατόν σε προσπίτνουσ' αἰτήσομαι,
τέκν' ὀρφανεῦσαι τἀμά· καὶ τῷ μὲν φίλην
ξύζευξον ἄλοχον, τῇ δὲ γενναῖον πόσιν·
μηδ', ὥσπερ αὐτῶν ἡ τεκοῦσ' ἀπόλλυμαι,
θανεῖν ἀώρους παῖδας, ἀλλ' εὐδαίμονας
ἐν γῇ πατρῴᾳ τερπνὸν ἐκπλῆσαι βίον.—
πάντας δὲ βωμούς, οἳ κατ' Ἀδμήτου δόμους,

160. Vir doctus J. Tate conferri jubet Plat. Phædon. I. p. 116. ubi Socrates jam venenum bibiturus, lavatum discedit. Kirchmannus de Fun. Rom. I. 10, p. 72. pluribus exemplis ostendit, morem fuisse iis, qui certam et instantem videbant mortem, ut pretiosissimis vestibus sese exornarent.

161. Homer. Il. Ω. 191. quem locum verisimile est Euripidem ob oculos habuisse: *Αὐτὸς δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα, Κέδρινον, ὑψόροφον, ὃς γλήνεα πολλὰ κεχάνδει.* *Wakefield.* Græsvius Lect. Hesiod. c. III. (Op. et D. 96.) interpretatur *κεδρίνους δόμους cedrinas arcas.* Eustath. Il. Ω. p. 1344, 61 = 1475, 43. citat *κεδρωταὶ παστάδες*, respiciens, ut videtur, Orest. 1371. *κεδρωτὰ παστάδων ὑπὲρ τέρεμνα.*

162. Deest *τ'* in Lasc. Confert Wakefield. Soph. Trach. 764. *Κόσμῳ τε χαίρων καὶ στολῇ.*

163. Colebatur apud Græcos Dea *Ἑστία*, cujus altare in intimo lare situm erat. Cicero De Natura Deorum II. 27. *Nam Vestæ nomen a Græcis est: ea enim est, quæ ab illis Ἑστία dicitur: vis autem ejus ad aras et focos pertinet; itaque in ea Dea, quæ est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est.* Vide Spanhem. ad Call. H. in Cer. 109. 129. Parum aut nihil refert, sive statuas hanc Deam Alcestidis larem occupasse, sive Dianam, quam Pheris præcipue cultam fuisse discimus ex Call. H. in Dian. 259. Lycophr. Cass. 1180. *Θύσθλοις Φεραίαν ἐξακεύμενοι θεάν.* sive aliam quampiam Dearum *ἑστιούχων*. Med. 396. *μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω Μάλιστα πάντων, καὶ ξύνεργον εἱλόμην, Ἑκάτην, μυχοῖς ναίουσαν ἑστίας ἐμῆς.* Herc. F. 599. 609. De diversitate scribendi *κατηύξατο*, et *κατεύξατο* vid. Elmsl. ad Heracl. 305.

164. *ἐγὼ μὲν γὰρ* Musgravius, vitio typothetæ.

165. Edd. *προσπιτνοῦσ'*. vide ad v. 103. Soph. Œd. C. 1754. *Ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι.*

166. *ὀρφανεῦσαι*, Schol. *ὀρφανοτροφῆσαι, ἐπιτροπεῦσαι.* sic *ὠρφάνευες* v. 308. extat passivum *ὀρφανεύεσθαι, to be brought up an orphan*, v. 551. Hipp. 847. (848.) Suppl. 1133. Alcestidis liberi erant Eumelus, Trojanis temporibus celeberrimus, et Perimele, teste Schol. ad v. 275. ubi tamen observat Blomfieldius sine dubio legendum *Περιμήδη*. Hoc nomen occurrit in Theocr. II. 16. idem valet ac Homericum *Ἀγαμήδη*. Vid. Apollod. I. 7. 3.— Wüsteman. defendit *Περιμήλη*, allato Antonino Liber XXIII. *Ἄργου τοῦ Φρίξου καὶ Περιμήλης τῆς Ἀδμήτου θυγατρὸς ἐγένετο Μάγνης.*

168. Ita Musgr. e tribus MSS. pro vulgato *ἀπόλλυται*, recte, ut opinor: Andr. 413. *Ὦ τέκνον, ἡ τεκοῦσά σ', ὡς σὺ μὴ θάνῃς, Στείχω πρὸς Ἅιδην.* Ceterum dicitur *ἡ τεκοῦσα αὐτῶν* pro *μήτηρ αὐτῶν*, quemadmodum in Ion. 308. *ὥς σου τὴν τεκοῦσαν ὤλβισα.*

170. Male Wakef. *τέρμον' ἐκπλῆσαι βίου.* Noster Med. 1355. *Τερπνὸν διάξειν βίοτον.*

προσῆλθε, κἀξέστεψε, καὶ προσηύξατο,
πτόρθων ἀποσχίζουσα μυρσίνης φόβην,
ἄκλαυστος, ἀστένακτος, οὐδὲ τοὐπιὸν
κακὸν μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν.
κἄπειτα θάλαμον εἰσπεσοῦσα, καὶ λέχος,
ἐνταῦθα δὴ 'δάκρυσε, καὶ λέγει τάδε·
Ὦ λέκτρον, ἔνθα παρθένει' ἔλυσ' ἐγὼ
κορεύματ' ἐκ τοῦδ' ἀνδρὸς, οὗ θνήσκω πέρι,
χαῖρ'· οὐ γὰρ ἐχθαίρω σ'· ἀπώλεσας δέ με
μόνην· προδοῦναι γάρ σ' ὀκνοῦσα, καὶ πόσιν,
θνήσκω· σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται,
σώφρων μὲν οὐχὶ μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.—

173. *μυρσίνης φόβην* legit Scholiastes cum duobus MSS. et sic post Matthiæum edidimus. Ceteri omnes *μυρσινῶν*. Similis est varietas infra v. 775. ubi *μυρσίνης κλάδοις* reposuit Canterus pro lectione veterum editionum *μυρσίνοις*. Noster quidem in Ion. 120. habet *μυρσίνας ἱερὰν φόβην*. Electr. 324. *κλῶνα μυρσίνης*. 778. *μυρσίνης πλόκους*. Myrtum in mortuorum inferiis adhibitam esse docet Spanhem. ad Call. H. in Dian. 203.—Wüsteman. confert Virg. Æn. IV. 506. *Intenditque locum sertis, et fronde coronat Funerea.*

174. *ἄκλαυστος, ἀστένακτος, fletibus et suspiriis carens.* Alibi ἄκλαυστος est *indefletus*. Notum est pleraque hujus generis adjectiva duplicem significationem admittere. Hoc de *ἄθικτος* et *ἄψαυστος* monuimus ad Hipp. 1002. (1006.) quibus simile est *ἄγευστος* Soph. Ant. 583. De *ὑποπτὸς, πιστὸς, μεμπτὸς, περίῤῥυτος*, aliisque verbalibus active significantibus, vid. Porson. ad Hec. 1135. (1117.) Phœn. 209. (216.) Hujus autem loci ratio aliquantum diversa est. Vid. Fischer. ad Well. Gr. Gr. II. p. 49. *ἄκλαυτος* Lasc.—*ἄκλαυτος* active legitur Hom. Od. Δ. 493. *οὐδέ σέ φημι Δὴν ἄκλαυτον ἔσεσθαι, ἐπὴν εὖ πάντα πύθηαι. Wüst.*

177. Ita Musgravius ex B. D. Fl. et Lasc. Legebatur *κἄλεγεν* post Aldum. Diversa tempora tragicos data opera permiscuisse censet Porsonus ad Hec. 21.

178. Meminerit lector Didonis morituræ apud Virgilium Æn. IV. 648. *Hic, postquam Iliacas vestes notumque cubile Conspexit, paullum lacrymis et mente morata, Incubuitque toro, dixitque novissima verba: Dulces exuviæ, dum fata Deusque sinebant—.* Recte contulit Portus Sophocleas descriptiones Jocastæ Œd. T. 1241. et Deianiræ Trach. 914.

179. *κορεύματα*, vel quod explicat Schol. *κορεῖα*, accipiendum videtur velut *μίτρη*, sive *virginalis zona*, quam in nuptiis solvebat maritus. Dictus igitur sponsus *κορεύειν*, virgo autem *κορεύεσθαι*, ut infra v. 323. *πῶς κορευθήσει καλῶς*; Adeas Schrader. ad Musæum 272. c. xx. p. 340. qui de hac re fuse disseruit, et loca veterum huc facientia diligentissime congessit. Dicebant quidem veteres *μάχεσθαι περὶ πάτριδος, κινδυνεύειν περί τινος*, et similia; *θνήσκειν* autem *ὑπέρ τινος*, monente Valckenaerio ad Phœn. 1336. (Quin et haud raro *θνήσκειν πρό τινος*, ut v. 18. 660. 750.) Affirmat ille semel tantum in hoc loco legi *οὗ θνήσκω πέρι*, quod vix dubitat mutare in *οὗ θνήσκω γ' ὕπερ*. Citant Viri docti Tyrt. I. 13. *Θυμῷ γῆς πέρι τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παίδων Θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι.*

181. Heracl. 28. *Ὀκνῶ προδοῦναι.* 245. *Ἀργείοις δ' ὀκνῶ Ἱκέτας προδοῦναι.* ubi nostrum locum affert Elmsleius, judicans *ὀκνῶ* pro *αἰσχύνομαι* accipiendum esse. Potius verterim *invitus sum, animus refugit*. Blomfield. legit *μόνον, tu, thalame, solus me perdidisti.* et sic conj. Markl. *μόνη προδοῦναι* Reiskius.

183. *οὐκ ἂν μᾶλλον* vulgo. Hujus

κυνεῖ δὲ προσπίτνουσα· πᾶν δὲ δέμνιον
ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται πλημμυρίδι.
ἐπεὶ δὲ πολλῶν δακρύων εἶχεν κόρον,
στείχει προνωπὴς ἐκπεσοῦσα δεμνίων.
καὶ πολλὰ θάλαμον ἐξιοῦσ᾽ ἐπεστράφη,
κἄῤῥιψεν αὑτὴν αὖθις εἰς κοίτην πάλιν.
παῖδες δὲ, πέπλων μητρὸς ἐξηρτημένοι,
ἔκλαον· ἡ δὲ λαμβάνουσ᾽ ἐν ἀγκάλαις
ἠσπάζετ᾽ ἄλλοτ᾽ ἄλλον, ὡς θανουμένη.
πάντες δ᾽ ἔκλαον οἰκέται κατὰ στέγας,
δέσποιναν οἰκτείροντες· ἡ δὲ δεξιὰν
προὔτειν᾽ ἑκάστῳ, κοὔτις ἦν οὕτω κακὸς,
ὃν οὐ προσεῖπε, καὶ προσεῤῥήθη πάλιν.
τοιαῦτ᾽ ἐν οἴκοις ἐστὶν Ἀδμήτου κακά.
καὶ κατθανών τ᾽ ἂν ὤλετ᾽· ἐκφυγὼν δ᾽ ἔχει
τοσοῦτον ἄλγος, οὗ ποτ᾽ οὐ λελήσεται.

loci parodia est apud Aristophanem Eq. 1251. *σὲ δ᾽ ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται, Κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ᾽ ἴσως.* Si vulgata recte se habeant, plena essent sententia *γενομένη ἂν οὐ μὲν μᾶλλον σώφρων, ἴσως δὲ μᾶλλον εὐτυχής.* Quum tamen vix credam particulam sic nude positam esse ab Euripide, amplector lectionem quam suppeditat Suidas citans et nostrum et Aristophanis locum, v. *κλέπτης*, monente Elmsleio.

184, 185. *κύνει* et *δεύετο* omnes ante Porsonum, qui ad Med. 1141. (1138.) citavit *κυνεῖ* et *δεύεται*. hoc correxerat etiam Wakefieldius in notis. Virg. Æn. IV. 659. *Dixit, et os impressa toro, moriemur inultæ, Sed moriamur, ait.*

185. *ὀφθαλμότεγκτος.* hoc compositum non alibi vidisse memini. *πλημμυρὶς* sive *πλημυρὶς* proprie *exundatio maris vel fluvii æstuantis; τὸ ὅρμημα τῆς θαλάσσης, ἡ ἐπίῤῥυσις*, Hesychius, citans Homer. Od. I. 486. *Πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο.* De lachrymis dictum etiam in Æsch. Choeph. 185. *Ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτουσί μοι Σταγόνες ἄφρατοι δυσχίμου πλημμυρίδος.* hoc notavit Spanhem. ad Call. H. in Del. 263. *ὀφθαλμοτεύκτῳ* Lasc.

187. Vide supra ad v. 144.

188. *πολλὰ ἐπεστράφη, sæpe rediit,* uti recte interpretes.

189. *αὐτὴν* edd. ante P. Steph. *πάλιν αὖθις* conjungit noster Heracl. 487. 708. In Soph. Œd. Col. 1418. Phil. 952. *αὖθις αὖ πάλιν.* Soph. Aj. 305. Phil. 342. *αὖθις πάλιν.* Aristoph. Nub. 975. *Εἶτ᾽ αὖ πάλιν αὖθις.* *αὖ πάλιν* exemplis defendit Porsonus in Adversariis, p. 263.

195. Ita P. Lasc. *προὔτεινεν* Aldus. Anapæstum tacite sustulit Barnesius.

198. *κατθανών τ᾽ ἂν* Schol. edd. Lasc. Ald. et Hervagiana prima. In Hervagiana secunda editum est *κατθανών γ᾽*, quod in sequentibus propagatum est, præter H. Steph. et Gaisf. Credo mutationem ab aliquo profectam esse, cui displicuit *καὶ κατθανών τε*, nec quidquam suboluit de crasi *τοι ἄν*. Quot loca Tragicorum craseos hujus ignoratio corruperit dicere supervacaneum foret. Vide ad Hippol. 441. (443). Jacobs. in Cur. Secund. ad Eurip. p. 55. legit *Χἄπαξ θανὼν ἂν ὤλετ᾽*. quod nemo, ut opinor, amplectetur.

199. Exhibet Aldus *οὔποτ᾽ ἐκλελήσεται*, quod esset *οὐ οὔποτε*. verum ea crasis exemplo caret, et durior videtur, quam ut ab Atticorum auribus tolerari

ΧΟ. ἦπου στενάζει τοῖσιδ' Ἄδμητος κακοῖς,
ἐσθλῆς γυναικὸς εἰ στερηθῆναί σφε χρή;
ΘΕ. κλάει γ', ἄκοιτιν ἐν χεροῖν φίλην ἔχων,
καὶ μὴ προδοῦναι λίσσεται, τἀμήχανα
ζητῶν· φθίνει γάρ, καὶ μαραίνεται νόσῳ.
παρειμένη δὲ χειρὸς ἄθλιον βάρος,
ὅμως δὲ, καίπερ σμικρὸν ἐμπνέουσ' ἔτι,
βλέψαι πρὸς αὐγὰς βούλεται τὰς ἡλίου.
[ὡς οὔποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον
ἀκτῖνα, κύκλον θ' ἡλίου προσόψεται.]
ἀλλ' εἶμι, καὶ σὴν ἀγγελῶ παρουσίαν·
οὐ γάρ τι πάντες εὖ φρονοῦσι κοιράνοις,

posset. Ita tamen editores ante Gaisfordium, qui recepit emendationem Burneii οὔποτ' ἐκλελήσεται, ut sit abruptus sermo. Blomfieldius, Mus. Cr. Tom. I. p. 187. legit interrogative οὔ πότ' ἐκλελήσεται; Equidem de vera hujus loci scriptura nonnihil dubito: sed quum Lascaris habeat οὔ ποτ' οὐ λελήσεται, cum tribus Parisiensibus et Florentino, et sic E. (nisi quod mendose λήσεται) malui lectionem, quæ potiori auctoritate nititur, in textu reponere: neque aliter Matthiæ. Huic lectioni patrocinatur Erfurdtius ad Soph. Œd. T. 895. contendens voces ποτ' οὐ pro οὔποτε positas esse; cujus tamen exemplum utinam in medium protulisset. Fortasse accipiendum sit pro οὔ ποτε μεμνήσεται.

200. Ita Musgr. ex B. D. Fl. Habent Lasc. et Ald. τοῖσιν, solenni errore. De dativo τοῖσιδ', plerumque in τοῖσιν depravato, quædam notavimus ad Hippol. 400. (402.) 1393. (1391.) Barnesius, non monito lectore, ex ingenio dedit στενάζει' οἷσιν, quod aperte solœcum est. Elmsleius, quem videas ad Heracl. 56. vertit ἦπου, *I suppose*—. In v. seq. interrogationem, quæ est in Ald. Herv. 1. et Brubach. omisit secunda Hervagii editio. ἧς pro εἰ B. D.

202. ἐν χεροῖν φίλαιν conj. Wakef.

203. προδοῦναι, simpliciter *deserere;* usu rarissimo, si credis Wakefieldio: sed idem plane significat infra v. 258. μή προδῷς. 285. Μή, πρὸς σὲ θεῶν, τλῇς με προδοῦναι. Hipp. 1456. (1454.) Μή νυν προδῷς με, τέκνον, ἀλλὰ καρτέρει. Sæpissime vertendum est, *to be faithless to, to abandon*, ut in hac fabula v. 181. 301. 675. 1078.

204, 205. Legit et interpungit Matthiæus, φθίνει γὰρ καὶ μαραίνεται, νόσῳ Παρειμένη γε, χειρὸς ἄθλιον βάρος. Verum conjuncta habes μαραινομέναν νόσῳ infra v. 242. et exponit Scholiastes τὴν ἰσχὺν τῆς χερὸς παραλελυμένη. Probabilis est Elmsleii conjectura, intercidisse versiculum post βάρος.—Blomfieldius (*Quart. Rev.* Tom. XV. p. 118.) transponendos arbitratur hos duos versus, et, posito commate post παρειμένη δὲ, vertit χ. ἄ. β. *a lamentable burthen to the hands which support her*, scil. Admeti, qui v. 202. Κλάει γ' ἄκοιτιν ἐν χεροῖν φίλην ἔχων. Huc facit Bacch. 1214. Ἕπεσθέ μοι, φέροντες ἄθλιον βάρος Πενθέως. At inf. v. 409. habes de Alcestide παρατόνους χέρας. Eligat igitur lector.

206. Hipp. 1246. (1241.) βραχὺν δὴ βίοτον ἐμπνέων ἔτι.

207. Sic MSS. et Lascaris. κλέψαι vitiose Aldus; quod editoribus adeo arrisit, ut vocem etiam a Cantero fictam, προσαυγὰς, in textum adsumerent: et hanc quidem locutionem, κλέψαι προσαυγὰς ἡλίου, summis laudibus prosequuntur D'Orvillius, Reiskius, alii: interim Musgravius e Codd. reposuit genuinam lectionem, quam conjectura assecuti erant Æm. Portus, et Duportus noster.

208, 209. Idem distichon legitur in Hecuba 411. 412. Unde Valckenaerio (ad Hipp. 682.) in hoc loco videntur male collocati: uncinis inclusit Mat-

ὥστ' ἐν κακοῖσιν εὐμενεῖς παρεστάναι·
σὺ δ' εἶ παλαιὸς δεσπόταις ἐμοῖς φίλος.

ΧΟ. ἰὼ Ζεῦ· τίς ἂν πᾷ πόρος κακῶν στρ. α'.
γένοιτο, καὶ λύσις τύχας,
ἃ πάρεστι κοιράνοις; ἔξ-
εισί τις; ἢ τέμω τρίχα,
καὶ μέλανα στολμὸν πέπλων
ἀμφιβαλώμεθ' ἤδη;
δῆλα μὲν, φίλοι, δῆλά γ'· ἀλλ' ὅμως
θεοῖσιν εὐχώμεσθα, θεῶν
γὰρ δύναμις μεγίστα.
ὦ 'ναξ Παιὰν,
ἐξεῦρε μηχανάν τιν' Ἀδμήτῳ κακῶν,
πόριζε δὴ, πόριζε·
καὶ πάρος γὰρ τοῦτ' ἐφεῦρες· [καὶ νῦν]

thiæ. Conf. Soph. Aj. 857. *Καὶ τὸν διφρευτὴν ἥλιον προσεννέπω Πανύστατον δὴ, κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.*

214. Sic B. D. Fl. Lasc. Gaisf. et sic legisse Scholiastam patet ex verbis *ἢ πῶς, ἢ ποῦ*, quæ interpretatio est *τοῦ πᾶ*. Aldus *τίς ἂν πῶς*, sequentibus editionibus, donec Musgravius neque *πῶς* neque *πᾶ* recepit. Male fecit Matthiæ. edens *Ὦ Ζεῦ, πῶς ἂν πόρος κακῶν*. Offendit viros doctos duplex interrogatio, *τίς—πᾶ*, quæ tamen haud est adeo infrequens. In Soph. El. 958. *Ποῖ γὰρ μενεῖς ῥάθυμος, εἰς τιν' ἐλπίδων Βλέψασ' ἔτ' ὀρθήν*; jungenda esse *ποῖ βλέψασα* monui in Museo Critico I. p. 205. Versus, ut nunc representatur, constat e dochmio, et trochaico penthemimeri, cujusmodi est infra v. 403.

216. *πάρεστιν*, et *κοιράνοισιν*; habent Musgr. et Gaisford. hoc Matthiæ.

217. *ἔξεισίν τις*, omnes præter Matthiæ. et Erfurdtium, qui hanc stropham cum antistropha descripsit ante Catalogum Lectionum in Acad. Regiomont. ann. 1812. Hunc in versibus dividendis sequor: interrogationem addidit Matthiæ.—*τέμω* pro vulgari *τεμῶ* Hermannus, recte.

218. Inf. 835. *Μελαμπέπλους στολμούς τε.*

219. *ἀμφιβαλλώμεθα* Lasc. Perperam Matthiæus, Wakefieldio obsecutus, *ἀμφιβαλώμεθα δή*; Choriambici sunt vv. 217. 218. 219.

220. Hæc usque ad v. 228. in omnibus editionibus *Θεραπαίνῃ* tribuuntur; at illa decesserat a scena post v. 213. Alii Hemichorio danda esse censent.

221, 222. *θεοῖσιν εὐχώμεθα* omnes ante Musgr. qui scripsit *θεοῖς εὐχόμεσθα*, adversante, ut opinor, loci sententia. Ita tamen Gaisf. Matth. Sequentia respiciunt Homericum Il. B. 118. *τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶ μέγιστον*. *ἁ δύναμις* edd. præter Matth.

224. *μηχανὰν* vertit Buchananus *remedium;* quæ interpretatio si recte se habet, idem valet ista vox, quod alibi *μῆχος*. Andr. 535. *τί δ' ἐγὼ κακῶν Μῆχος ἐξανύσαιμ' ἄν*; Æsch. Agam. 1. *Φρουρᾶς ἐτείας μῆχος*. Theocr. Id. II. 95. *Εἶ δ' ἄγε, Θέστυλι, μοι χαλεπᾶς νόσω εὑρέ τι μᾶχος*. ad quem locum vide Toupium in Append. Not. Mallem vero accipere *μηχανήν τινα κακῶν* pro *μηχανήν τινα σωτηρίας ἐκ κακῶν*: non secus ac *πόρος κακῶν* supra v. 214. Confer etiam Hipp. 716. (713.) *Εὕρημα δή τι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω.*

226. Fortasse legendum *τοῦτ'* pro *τοῦδ'*. Voces *καὶ νῦν*, quas uncinis inclusi, produnt, ni fallor, manum interpolatoris, cui obversabatur locus Sophoclis

λυτήριος ἐκ θανάτου γενοῦ,
φόνιόν τ' ἀπόπαυσον Ἅιδαν.
παπαὶ φεῦ, παπαὶ φεῦ· ἰώ· ἰώ. ἀντ. α'.
ὦ παῖ Φέρητος, οἷ' ἔπρα-
ξας δάμαρτος σᾶς στερηθείς.
[αἶ, αἶ] ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε,
καὶ πλέον ἢ βρόχῳ δέραν
οὐρανίῳ πελάσσαι.
τὰν γὰρ οὐ φίλαν, ἀλλὰ φιλτάταν
γυναῖκα κατθανοῦσαν ἐν
ἄματι τῷδ' ἐσόψει.
ἰδού· ἰδού·
ἅδ' ἐκ δόμων δὴ καὶ πόσις πορεύεται.
βόασον, ὦ στέναξον,
ὦ Φεραία χθὼν, [τὰν] ἀρίσταν

Œd. T. 166. Delevit Erfurdtius; neque eas metricæ rationes manere patientur.—Quod conjeceram τοῦτ', legitur in Codice Havn. teste Matthiæo: hoc igitur admisi.

228. φοίνιον Lasc. 'Αΐδαν Lasc. Ald. ut vulgo.

229. Lasc. et Ald. παῖ. παῖ. φεῦ. φεῦ. ἰώ. ἰώ. MSS. B. Fl. habent παπαί. omissis aliis interjectionibus. Inde Musgravius παπαί, φεῦ, φεῦ, ἰὼ, ἰώ. Quod dedi, habet Gaisf.

230. οἷα πράξεις Jacobs. Anim. p. 32.

231. τῆς σῆς Lasc. σῆς Ald. Parum abfuit quin ex emendatione reciperem στερεὶς pro στερηθείς.—Conjecturam nostram in textum intulit Hermannus.

232. καὶ Lasc. Ald. et Schol. idque metro necessarium est, non noxium, quod putabat Musgravius. Recte ille πλέον pro vulgato πλεῖον.

233. Optime illustrat Jac. Tate, advocatis Bacch. 246. Ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἔστ' ἄξια, Ὕβρεις ὑβρίζειν, ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος; Soph. Œd. T. 1373. οἷν ἐμοὶ δυοῖν Ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα. Elmsleius ad Heracl. 247. (καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας) affert hunc locum et Arist. Ach. 125. τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; πλεῖον edd. ante Musgr. δέρην omnes.

234. βρόχῳ οὐρανίῳ, ἀντὶ τοῦ μετεώρῳ. Schol. πελάσαι omnes præter Gaisfordium, qui e Musgravii emendatione dedit πελάζειν. Rectius Erfurdt. πελάσσαι. Geminare σ in melicis licuit. In Med. 836. (832.) ἀφυσσαμέναν, corrigente Porsono. Eur. Suppl. 59. ὅσσων. Æsch. Pers. 553. βαρίδεσσι. Soph. Œd. T. 1100. ὀρεσσιβάτα. Trach. 635. μέσσαν. Aj. 185. τόσσον. 390. ὀλέσσας. Phil. 1163. πέλασσον. Bis in senariis μέσσος habet Sophocles, Antig. 1223. 1236.

235. Subauditur μόνον, ut in Hipp. 359. Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς, Ἀλλ' εἴ τι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ. Hujus ellipseos exempla videas in locis ibi a Porsono indicatis. Confert Blomfieldius Sallust. Bell. Jug. 10. *Romanos ex amicis amicissumos fecisti.*

237. Præpositionem omittit ed. Gaisford. τῷδέ γ' ὄψει Lasc. Ald. ἐπόψει Fl. ἐσόψει Musgr. ex MSS. B. D.

238. Has voces, quæ in editionibus deerant, inseruit Musgr. ex B. D.

239. ἥδ' omnes. καὶ δὴ πόσις conjicit Elmsleius. χὠ πόσις Blomf.

240. Ita Musgr. e MSS. B. D. στέναξον ὦ βόασον Lasc. στέναξον ὦ βόησον Ald. sed præstat ordo quem dedimus.

241. Gaisfordius et Matthiæus sequuntur Musgravium emendantem ἀρίσταν τάνδε, ob metrum: sed metro ne sic quidem satisfaciunt. Equidem cum Erfurdtio delendum esse censeo articulum.

γυναῖκα μαραινομέναν νόσῳ
  κατὰ γᾶς, χθόνιον παρ' Ἅιδαν.

οὔποτε φήσω γάμον εὐφραίνειν
πλέον ἢ λυπεῖν, τοῖς τε πάροιθεν
τεκμαιρόμενος, καὶ τάσδε τύχας
λεύσσων βασιλέως, ὅστις ἀρίστης
ἀπλακὼν ἀλόχου τῆσδ', ἀβίωτον
  τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει.

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

ἅλιε, καὶ φάος ἁμέρας, στρ. β'.
  οὐράνιαί τε δῖναι
    νεφέλας δρομαίου,

243. Omnes editiones κατὰ γᾶν. Dedi, postulante sententia, κατὰ γᾶς *sub terram*; neque enim assentiri possum Elmsleio jungenti ἀρίσταν κατὰ γᾶν, *optimam in terris*. In Hipp. 1366. (1363.) Προὔπτον ἐς Ἅιδην στείχω κατὰ γῆς, Codex E. habet γῆν. ἄδαν Ald.—Nesciebam κατὰ γᾶς extare in Cod. Havn.

244. Parum accurate vertitur *nunquam affirmabo*, &c. Nota est formula οὔ φημι, quæ idem fere valet ac apud Latinos *nego*. Hec. 129. τὰ δὲ Κασάνδρας Λέκτρ' οὐκ ἐφάτην τῆς Ἀχιλείας Πρόσθεν θήσειν ποτὲ λόγχης. Soph. Phil. 994. Οὔ φημ' ἔγωγε. Aj. 1326. Οὔ φησ' ἐάσειν τόνδε τὸν νεκρὸν ταφῆς Ἄμοιρον.

246. σάσδε Lasc.

247. ὃς ἀρίστης ἀμπλακὼν ἀλόχου editores, post Lascarem et Aldum, de metro parum solliciti. Dedit quidem ὅστις Musgravius e Cod. Fl. veram autem loci scripturam primus restituit Wakefieldius. Semper scripsisse Tragicos ἀπλακεῖν, ἀπλακία, ἀπλάκημα, monuimus ad Hipp. 145. ubi vid. not. Siquis plura velit de his vocibus, consulat Burneium in Censura Æschyli Glasguensis, (*Monthly Review, Feb.* 1796. p. 132.) Hoc tantum monebo: ἀμπλακέων, quod legere voluit Marklandus ad Iph. A. 124. (123.) non modo in dialectum, verum etiam in linguam peccat; siquidem præsens ἀμπλακέω vel ἀπλακέω ignotum erat: ἀπλακεῖν est aoristi infinitivus. Ceterum observat Burneius, in hac fabula nullo discrimine adhibita esse ἀπλακεῖν et ἁμαρτεῖν: e. g. vv. 430. et 1102. Γυναικὸς ἐσθλῆς ἤπλακης. 352. Τοιᾶσδ' ἁμαρτάνοντι συζύγου σέθεν; 631. Ἐσθλῆς γὰρ (οὐδεὶς ἀντερεῖ) καὶ σώφρονος Γυναικὸς ἡμάρτηκας. 900. ἁμαρτεῖν Πιστῆς ἀλόχου. Necnon supra v. 145. Ὦ τλῆμον, οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις.

248. Phrasin Euripideam ἀβίωτος βίος videas in Hipp. 821. (823.) et locis ibi indicatis. Hos versus aliter quam vulgo prostant, divisimus: in editionibus verba τῆσδ' ἀβίωτον, et πλέον ἢ λυπεῖν v. 245. singulos monometros efficiunt.

251, 252. Germanæ sunt locutiones Arist. Av. 697. ἀνεμώκεσι δίναις. Phœn. 163. ἀνεμώκεος δρόμον νεφέλας. Exponit Scholiastes Aristophanis δίναις· ταῖς τοῦ ἀνέμου ὠκείαις συστροφαῖς. Siquis credat Euripidem hic respexisse Anaxagorea ista dogmata de Οὐρανῷ et αἰθερίῳ ῥύμβῳ, quæ in aliis tragœdiis versibus exornavit, consulere possit disputationem Valckenaerii Diatr. c. v. p. 39. seq. Comicus Nub. 379. Euripidem, ut videtur, exagitans, Ὁ δ' ἀναγκάζων ἐστὶ τίς αὐτὰς, οὐχ ὁ Ζεὺς, ὥστε φέρεσθαι;— Ἥκιστ', ἀλλ' αἰθέριος Δῖνος. De δίναις αἰθέρος multa habet Luzacius in Exercit. Acad. p. 100.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ὁρᾷ σὲ κἀμὲ, δύο κακῶς πεπραγότας,
οὐδὲν θεοὺς δράσαντας, ἀνθ' ὅτου θανεῖ.

ΑΛ. γαῖά τε, καὶ μελάθρων στέγαι, ἀντ. β'.
νυμφίδιαί τε κοῖται
πατρίας Ἰωλκοῦ.

ΑΔ. ἔπαιρε σαυτὴν, ὦ τάλαινα, μὴ προδῷς·
λίσσου δὲ τοὺς κρατοῦντας οἰκτεῖραι θεούς.

ΑΛ. ὁρῶ, δίκωπον ὁρῶ σκάφος· στρ. γ'.
νεκύων δὲ πορθμεὺς,
ἔχων χέρ' ἐπὶ κόντῳ, Χάρων μ'
ἤδη καλεῖ· Τί μέλλεις;
ἐπείγου· σὺ κατείργεις τάδε·—τοῖα
σπερχόμενος ταχύνει.

ΑΔ. οἴμοι, πικράν γε τήνδε μοι ναυκληρίαν
ἔλεξας. ὦ δύσδαιμον, οἷα πάσχομεν.

ΑΛ. ἄγει μ', ἄγει μέ τις (οὐχ ὁρᾷς;) ἀντ. γ'.

253. ὁρᾷ, scilicet ἥλιος.

254. θανεῖν Lasc.

256. Huc retrahenda esse opinor verba Scholiastæ ad v. 262. ὡς μαρτυρεῖ καὶ Δοῦρις ἐν τῇ ιϛ τῶν Λακεδαιμονικῶν, ὅτι ἐν Ἰωλκῷ ἐνυμφεύθη. Ἰώλκους (l. Ἰωλκοῦ) γὰρ Πελίας ἐβασίλευσεν. Aliam tradit historiam Eudocia, Villois. Anecd. Gr. p. 21.

257. Sic Aldus. Male fecit Musgravius, quod πατρῴας e Lasc. et MSS. edidit. Alterum, etiamsi in nullo libro reperiretur, ob metrum reponendum esset: passim confunduntur hæc adjectiva. Porson. ad Hec. 79. "Mox πατρίου edidi, licet omnia exemplaria πατρῴου habeant. Cum enim Attici πάτριος et πατρῷος promiscue usurpent, cur ad licentiam poeticam, nulla necessitate cogente, provocemus?" Vid. Blomfield. ad Æsch. Pers. 929. Si cui tanti visum erit, aliter hi versus distribui poterunt: Γαῖά τε, καὶ μελάθρων | στέγαι, νυμφίδιαί τε κοῖ|ται πατρίας Ἰωλκοῦ.

260. Addunt ἐν λίμνᾳ MSS. ὁρῶ δίκωπον σκάφος ἐν λίμνᾳ Lasc.

262. χεῖρ' Lasc. Χάρων uncinis inclusit Matthiæ. et facile quidem e glossa in textum irrepere poterat. Charontis cymbam ter in hac fabula respexit Tragicus. vid. inf. vv. 371. 451. et nulla fere imago veteribus poetis magis placuit. Plurima collegit Valckenaerius Diatr. c. XXV. p. 280. Aptissimus est locus Machonis apud Athenæum VIII. p. 341. C. a Blomfieldio indicatus; ἀλλ', ἐπεὶ Ὁ Τιμοθέου Χάρων σχολάζειν μ' οὐκ ἐᾷ, Οὐκ τῆς Νιόβης, χωρεῖν δὲ πορθμὸν ἀναβοᾷ, Καλεῖ δὲ μοῖρα νύχιος, ἧς κλύειν χρεών. Conferas notam ejusdem ad Æsch. Theb. 856.—Similis locus in Soph. Œd. C. 1626. Καλεῖ γὰρ αὐτὸν πολλὰ, πολλαχῇ θεός—Ὦ οὗτος, οὗτος, Οἰδίπους, τί μέλλομεν Χωρεῖν· πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται. citante Matth.

264. Magna est in hujus versus scriptura varietas: τοῖά με MS. D. et sic Matthiæ. τάδε τοι με B. τάδε τί με Fl. τάδ' ἕτοιμα Lasc. Ald. ἐπείγου σύ κατείργεις τὰ δ' ἕτοιμ', ἃ Musgr. Edidimus quod optimum visum est, consentiente Elmsleio.

268. οὐχ ὁρᾷς; primus interrogative

νεκύων ἐς αὐλὰν,
ὑπ' ὀφρύσι κυαναυγέσι
βλέπων πτερωτὸς Ἅιδας.
τί ῥέξεις; ἄφες.—οἵαν ὁδὸν ἁ δει-
λαιοτάτα προβαίνω.

ΑΔ. οἰκτρὰν φίλοισιν, ἐκ δὲ τῶν, μάλιστ' ἐμοὶ,
καὶ παισὶν, οἷς δὴ πένθος ἐν κοινῷ τόδε.

ΑΛ. μέθετε, μέθετέ μ' ἤδη, ἐπῳδός.
κλίνατέ μ', οὐ σθένω ποσίν·
πλησίον Ἅιδας, σκοτία δ'
ἐπ' ὄσσοισι νὺξ ἐφέρπει.
τέκνα, τέκν', οὐκέτι δὴ,
οὐκέτι δὴ μάτηρ σφῷν ἐστίν.
χαίροντες, ὦ τέκνα, τόδε φάος ὁρῴτην.

scripsit Matthiæus, plenius distinguens post τις· sed interrogatio est διὰ μέσου.

269. νεκύων ἐς ἴλαν conjicit Wakefieldius, et cum sequentibus contulit Hom. Il. A. 528. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

270. κυαναυγὴς Noctis est epitheton Orph. Hymn. III. 3. Κλῦθι, μάκαιρα θεὰ, κυαναυγὴς, ἀστεροφεγγής. Quibus sensibus vocem κυάνεος adhibuerint Græci, videre est apud Blomf. Gloss. ad Æsch. Pers. 83.

271. ᾅδας Ald. Addunt μέθες με B. Fl.

272. τί ῥέξεις; vulgo. Recte Lascaris habet ῥέξεις; quod nemo monuit eorum, qui editionis ejus collationem curaverunt. Formula τί ῥέξεις; est in Æsch. Theb. 105. Huc referenda sunt quæ de simili loquendi modo in τί λέξεις; dicta sunt ad Hippol. 353. ῥέξεις conjecit Tyrwhittus, et edidit Matthiæ. Haud scio an præsens ῥέζω nusquam usurparint Attici. Verba Τί ῥέξεις; ἄφες. ad Orcum loqui fingitur Alcestis. ἁ δειλαία Lasc.

274. Ita Lasc. et MSS. ἐκ δὲ τῶνδε Aldina et editiones ante Barnesium, qui tacite correxit. τῶν scil. pro τούτων. Articulum pro pronomine οὗτος vel ἐκεῖνος, sequentibus μὲν, δὲ, et γὰρ, licuit omnibus scriptoribus adhibere: quin et apud Tragicos, perinde ac alios poetas, nonnunquam sine istis additamentis in hoc usu invenias. Hujus licentiæ exempla post alios citabo. Æsch. Prom. 237. Τῷ τοι τοιαῖσδε πημοναῖσι κάμπτομαι. Theb. 197. Ἀνὴρ, γυνή τε, χὤτι τῶν μεταίχμιον. Eumen. 2. ἐκ δὲ τῆς Θέμιν. Suppl. 439. Ἢ τοῖσιν, ἢ τοῖς πόλεμον αἴρεσθαι μέγαν Πᾶσ' ἔστ' ἀνάγκη. 1047. Ὅ τι τοι μόρσιμόν ἐστιν, Τὸ γένοιτ' ἄν. Soph. Œd. T. 200. Τὸν—ὑπὸ σῷ φθίσον κεραυνῷ. 1466. Ταῖν μοι μέλεσθαι. Œd. C. 742. ἐκ δὲ τῶν, μάλιστ' ἐγώ. Eur. Suppl. 207. πρὸς δὲ τοῖσι—sed ibi legendum puto τοῖσδε. Ceterum meminerint tirones Horat. Carm. I. xxiv. 9. *Multis ille bonis flebilis occidit, Nulli flebilior quam tibi, Virgili.*

275. οἷς δὲ Barnes. vitio typorum.

276. Seidlerus de Dochm. p. 45. hanc epodum in antistrophica, non nimis quidem congrua, redigit, legendo μέθετέ με δὴ, et in v. 282. ἰὼ τ. τ. φάος ὁρῷτον, et delendo præpositionem in v. 279.

277. Vulgo πόσι, i. e. *O marite;* vertunt tamen interpretes quasi scriptum esset ποσὶ, quod proculdubio melius est.

278. σκότια adverbialiter legere mallet Elmsleius, dividens, ut vulgo, post Ἅιδας.

282. Vulgo interpretantur *Læti hoc lumen intueamini:* debebant, *Vivite et valete.* participium χαίρων hanc habere potestatem jampridem monui ad Hippol.

ΑΔ. οἴμοι· τόδ' ἔπος λυπρὸν ἀκούω,
καὶ παντὸς ἐμοὶ θανάτου μεῖζον.
μὴ, πρὸς σὲ θεῶν, τλῇς με προδοῦναι,
μὴ, πρὸς παίδων, οὓς ὀρφανιεῖς·
ἀλλ' ἄνα, τόλμα·
σοῦ γὰρ φθιμένης, οὐκέτ' ἂν εἴην·

1440. (1438.) *Χαίρουσα καὶ σὺ στεῖχε.* citatis Med. 756. Phœn. 921. Soph. Trach. 819. Conf. infra v. 333. *Χαίροντες εὐφραίνοισθε.* 447. *χαίρουσα—οἰκετεύοις.* 829. *Χαίρων ἴθ'.* Habet *φῶς* Lascaris. *ὁρῷτον* omnes: sed præclare ostendit Elmsleius ad Arist. Acharn. 773. secundam personam dualem nunquam a tertia diversam fuisse; *ὁρῷτον* autem, *ἤλθετον, εἴχετον, ἐποιήσατον,* inventa esse Grammaticorum.

283. Potius expectasses *ἀκούειν* vel *ἀκοῦσαι*. Sed nolim vulgatum sine auctoritate sollicitare.

284. Soph. Ant. 933. *Οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω Τοὔπος ἀφῖκται.*

285–7. In Aldina legebatur *Μὴ πρὸς τῶν θεῶν τλῇς με προδοῦναι, 'Αλλ' ἀνατόλμα.* Hunc locum egregie restituit Porsonus ad Med. (325.) Ipsum audias; "Hiatum tollit Musgravius, e MSS. inserendo versum, *Μὴ πρὸς παίδων, ους ὀρφανιεῖς.* Optime. Sed duo menda, quanquam levicula, restant. Vix enim credo, compositum istud apud Græcos exstare, *ἀνατολμῶ*. Recte ed. Lasc. *'Αλλ' ἄνα, τόλμα.* *'Αλλ' ἄνα* est phrasis Homerica; a Sophocle etiam usurpata Aj. 194. Præterea Tragici in ista adjurandi formula nunquam articulum addunt; Comici pro libitu vel addunt, vel omittunt, sed frequentius addunt. Cum igitur *τῶν* omittat Lascaris, quid planius quam legendum esse *Μὴ πρὸς σὲ θεῶν τλῇς με προδοῦναι*?" Porsonum secuti sunt Gaisford. Matthiæ. Hujus adjurandi formulæ, in qua pronomen *σὲ* inter præpositionem et nomen inseritur, satis exemplorum dedimus ad Hippol. 607. (603.)

Ibid. *τολμᾶν* et aoristus *τλῆναι* (nam *τλῆμι* et *τλάω* non extant) valent *sustinere*, quæ quidem significatio late se extendit. Est enim *sustinere*, (Angl. *to endure*) non obstante vel periculo, vel pudore, vel superbia, vel dolore animi, vel misericordia. I. Primæ significationis exempla sunt inf. 473. *σὺ τὸν αὐτᾶς Ἔτλας πόσιν ἀντὶ σᾶς ἀμεῖψαι Ψυχᾶς ἐξ Ἅιδα.* 853. *Ὦ πολλὰ τλᾶσα καρδία ψυχή τ' ἐμή.* Hom. Il. Δ. 94. *Τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν;* Æsch. Prom. 235. *'Εγὼ δ' ἐτόλμησ', ἐξερυσάμην βροτοὺς, Τὸ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν.* sic enim legendum puto cum ed. Rob. et duobus Codd. pro *τοῦ μὴ δ.* In his et similibus recte vertitur *audere*, *to have courage*. II. *sustinere citra pudorem:* Andr. 171. *Ἣ παιδὶ πατρὸς, ὃς σὸν ὤλεσεν πόσιν Τολμᾷς ξυνεύδειν.* Orest. 1527. *Μῶρος, εἰ δοκεῖς με τλῆναι σὴν καθαιμάξαι δέρην.* ubi pro *σὴν* mallem *σ' ἂν κ. δ.* III. Valet *to deign, condescend, submit;* ut v. 1. *ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν.* 589. *Ἔτλα δὲ σοῖσι μηλονόμας Ἐν δόμοις γενέσθαι.* Æsch. Prom. 999. *Τόλμησον, ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε Πρὸς τὰς παρούσας πημονὰς ὀρθῶς φρονεῖν.* IV. *inducere animum*, quod Angli dicerent, *to prevail upon himself;* v. 568. *τοσαύτης ξυμφορᾶς προσκειμένης, Ἄδμητε, τολμᾷς ξενοδοχεῖν;* 757. *Ὃς πρῶτα μὲν πενθοῦντα δεσπότην ἰδὼν, Εἰσῆλθε, κἀτόλμησ' ἀμείψασθαι πύλας.* 1136. *Τόλμα προτείνειν χεῖρα καὶ θιγεῖν ξένης.* Hom. Od. Λ. 142. *οὐδὲ ὃν υἱὸν Ἔτλη ἔσαντα ἰδεῖν, οὐδὲ προτιμυθήσασθαι.* V. Postremi sensus exemplum noster suppeditabit versiculus, *μὴ τλῇς με προδοῦναι, do not have the cruelty to abandon me.* Med. 816. *'Αλλὰ κτανεῖν σὼ παῖδε τολμήσεις, γύναι;* 1325. *Ἥτις τέκνοισι σοῖσιν ἐμβαλεῖν ξίφος Ἔτλης τεκοῦσα.* Soph. Aj. 1332. *τὸν ἄνδρα τόνδε, πρὸς θεῶν, Μὴ τλῇς ἄθαπτον ὧδ' ἀναλγήτως βαλεῖν.* Notæ satis longæ finem imponam, postquam monuero, apud Latinos scriptores verbum *posse* iis fere sensibus usurpari quibus apud Græcos *τολμᾶν* et *τλῆναι*. Virg. Æn. IX. 481. *tune, illa senectæ Sera meæ requies,* POTUISTI *linquere solam, Crudelis!* XI. 306. *quos nulla fatigant Prælia, nec victi* POSSUNT *absistere ferro.* Plura suppeditabit Lectoris memoria.

287. *ἄνα* legitur etiam in Troad. 99.

ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν, καὶ μή·
σὴν γὰρ φιλίαν σεβόμεσθα.

ΑΛ. Ἄδμηθ', ὁρᾷς γὰρ τἀμὰ πράγμαθ' ὡς ἔχει,
λέξαι θέλω σοι, πρὶν θανεῖν, ἃ βούλομαι.
ἐγώ σε πρεσβεύουσα, κἀντὶ τῆς ἐμῆς
ψυχῆς καταστήσασα φῶς τόδ' εἰσορᾶν,
θνήσκω, παρόν μοι μὴ θανεῖν, ὑπὲρ σέθεν,
ἀλλ' ἄνδρα τε σχεῖν Θεσσαλῶν ὃν ἤθελον,
καὶ δῶμα ναίειν ὄλβιον τυραννίδι,
οὐκ ἠθέλησα ζῆν ἀποσπασθεῖσα σοῦ
ξὺν παισὶν ὀρφανοῖσιν· οὐδ' ἐφεισάμην,
ἥβης ἔχουσα δῶρ', ἐν οἷς ἐτερπόμην.
καίτοι σ' ὁ φύσας χἠ τεκοῦσα προὔδοσαν,
καλῶς μὲν αὐτοῖς κατθανεῖν ἧκον βίου,
καλῶς δὲ σῶσαι παῖδα, κεὐκλεῶς θανεῖν·
μόνος γὰρ αὐτοῖς ἦσθα· κοὔτις ἐλπὶς ἦν,
σοῦ κατθανόντος, ἄλλα φιτύσειν τέκνα·

289. Valckenaerius ad Phœn. 1256. vim hujus formulæ illustrat exemplis ex Euripide et Sophocle petitis; quorum duo citabimus. Soph. Œd. T. 314. *Ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν.* Phil. 963. *ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ, Ἤδη 'στὶ, καὶ τὸ τοῦδε προσχωρεῖν λόγοις.*

291. γὰρ deest in Lasc.

292. "Ecce illud *πυκινὸν ἔπος*, de quo Andromacha Il. Ω. 744. *Οὐδέ τί μοι εἶπες πυκινὸν ἔπος, οὗτέ κεν αἰεὶ Μεμνήμην, νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα.* Quin et Tacitus Vit. Agric. 45. *excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus.*" J. Tate.

293. *ἐγώ σε* omnes. *πρεσβεύουσα* idem valet ac *προτιμῶσα* v. 156. Hæc significatio verbi *πρεσβεύειν* illustrata est ad Hippol. 5. *Τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη.*

296. In constructione repetendum est e præcedentibus ἀλλὰ [*παρόν μοι*] *σχεῖν τε ἄνδρα κ.τ.λ.* Θεσσαλὸν Lasc.

300. Ita Lasc. et MSS. Aldini typothetæ vitium *ἥβης* pro *ἥβης* primus editorum Musgravius e textu sustulit. Ipse tamen in Supplemento Notarum revocatum voluit *ἥβης*, quod mirabilibus defendit rationibus. Habent E. P. *δῶρον οἷς.* Lasc. *δῶρον ἐν οἷς.*

301. Gaisfordius citat in exemplum similis constructionis Herod. I. 30. *τοῦτο δὲ, τοῦ βίου εὖ ἥκοντι, ὡς τὰ παρ' ἡμῖν, τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη ἐπεγένετο.* Profecto non rarus est genitivus post *εὖ ἥκων*, apud Herodotum. v. 62. *χρημάτων εὖ ἥκοντες.* VII. 157. *σύ τε δυνάμιός τε ἥκεις μεγάλης.* ubi recte emendat *εὖ ἥκεις* Valckenaerius, hanc phrasim qua solet eruditione illustrans. Plura habent L. Bos. ad Lucian. Tom. II. p. 469. Wesseling. ad Herod. I. 149. Neminem vero morabitur participium *ἧκον* absolute positum, non aliter quam *παρὸν* v. 295. *ἐξὸν* v. 908. Exempla rei notissimæ post alios collegit Hermannus ad Viger. § 213. cui videntur hæc participia non accusativo casu, sed nominativo magis adhibita.

305. Ita B. Cott. *φυτεύσειν* edd. ante Musgravium, reclamante metro: nemo enim hodie Barnesium audiet, docentem *φυτεύειν* primam producere. Verbum *φιτύειν* in vulgarius *φυτεύειν* fere semper mutabant librarii. Infra v. 1156. legebatur *φυτεύσας.* eundem

ΑΔ. οἴμοι· τόδ' ἔπος λυπρὸν ἀκούω,
καὶ παντὸς ἐμοὶ θανάτου μεῖζον.
μή, πρὸς σὲ θεῶν, τλῇς με προδοῦναι,
μή, πρὸς παίδων, οὓς ὀρφανιεῖς·
ἀλλ' ἄνα, τόλμα·
σοῦ γὰρ φθιμένης, οὐκέτ' ἂν εἴην·

1440. (1438.) *Χαίρουσα καὶ σὺ στεῖχε.* citatis Med. 756. Phœn. 921. Soph. Trach. 819. Conf. infra v. 333. *Χαίροντες εὐφραίνοισθε.* 447. *χαίρουσα—οἰκετεύοις.* 829. *Χαίρων ἴθ'.* Habet *φῶς* Lascaris. *ὁρῷτον* omnes: sed præclare ostendit Elmsleius ad Arist. Acharn. 773. secundam personam dualem nunquam a tertia diversam fuisse; *ὁρῷτον* autem, *ἤλθετον, εἴχετον, ἐποιησάτον,* inventa esse Grammaticorum.

283. Potius expectasses *ἀκούειν* vel *ἀκοῦσαι.* Sed nolim vulgatum sine auctoritate sollicitare.

284. Soph. Ant. 933. *Οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω Τοὔπος ἀφῖκται.*

285–7. In Aldina legebatur *Μὴ πρὸς τῶν θεῶν τλῇς με προδοῦναι, 'Αλλ' ἀνατόλμα.* Hunc locum egregie restituit Porsonus ad Med. (325.) Ipsum audias; "Hiatum tollit Musgravius, e MSS. inserendo versum, *Μὴ πρὸς παίδων, ους ὀρφανιεῖς.* Optime. Sed duo menda, quanquam levicula, restant. Vix enim credo, compositum istud apud Græcos exstare, *ἀνατολμῶ.* Recte ed. Lasc. *'Αλλ' ἄνα, τόλμα. 'Αλλ' ἄνα* est phrasis Homerica; a Sophocle etiam usurpata Aj. 194. Præterea Tragici in ista adjurandi formula nunquam articulum addunt; Comici pro libitu vel addunt, vel omittunt, sed frequentius addunt. Cum igitur *τῶν* omittat Lascaris, quid planius quam legendum esse *Μὴ πρὸς σὲ θεῶν τλῇς με προδοῦναι*?" Porsonum secuti sunt Gaisford. Matthiæ. Hujus adjurandi formulæ, in qua pronomen *σὲ* inter præpositionem et nomen inseritur, satis exemplorum dedimus ad Hippol. 607. (603.)

Ibid. *τολμᾶν* et aoristus *τλῆναι* (nam *τλῆμι* et *τλάω* non extant) valent *sustinere,* quæ quidem significatio late se extendit. Est enim *sustinere,* (Angl. *to endure*) non obstante vel periculo, vel pudore, vel superbia, vel dolore animi, vel misericordia. I. Primæ significationis exempla sunt inf. 473. *σὺ τὸν αὐτᾶς Ἔτλας πόσιν ἀντὶ σᾶς ἀμεῖψαι Ψυχᾶς ἐξ Ἅιδα.* 853. *Ὦ πολλὰ τλᾶσα καρδία ψυχή τ' ἐμή.* Hom. Il. Δ. 94. *Τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν;* Æsch. Prom. 235. *'Εγὼ δ' ἐτόλμησ', ἐξερυσάμην βροτούς, Τὸ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν.* sic enim legendum puto cum ed. Rob. et duobus Codd. pro *τοῦ μὴ δ.* In his et similibus recte vertitur *audere, to have courage.* II. *sustinere citra pudorem:* Andr. 171. *Ἣ παιδὶ πατρὸς, ὃς σὸν ὤλεσεν πόσιν Τολμᾷς ξυνεύδειν.* Orest. 1527. *Μῶρος, εἰ δοκεῖς με τλῆναι σὴν καθαιμάξαι δέρην.* ubi pro *σὴν* mallem *σ' ἂν κ. δ.* III. Valet *to deign, condescend, submit;* ut v. 1. *ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεὸς περ ὤν.* 589. *Ἔτλα δὲ σοῖσι μηλονόμας Ἐν δόμοις γενέσθαι.* Æsch. Prom. 999. *Τόλμησον, ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε Πρὸς τὰς παρούσας πημονὰς ὀρθῶς φρονεῖν.* IV. *inducere animum,* quod Angli dicerent, *to prevail upon himself;* v. 568. *τοσαύτης ξυμφορᾶς προσκειμένης, Ἄδμητε, τολμᾷς ξενοδοχεῖν;* 757. *Ὃς πρῶτα μὲν πενθοῦντα δεσπότην ἰδὼν, Εἰσῆλθε, κἀτόλμησ' ἀμείψασθαι πύλας.* 1136. *Τόλμα προτείνειν χεῖρα καὶ θιγεῖν ξένης.* Hom. Od. Λ. 142. *οὐδὲ ὃν υἱὸν Ἔτλη ἔσαντα ἰδεῖν, οὐδὲ προτιμυθήσασθαι.* V. Postremi sensus exemplum noster suppeditabit versiculus, *μὴ τλῇς με προδοῦναι, do not have the cruelty to abandon me.* Med. 816. *'Αλλὰ κτανεῖν σὼ παῖδε τολμήσεις, γύναι;* 1325. *Ἥτις τέκνοισι σοῖσιν ἐμβαλεῖν ξίφος Ἔτλης τεκοῦσα.* Soph. Aj. 1332. *τὸν ἄνδρα τόνδε, πρὸς θεῶν, Μὴ τλῇς ἄθαπτον ὧδ' ἀναλγήτως βαλεῖν.* Notæ satis longæ finem imponam, postquam monuero, apud Latinos scriptores verbum *posse* iis fere sensibus usurpari quibus apud Græcos *τολμᾶν* et *τλῆναι.* Virg. Æn. IX. 481. *tune, illa senectæ Sera meæ requies,* POTUISTI *linquere solam, Crudelis?* XI. 306. *quos nulla fatigant Prælia, nec victi* POSSUNT *absistere ferro.* Plura suppeditabit Lectoris memoria.

287. *ἄνα* legitur etiam in Troad. 99.

ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν, καὶ μή·
σὴν γὰρ φιλίαν σεβόμεσθα.
ΑΛ. Ἄδμηθ', ὁρᾷς γὰρ τἀμὰ πράγμαθ' ὡς ἔχει,
λέξαι θέλω σοι, πρὶν θανεῖν, ἃ βούλομαι.
ἐγώ σε πρεσβεύουσα, κἀντὶ τῆς ἐμῆς
ψυχῆς καταστήσασα φῶς τόδ' εἰσορᾶν,
θνήσκω, παρόν μοι μὴ θανεῖν, ὑπὲρ σέθεν,
ἀλλ' ἄνδρα τε σχεῖν Θεσσαλῶν ὃν ἤθελον,
καὶ δῶμα ναίειν ὄλβιον τυραννίδι,
οὐκ ἠθέλησα ζῆν ἀποσπασθεῖσα σοῦ
ξὺν παισὶν ὀρφανοῖσιν· οὐδ' ἐφεισάμην,
ἥβης ἔχουσα δῶρ', ἐν οἷς ἐτερπόμην.
καίτοι σ' ὁ φύσας χἠ τεκοῦσα προὔδοσαν,
καλῶς μὲν αὐτοῖς κατθανεῖν ἧκον βίου,
καλῶς δὲ σῶσαι παῖδα, κεὐκλεῶς θανεῖν·
μόνος γὰρ αὐτοῖς ἦσθα· κοὔτις ἐλπὶς ἦν,
σοῦ κατθανόντος, ἄλλα φιτύσειν τέκνα·

289. Valckenaerius ad Phœn. 1256. vim hujus formulæ illustrat exemplis ex Euripide et Sophocle petitis; quorum duo citabimus. Soph. Œd. T. 314. Ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν. Phil. 963. ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ, Ἤδη 'στὶ, καὶ τὸ τοῦδε προσχωρεῖν λόγοις.

291. γὰρ deest in Lasc.

292. "Ecce illud πυκινὸν ἔπος, de quo Andromacha Il. Ω. 744. Οὐδέ τι μοι εἶπες πυκινὸν ἔπος, οὗτέ κεν αἰεὶ Μεμνήμην, νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα. Quin et Tacitus Vit. Agric. 45. *excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus.*" J. Tate.

293. ἐγώ σε omnes. πρεσβεύουσα idem valet ac προτιμῶσα v. 156. Hæc significatio verbi πρεσβεύειν illustrata est ad Hippol. 5. Τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη.

296. In constructione repetendum est e præcedentibus ἀλλὰ [παρόν μοι] σχεῖν τε ἄνδρα κ. τ. λ. Θεσσαλὸν Lasc.

300. Ita Lasc. et MSS. Aldini typothetæ vitium ἥβης pro ἥβης primus editorum Musgravius e textu sustulit. Ipse tamen in Supplemento Notarum revocatum voluit ἡοῦς, quod mirabilibus defendit rationibus. Habent E. P. δῶρον οἷς. Lasc. δῶρον ἐν οἷς.

301. Gaisfordius citat in exemplum similis constructionis Herod. I. 30. τοῦτο δὲ, τοῦ βίου εὖ ἥκοντι, ὡς τὰ παρ' ἡμῖν, τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη ἐπεγένετο. Profecto non rarus est genitivus post εὖ ἥκων, apud Herodotum. V. 62. χρημάτων εὖ ἥκοντες. VII. 157. σύ τε δυνάμιός τε ἥκεις μεγάλης. ubi recte emendat εὖ ἥκεις Valckenaerius, hanc phrasim qua solet eruditione illustrans. Plura habent L. Bos. ad Lucian. Tom. II. p. 469. Wesseling. ad Herod. I. 149. Neminem vero morabitur participium ἧκον absolute positum, non aliter quam παρὸν v. 295. ἐξὸν v. 908. Exempla rei notissimæ post alios collegit Hermannus ad Viger. § 213. cui videntur hæc participia non accusativo casu, sed nominativo magis adhibita.

305. Ita B. Cott. φυτεύσειν edd. ante Musgravium, reclamante metro: nemo enim hodie Barnesium audiet, docentem φυτεύειν primam producere. Verbum φιτύειν in vulgarius φυτεύειν fere semper mutabant librarii. Infra v. 1156. legebatur φυτεύσας. eundem

κἀγώ τ' ἂν ἔζων, καὶ σὺ τὸν λοιπὸν χρόνον,
κοὐκ ἂν μονωθεὶς σῆς δάμαρτος ἔστενες,
καὶ παῖδας ὠρφάνευες. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
θεῶν τις ἐξέπραξεν ὥσθ' οὕτως ἔχειν.
εἶεν· σὺ δή μοι τῶνδ' ἀπόμνησαι χάριν·
αἰτήσομαι γάρ σ' ἀξίαν μὲν οὔποτε·
ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον·
δίκαια δ', ὡς φήσεις σύ· τούσδε γὰρ φιλεῖς
οὐχ ἧσσον ἢ 'γὼ παῖδας, εἴπερ εὖ φρονεῖς·
τούτους ἀνάσχου δεσπότας ἐμῶν δόμων,
καὶ μὴ 'πιγήμῃς τοῖσδε μητρυιὰν τέκνοις,
ἥτις, κακίων οὖσ' ἐμοῦ γυνή, φθόνῳ
τοῖς σοῖσι κἀμοῖς παισὶ χεῖρα προσβαλεῖ.
μὴ δῆτα δράσῃς ταῦτά γ', αἰτοῦμαί σ' ἐγώ·
ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις
τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.

errorem ex aliis tragicorum versibus sustulerunt nuperi editores: Alcestidis loca notavit Wassius Misc. Obs. II. p. 198. legens *φιτεύσειν. φιτεύσας*: veram autem verbi scripturam monstravit Porsonus Append. ad Toup. Tom. IV. p. 443. Fluxit a *φῖτυ planta*. vid. Blomf. in Gloss. Æsch. Prom. 241.

306. Repetitur hic versus leviter mutatus infra v. 667. ubi recte vulgo editum est *ἔζων*. In nostro loco omnes editiones et Etymologus M. p. 413, 8. habent *ἔζην*, quod videtur a grammaticis inventum esse ad similitudinem secundæ tertiæque personarum *ἔζης, ἔζη. ἔζων* P. et pro varia lectione E. *κἀγώ γ'* Etymol.

307. Copulæ repetitio displicet Valckenaerio ad Phœn. 761. cui legendum videtur *Οὐκ ἄν*.

310. De potestate interjectionis *εἶεν* vid. ad Hippol. 297. Duæ sunt in hoc versu lectionis varietates, quarum neutra male se habet. *σὺ δ' ἡμῖν* Aldus; *σύ μοι νῦν* (l. *νυν*) B. D. Fl. hoc edidit Matthiæ. Ego vero sequor Lascar. et Codicem E. quoniam adhiberi solet *δή*, ubi præcedit *εἶεν*. vide Nostri Hel. 761. Electr. 618. et sic emendaverat Tyrwhittus. Deinde *τήνδ'* pro *τῶνδ'* Ald. perperam. confer Suppl. 1169. *Ὑμᾶς δὲ τῶνδε χρὴ χάριν μεμνημένους Σώζειν.*

311. Soph. Œd. T. 1004. *Καὶ μὴν χάριν γ' ἂν ἀξίαν λάβοις ἐμοῦ.* ubi constructio est *λάβοις ἂν* [*ἀπ'*] *ἐμοῦ.*

312. Habet Stobæus CXVIII. p. 601, 29. ed. Gesn. unde Fragmentis Incertis 79. Musgravius inseruit, notante Porsono Advers. p. 276. Barnesius laudat Hom. Il. I. 401. *Οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' ὅσα φασὶν Ἴλιον ἐκτῆσθαι, εὖ ναιόμενον πτολίεθρον, κ.τ.λ.*

313. *τούς γε* secunda Hervagiana vitio typorum; et inde ceteræ quoque edd. ante Musgr.

315. *δόμωμ* Lasc.

316. Eadem potestate adhibetur *ἐπὶ* v. 382. *μὴ γαμεῖν ἄλλην ποτὲ Γυναῖκ' ἐφ' ὑμῖν.* nec dissimili in Orest. 589. *οὐ γὰρ ἐπεγάμει πόσει πόσιν.* Med. 694. *Γυναῖκ' ἐφ' ἡμῖν δεσπότιν δόμων ἔχει.*

317. Ion. 1025. *φθονεῖν γάρ φασι μητρυιὰν τέκνοις.*

320. Fragm. Ægei 1. *Πέφυκε γάρ πως παισὶ πολεμία γυνὴ Τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρα πόσει.* Ita correxit Elmsleius in Museo Critico Tom. II. p. 3. pro vulg. *δευτέρῳ πόσει.*

καὶ παῖς μὲν ἄρσην πατέρ' ἔχει πύργον μέγαν·
σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, πῶς κορευθήσει καλῶς;
ποίας τυχοῦσα συζύγου τῷ σῷ πατρί;
μή σοι τιν' αἰσχρὰν προσβαλοῦσα κληδόνα,
ἥβης ἐν ἀκμῇ σοὺς διαφθείρῃ γάμους.
οὐ γάρ σε μήτηρ οὔτε νυμφεύσει ποτὲ,
οὔτ' ἐν τόκοισι σοῖσι θαρσυνεῖ, τέκνον,
παροῦσ', ἵν' οὐδὲν μητρὸς εὐμενέστερον.
δεῖ γὰρ θανεῖν με· καὶ τόδ' οὐκ εἰς αὔριον
οὐδ' εἰς τρίτην μοι μηνὸς ἔρχεται κακὸν,
ἀλλ' αὐτίκ' ἐν τοῖς οὐκέτ' οὖσι λέξομαι.
χαίροντες εὐφραίνοισθε· καὶ σοὶ μὲν, πόσι,
γυναῖκ' ἀρίστην ἐστὶ κομπάσαι λαβεῖν,
ὑμῖν δὲ, παῖδες, μητρὸς ἐκπεφυκέναι.
ΧΟ. θάρσει· πρὸ τούτου γὰρ λέγειν οὐχ ἅζομαι·
δράσει τάδ', ἤνπερ μὴ φρενῶν ἁμαρτάνῃ.

322. Post hunc sequebatur versus in omnibus edd. Ὃν καὶ προσεῖπε καὶ προσερρήθη πάλιν, quem ut ex v. 196. male repetitum delevi, obsecutus Piersono Verisim. p. 68. Uncinis inclusit Matthiæ.

323. De v. κορεύεσθαι conf. notata supra ad v. 179.

324. Dicebant Attici sine ullo discrimine σύζυξ, et σύζυγος: extat prior forma infra v. 944. Idem de ἄζυξ et ἄζυγος, νεόζυξ et νεόζυγος monuit Porsonus ad Med. 1366. (1363.) Constructio dativi post συζύγῳ ne pueros quidem morari potest. Correxit Reiskius ποίας pro ποίας, et in sequentibus ἤ σοι— διαφθερεῖ. et sic edidit Gaisfordius, vereor ut satis caute. Sana sunt, ut opinor, vulgata: ante μὴ διαφθείρῃ subintelligitur δέδοικα, ut in Hom. Iliad. P. 95. μή πως με περιστείωσ' ἕνα πολλοί.

327. Male conjicit Wakefield. ἤ γάρ σε μήτηρ. Pari modo repetitur negativa particula vv. 89. 342. 355. et alibi.

330. Lascaris ἐς hic et in v. seq.

331. Mœris p. 152. εἰς τρίτην ἡμέραν, Ἀττικῶς. εἰς τρίτην, καθ' ἑαυτὸ μόνον, Ἑλληνικῶς. Verum utramque dicendi rationem Atticis in usu fuisse patet e nota Piersoni ad Mœrin.

332. μηκέτις οὖσι Fl. vitiose pro μηκέτ' οὖτι, quod legit Scholiastes, explicans per νεκροῖς: sed vera sunt vulgata. λέξομαι idem valet ac λεχθήσομαι, quod verbo monuisse sat erit, siquidem futura ejus formæ passive significantia copiose tractavimus ad Hippol. 1460. (1458.)

333. Vid. notata ad v. 282.

336. οὐχ ἅζομαι Barnesius pro vulg. οὐ χάζομαι, observans ita legisse Scholiasten, qui exponit per οὐκ εὐλαβοῦμαι, citatque Hom. Il. E. 830. μηδ' ἅζεο θοῦρον Ἄρηα. Legitur quidem in Orest. 1116. Καὶ μὴν τόδ' ἔρξας δὶς θανεῖν οὐ χάζομαι. verum utrobique scribendum esse οὐχ ἅζομαι censent Heathius et Elmsleius ad Heracl. 600. (δυσφημεῖν γὰρ ἅζομαι θεάν.) quibus omnino assentior; et hoc quidem diserte agnoscit Hesychius v. οὐχ ἅζομαι· οὐ σέβομαι, οὐκ ἐντρέπομαι. rectius tamen interpretatur Schol. οὐκ εὐλαβοῦμαι. Quin et in suspicionem cadit verbum χάζεσθαι cum infinitivo adhibitum sensu *recusandi* vel *detrectandi*: alio quidem exemplo apud Tragicos caret; in Homericis autem est *recedere*.

ΑΔ. ἔσται τάδ', ἔσται, μὴ τρέσῃς· ἐπεί σ' ἐγὼ
καὶ ζῶσαν εἶχον, καὶ θανοῦσ' ἐμὴ γυνὴ
μόνη κεκλήσει, κοὔτις ἀντὶ σοῦ ποτε
τόνδ' ἄνδρα νύμφη Θεσσαλὶς προσφθέγξεται·
οὐκ ἔστιν οὕτως οὔτε πατρὸς εὐγενοῦς,
οὔτ' εἶδος ἄλλως ἐκπρεπεστάτη γυνή.
ἅλις δὲ παίδων· τῶνδ' ὄνησιν εὔχομαι
θεοῖς γενέσθαι· σοῦ γὰρ οὐκ ὠνήμεθα.
οἴσω δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον τὸ σόν,
ἀλλ' ἔς τ' ἂν αἰὼν οὑμὸς ἀντέχῃ, γύναι,
στυγῶν μὲν ἥ μ' ἔτικτεν, ἐχθαίρων δ' ἐμὸν
πατέρα· λόγῳ γὰρ ἦσαν, οὐκ ἔργῳ, φίλοι.
σὺ δ', ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα
ψυχῆς, ἔσωσας· ἆρά μοι στένειν πάρα,

338. *μὴ τρέσῃς* hic et alibi apud Euripidem absolute positum esse monet Porsonus ad Phœn. 1077. (1093.)

339. Wakefield. apposite laudat Virg. Æn. IV. 28. *Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores Abstulit; ille habeat secum, servetque sepulcro.*

340. *μούνη* Lasc.

341. *τόνδ' ἄνδρα* pro *ἐμέ*. Notissimæ circumlocutionis exempla habes in hac tragœdia vv. 706. 735. 1103. 1113. Simpliciter *τῷδε* pro *ἐμοί*, 752. 1109. Necnon utebantur feminæ hoc loquendi more; Æsch. Agam. 1438. *Κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος.* (scil. *ἐμοῦ*.) Soph. Trach. 305. *τῆσδέ γε ζώσης ἔτι.* —Nostrum versum recte interpretatur Hermannus, *Nulla me Thessala ut sponsa alloquetur.*

342. Heracl. 409. *ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς.* eadem locutio in ista fabula 490. 513.

343. *ἐκπρεπεστάτη* edd. omnes, probante Valckenaerio ad Phœn. 171. *εὐπρεπεστάτη* MSS. B. D. Fl. Legitur in Tro. 987. *Ἦν οὑμὸς υἱὸς κάλλος ἐκπρεπέστατος.* contra in Hec. 269. *Ἡ Τυνδαρὶς γὰρ εἶδος εὐπρεπεστάτη*: ubi tamen alterum probare videtur Porsonus ad v. 564. observans sæpe confundi *εὐπρεπής, εὐπρεπής, ἐκπρεπής*. Wakefieldius edidit *ἄλλων* pro *ἄλλως*, et illud quidem defendit Blomfieldius ad Æsch. Pers. 189. sed sana sunt, ut opinor, vulgata. Pleonastice ponitur *ἄλλως*, ut in Soph. Phil. 947.—valet *ut alia referam.*

345. De verbo *ὠνήμεθα* videndus Valck. ad Theocr. Adon. 55. p. 362. A.

346. *τὸ σὸν* Lasc. Ceteri *τόδε*. Significatur annuum luctus spatium infra quoque v. 443. Quænam apud veteres legitima tempora lugendi fuerint parentibus, propinquis, conjugibus, diligenter quæsivit Kirchmannus De Fun. Rom. IV. c. 10.

347. *αἰὼν vita*, hic et infra v. 490. Hesych. *αἰών· ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς ζωῆς χρόνος.* valet idem pluries apud nostrum. Citat Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Prom. 887. inter alia hujus significationis exempla, Homer. Il. X. 58. *φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς.*

349. Porson. ad Phœn. 502. (512.) "*λόγος* et *ἔργον* quoties opponantur, præsertim a Tragicis, nemo ignorat." Nostro similis est locus Orest. 287. *Τοῖς μὲν λόγοις ηὔφρανε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.*

350. *τὰ φίλτατα.* conferas quæ dicta sunt ad Hippol. 965. (969.) et citatis adjicias Electr. 576.

351. *ἆρα* vertendum est *nonne*, uti infra v. 787. *ἆρα τὸν ξένον Στυγῶ δικαίως, ἐν κακοῖς ἀφιγμένον*; Soph. Aj. 277. *Ἆρ' ἐστὶ ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά*; Æsch. Choeph. 297. *Τοιοῖσδε χρησμοῖς ἆρα χρὴ πεποιθέναι*; 495. *Ἆρ' ἐξεγείρει τοῖσδ' ὀνείδεσιν, πάτερ*; Aris-

τοιᾶσδ' ἁμαρτάνοντι συζύγου σέθεν;
παύσω δὲ κώμους, ξυμποτῶν θ' ὁμιλίας,
στεφάνους τε, μοῦσάν θ', ἣ κατεῖχ' ἐμοὺς δό-
μους.
οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν βαρβίτου θίγοιμ' ἔτι,
οὔτ' ἂν φρέν' ἐξαίροιμι πρὸς Λίβυν λακεῖν
αὐλόν· σὺ γάρ μου τέρψιν ἐξείλου βίου.
σοφῇ δὲ χειρὶ τεκτόνων δέμας τὸ σὸν
εἰκασθὲν ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται·
ᾧ προσπεσοῦμαι, καὶ περιπτύσσων χέρας,
ὄνομα καλῶν σὸν, τὴν φίλην ἐν ἀγκάλαις
δόξω γυναῖκα, καίπερ οὐκ ἔχων, ἔχειν·
ψυχρὰν μὲν, οἶμαι, τέρψιν· ἀλλ' ὅμως βάρος

toph. Av. 797. Ἆρ' ὑπόπτερον γενέσθαι παντός ἐστιν ἄξιον; In his exemplis, interrogatio est ejusmodi, ut affirmans responsio sequi debeat. vid. Herman. ad Vig. § 294. Schaefer. Mel. Crit. p. 89. Tragicos tamen ἆρα vel ἆρ' οὐ pro arbitrio usurpare auctor est Porsonus Præf. ad Hec. p. xi. (8.)

353. Aristoph. Plut. 1040. Ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν: φαίνεται· Στέφανόν γε τοι καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται. ubi de κῶμος quædam habet Hemsterhusius.

354. Similis est usus τοῦ κατέχειν in Tro. 555. Φονία δ' ἀνὰ πτόλιν Βοὰ κατεῖχε Περγάμων Ἕδρας. Æsch. Pers. 426. οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ Κωκύμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα. Hom. Il. II. 78. οἱ δ' ἀλαλητῷ Πᾶν πεδίον κατέχουσι.

356. Ita B. D. et Schol. ἐξάροιμι mendose edd. ante Musgr. Wakefieldius conjecit ἐξάραιμι, et hoc mallet Elmsleius, propter aoristum θίγοιμι præcedentem, observans in Soph. Aj. 469. pro εὐφράναιμι Aldinam exhibere εὐφράνοιμι.—Sed monet Matthiæus θιγεῖν βαρβίτου rem non continuam sed semel factam, ἐξαίρειν φρένα animi habitum quendam designare. Significat vero ἐξαίρειν idem fere ac ἐπαίρειν, scil. excitare, impellere, hic et in Hippol. 323. (322.) Τί γὰρ τὸ δεινὸν τοῦθ', ὅ σ' ἐξαίρει θανεῖν; quod nos ibi monuimus.

Ibid. Tibiæ e loto Libyco (hoc est, Africano) paratæ meminit Noster in Iph. A. 1036. (937.) Τίς ἆρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος—; Tro. 544. Λίβυς τε λωτὸς ἐκτύπει. Helen. 170. ἔχουσαι τὸν Λίβυν λωτόν. Herc. F. 683. Παρά τε χέλυος ἑπτατόνου Μολπὰν, καὶ Λίβυν αὐλόν. Citat Barnesius Theophrast. Περὶ Φυτῶν Lib. IV. ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος. Ceterum λακεῖν, quod frequenter apud Tragicos dicitur de canentibus vaticinia, nunc significat *cantare ad tibiam*; Phœn. 788. λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει Μοῦσαν, ἐν ᾧ χάριτες χοροποιοί. Videas Spanhemium ad Callim. H. in Dian. 243.

358. τὸ σὸν δέμας Lasc. Confer Nostri Andromedam, Fragm. 12. (127.) παρθένου τ' εἰκώ τινα Ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τεχνασμάτων, Σοφῆς ἄγαλμα χειρός. Ita legendum est pro vulg. τειχισμάτων. εἰκῶ pro εἰκόνα Musgr.

361. οὔνομα Lasc.

363. ψυχρὰν τέρψιν. hujus accusativi rationem exposui supra ad v. 7. Simillimus est locus Helenæ v. 35. καὶ δοκεῖ μ' ἔχειν, Κενὴν δόκησιν, οὐκ ἔχων. Ceterum οἶμαι interjectum est διὰ μέσου, quod licet haud raro factum sit, editores fefellit. Vim hujus vocis ex sequentibus percipiet lector, sive verterit, *I suppose*, sive, quod sensum propius attingit, *no doubt*, cum nonnulla ironiæ significatione. Infra v. 581. Καὶ τῷ μὲν, οἶμαι, δρῶν τάδ' οὐ φρονεῖν δοκῶ. Med. 311. σὺ δ', οἶμαι, σωφρονῶν ἕδρας τάδε. Heracl. 511. 968. Χρῆν δ' αὐτὸν, οἶμαι, τῇδ' ἀπιστῆσαι χθονί. Jamdudum, ut

ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν· ἐν δ' ὀνείρασι
φοιτῶσά μ' εὐφραίνοις ἄν· ἡδὺ γὰρ φίλος
κἀν νυκτὶ λεύσσειν, ὅντιν' ἂν παρῇ χρόνον.
εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶσσα καὶ μέλος παρῆν,
ὥστ' ἢ κόρην Δήμητρος, ἢ κείνης πόσιν
ὕμνοισι κηλήσαντά σ' ἐξ Ἅιδου λαβεῖν,
κατῆλθον ἄν· καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων,
οὔθ' οὑπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων
ἔσχον, πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον.
ἀλλ' οὖν ἐκεῖσε προσδόκα μ', ὅταν θάνω,
καὶ δῶμ' ἑτοίμαζ', ὡς ξυνοικήσουσά μοι.
ἐν ταῖσιν αὐταῖς γάρ μ' ἐπισκήψω κέδροις

opinor, sententiam mutavit Vir doctissimus (Elmsleius) qui in nostro versu pro *οἶμαι* emendabat *οἶδα*.

364. Hesychius *ἀπαντλοίην ἄν· ἐπικουφίσαιμι ἄν*. Euripidis locum respexit, observante H. Stephano Thes. I. p. 467. H. *ὀνείρασιν* Lasc.

365. *εὐφρένοις* Lasc. solito errore. *φίλοις* Codices et edd. Ald. Lasc. Hervag. 1. *φίλον* Hervag. 2. et sic sequentes. Musgravius e conjectura dedit *φίλος*, quod post Gaisfordium et Matthiæum recepi. Hunc loquendi modum adamasse Euripidem dixi ad Hippol. 443. (445.) Conferre possis Med. 1094. *δι' ἀπειροσύνην Εἴθ' ἡδὺ βροτοῖς, εἴτ' ἀνιαρὸν Παῖδες τελέθουσ'*. Fragm. Danaæ XIV. 6. (Fr. 331.) *Καὶ ξυννεάζων ἡδὺ παῖς νέῳ πατρί*. Fragm. Phryxi V. (Fr. 815.) *Γυνὴ γὰρ ἐν κακοῖσι καὶ νόσοις πόσει Ἥδιστόν ἐστι*. Mallet Elmsleius *φίλους*: qui tamen legerit citata, quorum numerus nullo negotio augeri possit, mecum, ni fallor, Musgravii lectionem amplectetur.

366. *χ' ὅντιν' ἂν π. χ.* Jacobsius Anim. p. 34. *παρῇς* Wakefield.

367. *γλῶττα* omnes ante Wakef. Huic germanus est locus Iph. A. 1211. (1106.) *Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον, Πείθειν ἐπᾴδουσ' ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας Κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην, Ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον.* ubi nostra indicat Barnesius. Conferas quoque Med. 543. *Μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος*. Videtur proverbiale fuisse *Ὀρφέως μέλος*. Valckenaerius Diatr. p. 261. c. cum hoc dicto comparat Eurip. ap. Athen. XV. init. p. 665. A. (Fr. 845.) *τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλος*.

368. *ὡς τὴν κόρην* Libri omnes. *ὥστ' ἢ κόρην* correctio est Reiskii; et hoc, consentientibus Viris doctis, Censore Anglo, Matthiæo, et Hermanno, edendum esse judicavi. Recte articulus abest. vid. inf. 862.

369. Ita Lasc. *κηλήσαντ' ἂν* Aldina cum reliquis edd. vett. Correxit Canterus Hesych. *κηλεῖ· πραΰνει, θέλγει, πείθει*.

371. Ita B. D. E. Fl. Lasc. *αὖ* pro *ἂν* vitiose Ald. reponendum esse *ἂν* monuit Valckenaerius ad Phœn. (404.) et reposuit Musgravius. Charon infra v. 451. *ὅς τ' ἐπὶ κώπᾳ Πηδαλίῳ τε γέρων Νεκροπομπὸς ἵζει*. Vid. ad v. 262.

372. *ἔσχον*. "Recte infertur verbum plurale, sive duo singularia nomina conjunguntur, sive disjunguntur." Porsonus ad Hec. 88. (86.) hæc citans. Hecubæ locus est, *Ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν, ἢ Κασάνδραν ἐσίδω, Τρῳάδες, Ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους;*

373. Vulgo interpretantur *expecta me illic, dum moriar*: debebant *expecta me illuc venturum, quum moriar*.

374. Noster Electr. 1144. *νυμφεύσει δὲ κἀν Ἅιδου δόμοις Ὧπερ ξυνεῦδες ἐν φάει*.

375. Schol. *ἐντελοῦμαι γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς σόροις σὺν σοὶ ἐμὲ θάψαι*. Citat Wakefieldius Orest. 1053. *Καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν, κέδρου τεχνάσματα*. "De Cedro Scholiastes Nicandri Θηριακοῖς. *Ἡ κέδρος τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ποιεῖ, τὸ νοτερὸν καὶ τὸ ῥευστικὸν ἐξωθοῦσα·*

σοὶ τούσδε θεῖναι, πλευρά τ' ἐκτεῖναι πέλας
πλευροῖσι τοῖς σοῖς· μηδὲ γὰρ θανών ποτε
σοῦ χωρὶς εἴην τῆς μόνης πιστῆς ἐμοί.
ΧΟ. καὶ μὴν ἐγώ σοι πένθος, ὡς φίλος φίλῳ,
λυπρὸν ξυνοίσω τῆσδε· καὶ γὰρ ἀξία.
ΑΛ. ὦ παῖδες, αὐτοὶ δὴ τάδ' εἰσηκούσατε
πατρὸς λέγοντος, μὴ γαμεῖν ἄλλην ποτὲ
γυναῖκ' ἐφ' ὑμῖν, μήδ' ἀτιμάσειν ἐμέ.
ΑΔ. καὶ νῦν γέ φημι, καὶ τελευτήσω τάδε.
ΑΛ. ἐπὶ τοῖσδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου.
ΑΔ. δέχομαι φίλον γε δῶρον ἐκ φίλης χερός.
ΑΛ. σύ νυν γενοῦ τοῖσδ' ἀντ' ἐμοῦ μήτηρ τέκνοις.
ΑΔ. πολλή μ' ἀνάγκη, σοῦ γ' ἀπεστερημένοις.

ὅθεν καὶ Νεκρῶν Ζωὴν ἔνιοι αὐτὴν ἐκάλεσαν. Plinius Lib. XXIV. cap. 5. *Cedrus magna, quam Cedrelatem vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur. Defuncta corpora incorrupta ævis servat, viventia corrumpit; mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, defunctis pro vita sit.* Huic Cedriæ inesse vim *ξηραίνειν καὶ ἄσηπτα φυλάττειν τὰ τεθνεῶτα μόρια*, Galenus scribit Lib. VII. Simpl. Medic. quam Dioscorides *φυλακτικὴν τῶν νεκρῶν σωμάτων* appellavit Lib. I. de Cedro." Hæc *Kirchmannus De Fun. Rom.* I. 8. Conferendus etiam Noster Tro. 1141. *'Αλλ' ἀντὶ κέδρου, περιβόλων τε λαΐνων, Ἐν τῇδε θάψαι παῖδα.*

376. In Aldina legitur corrupte et violato metro, *Σοὶ, τάσδε θεῖναι πλευρὰς, ἐκτεῖναι πέλας.* Aliorum opiniones, qui hæc verba vel defenderunt vel emendarunt, memorare supersedeo. Euripidis enim versum certissime restituit Jo. Piersonus Verisim. p. 69. et ita scriptum in omnibus Codicibus et ed. Lasc. invenit Musgravius. Quanta crux librariis esset *πλευρὰ*, ostendit Porsonus ad Hec. 826. (814.) et Orest. 223. (217.) allatis quibusdam Tragicorum locis, in quibus hæc pluralis forma obliterata erat. Videndus est etiam Elmsleius ad Heracl. 824. Suspicatur ille vocabula *πλευραὶ, πλευρὰς, πλευραῖς* in Tragicorum scriptis ubique vitiosa esse. Ceterum conjecit Marklandus *παῖσδε* et *πλευρά τ'*, veritati proxime. Ediderat Barnesius *Σοὶ τἀμὰ θεῖναι πλευρὰ, συνθεῖναι πέλας*—partim ex ingenio, partim e Libro Heinsio-Scaligerano, quo utebatur.

377. Aristoph. Acharn. 893. *μηδὲ γὰρ θανών ποτε Σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης.* Nostri loci parodiam esse observavit Brunckius.

381. *εἰσακούσατε* Lasc.

382. Conjecit Marklandus legendum *ποτ' ἂν* vel inserendum *σφ'* ante *ἄλλην*. Verum hujus nihil opus; illud, ut opinor, solœcum esset: *γαμεῖν* est infinitivus futuri. Conferas Helen. 836. *Τί φῄς; θανεῖσθαι, κοὔποτ' ἀλλάξειν λέχη;—'Επὶ τοῖσδε τοίνυν δεξιᾶς ἐμῆς θίγε: Ψαύω, θανόντος σοῦ τόδ' ἐκλείψειν φάος.*

383. Confer v. 316. et ibi notata.

384. Noster Electr. 1057. *Καὶ νῦν γέ φημι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι, τέκνον.*

385. De anapæstis senarios Tragicos inchoantibus vid. Mus. Crit. I. p. 63. *ἐπὶ τοῖσδε* recte Melancthonis versio, *hac conditione.*

387. Primus edidi *σύ νυν.* Ceteri omnes habent *νῦν*: quod sane haud mirum est, siquidem eandem scripturam etiam contra metrum editiones vulgatæ frequentissime exhibent: vid. v. 151. Wakef. laudat Hom. Il. Z. 429. *Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ, 'Ηδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.* Hos quidem versus dulcissimos imitati sunt multi; dubito autem an huc respexerit Euripides.

388. *πολλή γ' ἀνάγκη* omnes edd. Sed invenuste repetitur *γε*, et lectio,

ΑΛ. ὦ τέκν', ὅτε ζῆν χρῆν μ', ἀπέρχομαι κάτω.
ΑΔ. οἴμοι, τί δράσω δῆτα σοῦ μονούμενος;
ΑΛ. χρόνος μαλάξει σ'· οὐδέν ἐσθ' ὁ κατθανών.
ΑΔ. ἄγου με σύν σοι, πρὸς θεῶν, ἄγου κάτω.
ΑΛ. ἀρκοῦμεν ἡμεῖς οἱ προθνήσκοντες σέθεν.
ΑΔ. ὦ δαῖμον, οἵας συζύγου μ' ἀποστερεῖς.
ΑΛ. καὶ μὴν σκοτεινὸν ὄμμα μου βαρύνεται.
ΑΔ. ἀπωλόμην ἄρ', εἴ με δὴ λείψεις, γύναι.
ΑΛ. ὡς οὐκ ἔτ' οὖσαν, οὐδὲν ἂν λέγοις ἐμέ.
ΑΔ. ὄρθου πρόσωπον· μὴ λίπῃς παῖδας σέθεν.
ΑΛ. οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ'· ἀλλὰ χαίρετ', ὦ τέκνα.
ΑΔ. βλέψον πρὸς αὐτούς, βλέψον. ΑΛ. οὐδέν εἰμ' ἔτι.
ΑΔ. τί δρᾷς; προλείπεις; ΑΛ. χαῖρ'. ΑΔ. ἀπωλόμην τάλας.
ΧΟ. βέβηκεν. οὐκ ἔτ' ἐστὶν Ἀδμήτου γυνή.

ΕΥΜΗΛΟΣ.

ἰώ μοι τύχας· μαῖα δὴ κάτω στρ.

quam ex emendatione dedi, responsioni melius convenit. Docuit, post Brunckium, Porsonus ad Med. 1013. (1009.) promiscue usurpari πολλή μ' ἀνάγκη, πολλή γ' ἀνάγκη, et πολλή 'στ' ἀνάγκη.

389. ζῆν μ' ἐχρῆν Lasc. Ald. quod metrum aperte vitiat. Primus correxit Musgravius e MSS. B. D. χρὴ Fl. et Schol. qui exponit, νέαν οὖσαν δηλονότι.

391. Χρόνος μαλάξει iterum legitur infra 1104. et Orest. 1200. Καί νιν δοκῶ, τὸ πρῶτον ἦν πολὺς παρῇ, Χρόνῳ μαλάξειν σπλάγχνον.

393. Soph. Ant. 547. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ.

395. Lasc. vitiose καὶ μὴμ, et in v. seq. ἀπολώμην, λείψῃς. Quin et Barnesius, typothetæ incuria, λείψει, quod ne in sequentibus repeteretur, monuit Musgravius: vitium tamen illud solita religione servavit Beckius.

399. Οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ'. Idem hemistichium Hippol. 324. Deinde χαιρέτω τέκνα Lasc. Ald. et edd. ante Musgr. qui e Codd. B. D. Fl. correxit. Pariter emendavit Porsonus Hippol. 1094. (1097.)

400. βλέψον πρὸς αὐτούς, βλέψον. Eadem verba in Heracl. 225. quod ibi notat Elmsleius.

401. προλείπεις μ' Fl. χαῖρε Lasc.

403. ἰώ μοι μοι τύχας, μαῖα δὲ Lasc. Elmsl. forte legendum putat ἰὼ ἰὼ τ. Vox μαῖα, nutricis magis propria, nunc pro *matre* adhibetur. Vid. not. ad Hippol. 243. Quam inconstans esset usus talium appellandi formularum, patebit e verbis Eustathii ad Il. Ξ. p. 971. 34=957, 40. περὶ δέ γε τήθης καὶ μάμμης, οὕτω φασί τινες. Τήθην οἱ Ἕλληνες τὴν πατρὸς ἢ μητρὸς μήτερα· οἱ δὲ παλαιοὶ ἀκύρως μάμμην καὶ μαῖαν· μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ καὶ μαμμαίαν τὴν μήτερα καλοῦσιν· ἣν δὲ οἱ πολλοὶ τήθην, τηθίδα· μαῖαν δὲ, ὡς ἡμεῖς, τὴν ὑπὸ Ἰώνων ὀμφαλητόμον (scil. *obstetricem*). Idem ad Odyss. Τ. p. 1873, 41=708, 1. (v. 482. Μαῖα, τίη μ' ἐθέλεις ὀλέσαι; σὺ δέ μ' ἔτρεφες αὐτὴ Τῷ σῷ ἐπὶ μαζῷ.) τοιαύτη γὰρ ἡ κυρίως μαῖα, κατὰ μήτερα τρέφουσα.

βέβακεν, οὐκέτ' ἐστὶν, ὦ
πάτερ, ὑφ' ἁλίῳ·
προλιποῦσα δ' ἀμὸν
βίον ὠρφάνισεν τλάμων.
ἴδε γὰρ, ἴδε βλέφαρον, καὶ
παρατόνους χέρας.
ὑπάκουσον, ἄκουσον, ὦ
μᾶτερ, ἀντιάζω σ'·
ἐγώ σ', ἐγὼ, μᾶτερ,
[νῦν γε] καλοῦμαι, ὁ σὸς ποτὶ σοῖσι πί-
τνων στόμασιν νεοσσός—

ΑΔ. τὴν οὐ κλύουσαν, οὐδ' ὁρῶσαν· ὥστ' ἐγὼ
καὶ σφὼ βαρείᾳ ξυμφορᾷ πεπλήγμεθα.

ΕΥ. νέος ἐγὼ, πάτερ, λείπομαι φίλας ἀντ.
μονόστολός τε ματρός· ὦ
σχέτλια δὴ παθὼν
ἐγὼ ἔργα * *
* * * *

404. *βέβηκεν* edd. præter Lasc.

406. Omnes etiam *ἀμὸν*, de qua forma vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 413. Non raro quidem a Nostro usurpatur, postulante metro; nescio autem an rectius in hoc loca reponenda sit communis forma *ἐμὸν*. Quum tamen desint verba antistrophica, satius duxi nihil novare.

407. *ὠρφάνισσε* Barnesius sine causa, et lectore non consulto.

408. "Metro melius conveniret *ἴδε γὰρ δή*." *Musgr.* Satis conveniunt vulgata: duæ breves syllabæ respondent longæ *μοι* in antistr. v. 421.

409. *χεῖρας* Lasc.

411. Addidi *σ'*, ut vitetur hiatus, quo caret versus antistrophicus.—Pronomen, quod ex emendatione addideram, diserte exhibet Cod. Havn. Me secutus est Hermannus.

413. *νῦν γε* omittit Lascaris et quatuor MSS. Has voces cum Elmsleio credo interpolatas esse metri gratia. *προσπιτνῶν* Ald. *πιτνῶν* Lasc. D. Fl. Musgr. Matth. *πιτνὼν* Gaisf. Vid. v. 103. Non displiceret *ποτὶ σοῖς προπίτνων*.

414. *νεοσσοὺς* de *liberis* dicere amabant Tragici. Vid. Androm. 441. Ἦ *καὶ νεοσσὸν τόνδ' ἀπὸ πτερῶν σπάσας;* Iph. A. 1248. (1143.) Ὁ *μὲν νεοσσός ἐστιν, ἡ δ' ηὐξημένη.* Heracl. 239. Herc. F. 224. 982. Citat Wakefield. Æsch. Choeph. 500. *Καὶ τῆσδ' ἄκουσον λοισθίου βοῆς, πάτερ, Ἰδὼν νεοσσοὺς τούσδ' ἐφημένους τάφῳ.* Conferas etiam Nostri Tro. 746. Herc. F. 72.

415. *ταύτην δὴ καλεῖς τὴν οὔτε κλύουσαν, οὔτε ὁρῶσαν.* Schol.—*τήν γ'* Hermannus.

418. *μονόστολος.* Ita vocem exponit Scholiastes. *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν μονοστελλομένων πλοίων. μονόστολος οὖν ἀντὶ τοῦ ἔρημος.* Noster Phœn. 742. *μονοστόλου δορός.* Ceterum constructio verborum eadem in Med. 52. *Πῶς σοῦ μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει;* utrobique genitivus pendet a verbo *λείπεσθαι.*

419. Suppl. 1074. *σχέτλια τάδε παθών.* ubi fallitur Marklandus corrigens *σχέτλιε* et *τόδε.*

420. Hiatum primus detexit Canterus: ex ingenio suppleverunt Barnesius et Wakefieldius.

σύ τε μοι, ξύγκασι κούρα,
ξυνέτλας· ὦ πάτερ,
ἀνόνατ', ἀνόνατ' ἐνύμ-
φευσας, οὐδὲ γήρως
ἔβας τέλος ξὺν τᾷδ',
ἔφθιτο γὰρ πάρος, οἰχομένας δὲ σοῦ,
μᾶτερ, ὄλωλεν οἶκος.

ΧΟ. Ἄδμητ', ἀνάγκη τάσδε συμφορὰς φέρειν·
οὐ γάρ τι πρῶτος, οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν,
γυναικὸς ἐσθλῆς ἤπλακες· γίγνωσκε δὲ,
ὡς πᾶσιν ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται.

ΑΔ. ἐπίσταμαί γε, κοὐκ ἄφνω κακὸν τόδε
προσέπτατ'· εἰδὼς δ' αὔτ' ἐτειρόμην πάλαι.
ἀλλ', ἐκφορὰν γὰρ τοῦδε θήσομαι νεκροῦ,

421. *σύ τ' ἐμοὶ* omnes præter Lasc. Matth. *κούρα* recte Musgr. ex P. et Lasc. Aldus ceterique *κόρα*, unde vox *συγκασικόρα* irrepsit in H. Steph. Thes. Tom. II. p. 86. C. Noster Iph. T. 800. (778.) *Ὦ ξυγκασιγνήτη τε, κἀκ ταὐτοῦ πατρὸς Ἀγαμέμνονος γεγῶσα.* Scholiasta citat synonyma *συνόμαιμε, συναδελφέ.*

422. Seidler. de Dochm. p. 103. delet ὦ, ob strophicum. Mallem participium *ξυντλᾶσ'*; quod numeris dochmiacis paullo convenientius esset, et præcedentibus *παθὼν ἐγὼ* melius responderet.

423. *ἀνόνητ' ἀνόνητ'* vulgo. Dorismum restituit Matthiæus. Adverbialem hujus vocabuli usum illustravi ad Hippol. 1145. (1140.) q. v. *ἀνόνητον γάμον* est in Orest. 1502.

425. Conferendum est Med. 920. *Ἴδοιμι δ' ὑμᾶς εὐτραφεῖς ἥβης τέλος Μολόντας.* Scilicet *τέλος ἥβης—γήρως*, diceremus Angli, *the period of youth, the period of old age.* *σὺν τῷδ'* Lasc.

428. Corrupte *ἀνάκη* et *συμορὰς* Lascaris.

429. Eadem fere repetit Chorus infra v. 916. Τλᾶθ'· *οὐ σὺ πρῶτος ὤλεσας Γυναῖκα.* 954. Τί *νέον τόδε; πολλοὺς Ἤδη παρέλυσεν θάνατος δάμαρτος.* Usitatissimum illud consolationis genus attigi ad Hippol. 835. (836.) allegans Brunckii notam ad Soph. Electr. 153. Alia exempla habet Valckenaerius Diatr. p. 179. B. C. Nostrum locum attulit Scholiasta ad Hippolytum, citans *οὐ γάρ τοι*, solenni vitio. Vid. Blomfield. ad Æsch. Theb. 222.

430. *ἤμπλακες* Lasc. Ald. ceterique præter Gaisf. *ἥμαρτες* Schol. ad Hipp. 835. (836.) Vide notata supra ad v. 247.

431. Ita loquitur infra v. 798. *Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.* Androm. 1271. *Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν Ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν ὀφείλεται.* ut recte edidit Gaisfordius. Wakefieldius confert Hor. A. P. 63. *Debemur morti nos nostraque.*

432. ΑΔ. deest in Ald. Herv. I.—*ἐπίσταταί τε* Hermannus e tribus codicibus.

433. Soph. Aj. 282. *Τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο;* ubi Brunckius contra librorum consensum edidit *προσέπτετο.* Utramque formam Atticis adhibitam esse docet Porsonus ad Med. I. In Tragicis vero *πτάσθαι* præfert Elmsleius ad Soph. Œd. T. 17. cum alteram formam nonnisi duobus in locis exhibeant libri.

434. Suidas, *ἐκφοράν· ταφήν· ἐκ τοῦ ἐπὶ μνήματος ἐκφέρεσθαι.* Eandem habet glossam Hesychius, sed corruptam. Vox in hoc sensu legitur apud Æschylum Theb. 1024. Aristoph. Plut. 1008. Eccles. 926. Verbum *ἐκφέρειν* pro *sepelire* infra v. 732. *Ἀλλ' οὐ σὺ νεκρὸν*

πάρεστε, καὶ μένοντες ἀντηχήσατε
παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ.
πᾶσιν δὲ Θεσσαλοῖσιν, ὧν ἐγὼ κρατῶ,
πένθους γυναικὸς τῆσδε κοινοῦσθαι λέγω,
κουρᾷ ξυρηκεῖ, καὶ μελαμπέπλῳ στολῇ.
τέθριππά θ' οἳ ζεύγνυσθε, καὶ μονάμπυκας
πώλους, σιδήρῳ τέμνετ' αὐχένων φόβην.
αὐλῶν δὲ μὴ κατ' ἄστυ, μὴ λύρας κτύπος
ἔστω, σελήνας δώδεκ' ἐκπληρουμένας.
οὐ γάρ τιν' ἄλλον φίλτερον θάψω νεκρὸν
τοῦδ', οὐδ' ἀμείνον' εἰς ἔμ'. ἀξία δέ μοι

ἀντὶ σοῦ τόνδ' ἐκφέρεις; Notissima sunt in hoc usu apud Latinos *efferre*, et *elatio*. Locutionem *τάφον θέσθαι* habet Sophocles Œd. T. 1447.

436. *Παιὰν* de quovis hymno, etiam qui Diis infernis accinebatur, dictum est, notante Abreschio ad Æsch. Choeph. 151. (*Παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας*.) ubi versum Alcestidis citat Scholiastes. Dixit igitur Æschylus Theb. 868. *Ἀΐδη τ' Ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν*. Agam. 645. *Πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων*. Noster Tro. 578. *Τί παιᾶν' ἐμὸν στενάζεις*; In his vero et similibus credo per euphemismum dictum esse: certe nonnunquam inter Pæanas et luctuosas nænias distinguunt Poetæ: vid. Stanl. ad Æsch. Choeph. 151. Citant Viri docti Hom. Il. I. 158. *Ἀΐδης τοι ἀμείλιχος, ἠδ' ἀδάμαστος*. ad quem locum Scholiastes Venetus et Eustathius conferunt Fragm. Æschyli Niobæ, (147.) *Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ, Οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων λάβοις, Οὐδ' ἐστὶ βωμὸς, οὐδὲ παιωνίζεται*.

438. *πένθος* omnes præter Gaisfordium, qui sequitur Valckenaerium ad Phœn. 375. citantem *πένθους* ex Codice Florentino; recte, ut opinor. Conferas constructiones locorum quæ sequuntur: Phœn. 1709. *Ἐπεὶ προθυμεῖ τῆσδε κοινοῦσθαι φυγῆς*. Andr. 654. *Τοῦ σοῦ τε παιδὸς αἵματος κοινουμένην*. Cycl. 297. *Ὧν καὶ σὺ κοίνου*. 634. *ὡς ἂν τῆς τύχης κοινώμεθα*. Idem Codex habet *θέλω* pro *λέγω*.

439. MS. apud Valck. *μελαγχίμοις πέπλοις*, per errorem, ut videtur, ex loco Phœnissarum 371. (382.) *σὲ δέρκομαι Κάρα ξυρηκὲς καὶ πέπλους μελαγχίμους Ἔχουσαν*. Inde vero *κάρᾳ ξυρηκεῖ* legendum suspicatur Blomfieldius: observans tamen vulgatum defendere Tro. 141. *Κουρᾷ ξυρηκεῖ πενθήρει*. (ubi *ξυρ.* e nostro versu irrepsisse putat Hermannus.) infra v. 528. *κουρᾷ πενθίμῳ*. 834. *κουρὰν βλέπεις, Μελαμπέπλους στολμούς τε*. De hac notissima veterum consuetudine multa dedit Kirchmannus de Fun. Rom. II. 13. 14.

440. Vulgo *τέθριππά τε ζεύγνυσθε*. Aliam lectionem *τέθριππά θ' οἳ ζεύγνυσθε* habent B. D. Fl. et hoc cum tres alii MSS. apud Matthiæ. exhibeant, hodie amplexus sum. Idem fecit Hermannus. Wakefieldii *ἐκζεύγνυσθε* vox nihili est. Spanhemius ad Call. Hymn. in Del. 113. notat equos singulares dictos fuisse *κέλητας*, et *μονίππους*, et *ἀεθλίους*, et *μονάμπυκας*, Pindarum vero tres equestres *ἀγῶνας* designasse Olymp. v. 15. *Ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκίᾳ τε*. scilicet quadrigis, bigis, et equis singularibus. *μονάμπυξ* occurrit in Nostri Suppl. 586. 680.

441. Kirchmann. de Fun. Rom. II. p. 190. advocat Persas apud Herodotum Masistium lugentes: locus est Lib. IX. 24. *ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον, πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον, σφέας τε αὐτοὺς κείροντες καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ χρεώμενοι ἀπλέτῳ*. Idem fecisse Thebanos mortuo Pelopida, et Alexandrum ob luctum Hephæstionis, auctor est Plutarchus Tom. I. p. 296. C. 704. E.

443. Vid. supr. v. 346.

445. Libenter reposuerim *τῆσδ'* pro

τιμῆς, ἐπεὶ τέθνηκεν ἀντ' ἐμοῦ μόνη.

ΧΟ. ὦ Πελία θύγατερ, χαί- στρ. α'.
ρουσά μοι εἰν Ἀΐδα δόμοισιν
τὸν ἀνάλιον οἶκον οἰκετεύοις.
ἴστω δ' Ἀΐδας ὁ μελαγχαίτας
θεὸς, ὅς τ' ἐπὶ κώπᾳ
πηδαλίῳ τε γέρων
νεκροπομπὸς ἵζει,
πολὺ δὴ, πολὺ δὴ γυναῖκ' ἀρίσταν
λίμναν Ἀχεροντίαν πο-
ρεύσας ἐλάτᾳ δικώπῳ.
πολλά σε μουσοπόλοι μέλ- ἀντ. α'.
ψουσι καθ' ἑπτάτονόν τ' ὀρείαν

τοῦδ'. Deinde ἀξία δέ μοι τιμῆς vertendum, *digna quæ a me honorem accipiat*, ad mentem Porsoni, Hec. 309. (Ἡμῖν δ' Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς, γύναι.) ubi advocat hunc locum, et Arist. Acharn. 633. Pac. 918. Addit Elmsleius (ad Acharn.) Plut. 877. πολλοῦ γ' ἄξιος Ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεός ἐσθ', ὅτι Τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακοὺς κακῶς. Non dissimilia sunt infr. 1079. ἀξία δέ μοι σέβειν. Suppl. 1233. Heracl. 315. δ' ἐμοὶ pro δέ μοι olim corrigebat Porsonus Advers. p. 222.

447. Vulgo Πελίου. Primus restitui Doricam formam, quæ extat in Pind. Pyth. IV. 239.

448. ἐν Ἀΐδα δόμοισι Lasc. Ald. et sic vulgo. Præpositionem omisit Musgravii typographus. Recte Wakef. εἰν, et sic Markland. Imitatur Homerum Iliad. Ψ. 179. Χαῖρέ μοι, ὦ Πάτροκλε, καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι. observante Wakefieldio. Vid. ad v. 282. Ἀΐδας δόμοις B. D. Fl.

449. ἱκετεύοις Aldus: emendavit Duportus οἰκετεύοις, quod exhibent Codd. D. Fl. P. et amplectuntur nuperi editores. οἰκετεύεις Lasc. Hesychius οἰκετεύεται· συνοικεῖ. Nescio an alibi reperiatur verbum; proprie valet, *esse a familia*. Epitheton ἀνήλιος de inferis adhibetur etiam v. 868. et Herc. F. 607.

450. Ἀΐδης omnes. De constructione conferas observata supra ad v. 151, ubi monui jungenda esse ἴστω πορεύσας. Sed cum πορεύσας ad Charontem solum recte referri possit, in hoc versu subintelligendum est ἴστω δεξάμενος, aut aliquid ejusmodi.

453. Charon ψυχοπομπὸς vocatur v. 371. Videas etiam notata ad v. 262.

454. Alterum δὴ omittit Lasc.

455. Ἀχεροντείαν Lasc. Ceteri Ἀχεροντίαν, præter Scholiasten qui Ἀχερουσίαν. In Herc. F. 838. vulgatur Ὡς ἂν πορεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον Τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ— unde liquet subaudiendum esse διὰ in nostro loco, et in Soph. Trach. 559. Ὃς τὸν βαθύρρουν ποταμὸν Εὔηνον βροτοὺς Μισθοῦ 'πόρευε χερσίν. Scribitur Ἀχερούσιος etiam in Æsch. Ag. 1160. Contra Ἀχερόντιος Herc. F. 770. Arist. Ran. 471. et hoc, ut opinor, magis poeticum est. Callim. Fragm. 110. Ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον.

456. δυκώπῳ Lasc.

457. μουσοπόλοι sunt *Poetæ*, interpretante Valckenaerio ad Phœn. 1500. Cum his versibus conferre possis Heracl. 777. seq.

458. ἑπτάτονος χέλυς, ἀντὶ τοῦ, ἡ ἑπτάχορδος Schol. et sic Hesych. Horatius lyram suam compellat Carm. III. xi. 3. *testudo, resonare septem Callida nervis*. Habet Noster χέλυος ἑπτατόνου etiam in Herc. F. 683. et ἑπτατόνου λύρας Iph. T. 1129. (1097.) in Ione vero v. 881. τᾶς ἑπταφθόγγου κιθάρας. Pindarus Pyth. II. 129. ἑπτακτύπου φορ-

χέλυν, ἐν τ' ἀλύροις κλέοντες ὕμνοις,
Σπάρτᾳ, κύκλος ἀνίκα Καρνείου
περινίσσεται ὥρᾳ
μηνὸς ἀειρομένας
παννύχου σελάνας,
λιπαραῖσί τ' ἐν ὀλβίαις Ἀθάναις.
τοίαν ἔλιπες θανοῦσα
μολπὰν μελέων ἀοιδοῖς.
εἴθ' ἐπ' ἐμοὶ μὲν εἴη, στρ. β'.
δυναίμαν δέ σε πέμψαι

μιγγός. Nem. v. 43. Φόρμιγγ' Ἀπόλλων ἑπτάγλωσσον Χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων. Si quid cognoscere cupiat lector de historia lyræ seu testudinis, hauriat velim ex prolixa dissertatione Spanhemii ad Callim. Hymn. in Del. 253. Habet οὐρείαν Schol.

459. ἀπὸ γὰρ χελώνης ὀρεινῆς ἡ λύρα ἐστίν. Schol. Hymnus Homericus in Merc. 42. ὀρεσκῴοιο χελώνης. Deinde κλείοντες hactenus editum est. Elmsleius auctor fuit scribendi κλέοντες, quæ forma nusquam, quod sciam, in editionibus veterum hodie extat: credo tamen Atticos adhibituros fuisse κλέω, non secus ac θέω, πλέω, πνέω, quorum productæ formæ θείω, πλείω, πνείω aliquoties apud Ionicos poetas leguntur. Hic certe metrum flagitat κλέοντες, et in Iph. A. 1046. (948.) κλέουσαι. vocabulum autem agnoscunt Etymol. M. p. 517, 48, p. 520, 31. et Zonaras p. 1221. hujus verba sunt, κλέω· δοξάζω. παρὰ τὸ κλέος, κλέω καὶ κλείω. Passivum κλέομαι extat in Odyss. N. 299. Ceterum ἄλυροι ὕμνοι videntur Valckenaerio ad Phœn. 1028. esse *carmina lugubria, threni*.

460. Σπάρτα κύκλος Lasc. Ald. et reliquæ edd. vett. Correctum est Σπάρτᾳ primum in ed. H. Steph. an. 1567. Edidit Barnesius Σπάρτᾳ κυκλὰς—ὥρα, ex emendatione Scaligeri, probantibus Musgravio, ceterisque præter Matthiæum; et hoc libenter reciperem, si modo constaret phrasin κυκλὰς ὥρα Euripideæ poesi tribuendam esse: parum enim ad rem facit, quod citant ex Nonno et Hymnis Orphicis. Editum defendit Iph. A. 717. (626.) Ὅταν σελήνης εὐτυχὴς ἔλθῃ κύκλος. Ceterum Καρνεῖα festa in honorem Apollinis Spartæ celebrata, septimo die mensis Carneï incipiebant, sexto decimo terminabantur. Plurima veterum loca has ferias spectantia indicarunt Meursius Græc. Fer. p. 178. Spanhemius ad Call. H. in Apoll. 72. 78. Dukerus ad Thuc. v. 54. et Barnesius.—κυκλὰς edidit Hermannus.

461. περινείσεται Musgr. et Matthiæ. ex MS. E. vid. Ruhnken. Ep. Crit. I. p. 98. Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 540. ὥρα vulgo: ὥρᾳ P. et Matth. ὥρας Abresch. Misc. Obs. v. p. 84.

463. ὅτε γὰρ πανσέληνός ἐστι, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς φέγγει. Schol.

464. λιπαραί, Athenarum epitheton perquam frequentatum, sonabat *præstantes*, vel *splendidæ*, interprete Spanhemio ad Callim. H. in Del. 155. et 164. Noster quidem Tro. 801. Λιπαραῖσι κόσμον Ἀθάναις. Pind. Nem. IV. 29. λιπαρᾶν εὐωνύμων ἀπ' Ἀθανᾶν. et sic Isthm. II. 30. Idem apud Schol. Aristoph. Acharn. 937. Αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθᾶναι. et apud Schol. Nub. 299. λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι. Hujus tituli amorem aperte ridet Aristophanes, Acharn. 639. Εἰ δέ τις ὑμῶν ὑποθωπεύσας λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας, Ηὕρετο πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαράς, ἀφύων τιμὴν περιάψας. et in Eq. 1329. Hæc loca, cum aliis quibusdam eodem facientibus, indicaverunt, præter Spanhemium, Wesselingius Probab. p. 42. Wyttenbach. Bibl. Crit. III. i. p. 50. Schneider. ad Fragm. Pind. Tom. III. p. 74. ed. Heyn.

467. Idem est votum Herculis infra 1091.

φάος ἐξ Ἀΐδα τερέμνων,
Κωκυτοῦ τε ῥεέθρων,
ποταμίᾳ νερτέρᾳ τε κώπᾳ.
σὺ γὰρ, ὦ μόνα, ὦ φίλα γυ-
ναικῶν, σὺ τὸν αὑτᾶς
ἔτλας πόσιν ἀντὶ σᾶς ἀμεῖψαι
ψυχᾶς ἐξ Ἀΐδα· κούφα σοι
χθὼν ἐπάνωθε πέσοι, γύναι· εἰ δέ τι
καινὸν ἕλοιτο πόσις λέχος, ἦ μάλ' ἐ-
μοί τ' ἂν εἴη στυγη-
θεὶς τέκνοις τε τοῖς σοῖς.
μάτερος οὐ θελούσας ἀντ. β'.
πρὸ παιδὸς χθονὶ κρύψαι
δέμας, οὐδὲ πατρὸς γεραιοῦ

* * * *

469. ᾄδου Lasc. Ἀΐδου Aldus et sequentes. Ἀΐδα recte Matthiæ. Deinde τεράμνων edd. omnes. De hac voce videas quæ notavimus ad Hippol. 536. (538.) τέρεμνα· οἰκήματα Hesych. Supprimitur εἰς post πέμπειν infra quoque v. 495.

470. Ita cum Matthiæo edendum judicavi, ex MSS. B. D. Fl. rescripto tantum ῥεέθρων pro ῥείθρων. Versus est Pherecrateus. Καὶ Κωκυτοῖο ῥείθρων E. P. Lasc. Καὶ Κωκυτοῖο ῥεέθρων Ald. Versum suspectum habet Hermannus ad Orphic. p. 724. Certe nihil habet in antistropha cui respondeat: verum lacunam esse post v. 482. imperfecta constructio ostendit. In editione Hermannus habet Κωκύτου ῥείθρων, omissa copula.

472. ὦ φίλα γυναικῶν, pro ὦ φιλτάτα. Hanc constructionem attigit Porsonus Præf. ad Hec. p. liv. (53.) afferens ex Theocrito φίλ' ἀνδρῶν. ex Callimacho (Fragm. 131.) πρηεῖα γυναικῶν. ex Aristoph. Ran. 1049. ὦ σχέτλι' ἀνδρῶν. Istis adjicias Heracl. 567. ὦ τάλαινα παρθένων. Quin et in Hippol. 849. leguntur eadem verba ὦ φίλα γυναικῶν. Nescio unde ediderit Schaeferus σὺ γὰρ, ὦ φίλα, ὦ φίλα γυναικῶν.

473. σύ γε τὸν σαυτᾶς vulgo, invito metro. Delevi γε, quod omittunt MSS. B. D. Fl. et edidi αὑτᾶς. Ita fere Erfurdtius in Animad. ad Eurip. Catalogo Prælectionum in Acad. Regiomont. ann. 1811. habendarum præmissis; nisi quod ille αὐτᾶς. Vide Elmsleium ad Soph. Œd. T. 138. et ad Heracl. 144.

474. Admetus dicitur supra 46. Ἀδμαρτ' ἀμείψας. Vertit Buchananus, *Sola reperta es, conjugis Orco Quæ mutata anima animam eriperes.* Hic et duo proxime præcedentes versiculi sunt Ionici a majore.

475. Ἀΐδα B. D. Fl. ᾄδα Lasc. ᾄδαο Ald. Deinde conf. Tibull. II. iv. 49. *Et, bene, discedens dicet, placideque quiescas, Terraque securæ sit super ossa levis.* Multa hujusmodi precationis exempla congessit Kirchmann. Fun. Rom. p. 353.

476. Omnes editiones ante Matthiæ. exhibent ἐπάνω πέσειε. sed vox πέσειε barbara est. Seidlerus ad Tro. 305. emendat ἐπάνω πέσοι, ὦ γύναι, non male. Edidit Matthiæ. ἐπάνωθεν πέσοι, γύναι ex tribus Codicibus B. D. Fl. Rectius ἐπάνωθε Erfurdt. quem in his versibus dividendis fere secutus sum.—Sequor Hermannum edentem ἐμοί τ' pro vulg. ἐμοί γ'.

482. Hic quoque versum desiderari notavit Canterus. Præter defectum antistrophæ, notabis hiatum in fine versus, et interruptam syntaxin.

ὃν ἔτεκον δ', οὐκ ἔτλαν ῥύεσθαι
σχετλίω, πολιὰν ἔχοντε
χαίταν· σὺ δ' ἐν ἥβᾳ
νέᾳ προθανοῦσα φωτὸς οἴχει.
τοιαύτας εἴη μοι κύρσαι
ξυνδυάδος φιλίας ἀλόχου· τὸ γὰρ
ἐν βιότῳ σπάνιον μέρος· ἦ γὰρ ἐ-
μοί γ' ἄλυπος δι' αἰ-
ῶνος ἂν ξυνείη.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ξένοι, Φεραίας τῆσδε κωμῆται χθονὸς,
Ἄδμητον ἐν δόμοισιν ἆρα κιγχάνω;
ΧΟ. ἔστ' ἐν δόμοισι παῖς Φέρητος, Ἡράκλεις.
ἀλλ' εἰπὲ, χρεία τίς σε Θεσσαλῶν χθόνα
πέμπει, Φεραῖον ἄστυ προσβῆναι τόδε;

483. Ita B. D. Fl. Matth. *ὃν ἔτεκον οὐκ* Lasc. Ceteri cum Aldo *ὃν ἔτεκον, κοὐκ*—. Suspectum habeo vulgatum *ῥύεσθαι*, cujus prima producta metro strophico male respondet.—Quod nunc edidi, *ῥύεσθαι*, habent codices nonnulli apud Matthiæ.

484. *σχετλίῳ* et *ἥβα* Lasc. *σχετλίῳ* Ald. mendose.

486. *νέᾳ νέου π. φ. οἰ.* edd. Secutus sum MSS. B. D. qui huncce chorum emendatius quam libri impressi repræsentant: nollem enim *νέᾳ* pro voce monosyllaba habere cum Seidlero de Dochm. p. 50. Siquis præferat *νέου*, non repugno.

487. *εἴη με κυρῆσαι* edd. MSS. Tantum P. habet *μοι* superscripto *ε*. Proposuit *εἴη μέ τοι κύρσαι* Musgravius, *μοι κύρσαι* Erfurdt. Elmsl. Hoc metri gratia recepi, et nullus dubito quin sic scripserit Euripides, qui hanc aoristi formam plerumque usurparit. Med. 1363. Ὦ τέκνα, μητρὸς ὡς κακῆς ἐκύρσατε. Ion. 1105. Νόθου παιδὸς ἔκυρσεν. Melanippæ Fr. 21. (503.) Μετρίων λέκτρων, μετρίων δὲ γάμων Μετὰ σωφροσύνης Κύρσαι θνητοῖσιν ἄριστον.

488. Hactenus editum est *φίλας*. Sed *φιλίας* habent B. D. Fl. quod metro necessarium esse viderunt Erfurdt. Seidler. Occurrit *φιλίας ἀλόχου* infra 897. *τὸ γὰρ* pro vulgato *τοῦτο γὰρ* Erfurdtio debemus.

489. *ἐν βιότῳ* Erfurdt. Matthiæ. ex Codd. B. D. et Scholiaste: sic quoque Fl. nisi quod librarii incuria dedit *ἐν βιότου*. Lasc. Ald. et reliqui *ἐν γε βίῳ*.

490. *ἄλυτος*, vitium typographicum editionis Æm. Porti, repeti curavere P. Stephanus, Barnes. Beck. Kuinoel. Wakefield. Wagner. et fortasse alii. De significatione v. *αἰὼν* vid. not. ad v. 347.

492. Suidas *κωμῆται· οἱ γείτονες. κώμη γὰρ ἡ γειτονία.* et mox, *κωμήτας οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀμφόδου καὶ τόπου ἔλεγον.* Non aliter Hesychius et Photius.

493. *κιχάνω* Lasc. Ald. quod aperte metrum vitiat. Restituit Atticam formam *κιγχάνω* Gaisfordius, exscribens Eustath. ad Od. E. p. 1525, 10=209, 25. In Hippol. 1444. (1442.) primus edidi *κιγχάνει*, et nihil habeo quod ibi notatis adjiciam.

495. Ita Gaisf. Matth. ex MSS. B. D. Ceteri habent *πόλιν* pro *χθόνα*.

496. Ita Schol. Lasc. probante Tyrwhitto. Ceteri *Φεραίων*.

ΗΡ. Τιρυνθίῳ πράσσω τὶν' Εὐρυσθεῖ πόνον.
ΧΟ. ποῖ καὶ πορεύει; τῷ ξυνέζευξαι πλάνῳ;
ΗΡ. Θρῃκὸς τέτρωρον ἅρμα Διομήδους μέτα.
ΧΟ. πῶς οὖν δυνήσει; μῶν ἄπειρος εἶ ξένου;
ΗΡ. ἄπειρος· οὔπω Βιστόνων ἦλθον χθόνα.
ΧΟ. οὐκ ἔστιν ἵππων δεσπόσαι σ' ἄνευ μάχης.
ΗΡ. ἀλλ' οὐδ' ἀπειπεῖν τοὺς πόνους οἷόν τε μοι.
ΧΟ. κτανὼν ἄρ' ἥξεις, ἢ θανὼν αὐτοῦ μενεῖς.
ΗΡ. οὐ τόνδ' ἀγῶνα πρῶτον ἂν δράμοιμ' ἐγώ.
ΧΟ. τί δ' ἂν κρατήσας δεσπότην πλέον λάβοις;
ΗΡ. πώλους ἀπάξω κοιράνῳ Τιρυνθίῳ.
ΧΟ. οὐκ εὐμαρὲς χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις.

497. Dicitur Hercules in Herc. F. 388. Μυκηναίῳ πονῶν τυράννῳ. Mycenis enim regnavit Eurystheus. Monuit Elmsleius ad Heracl. 164. Herculem et Eurystheum promiscue Argivos et Tirynthios a Tragicis appellari. Vid. infr. vv. 507. 576. 854. Consulenda est etiam insignis ejusdem nota ad Heracl. 188.

498. καὶ ποῖ omnes edd. Dedi de meo ποῖ καὶ—. Confer v. 850. Ποῦ καὶ σφε θάπτει; 1068. Ποῦ καὶ τρέφοιτ' ἂν δωμάτων νέα γυνή; hoc ordine scriptas esse voculas nemo, ut opinor, dubitabit, perlecta Porsoni nota ad Phœn. 1354. (1373.) ubi contra omnes edd. quæ Καὶ πῶς πέπρακται διπτύχων παίδων φόνος—; dedit Vir magnus e Codd. nonnullis Πῶς καὶ—; "Eo nomine καὶ πῶς vitiosa est lectio, quod objicientis fere est vel contradicentis, ut modo 1348. (1367.) Sensus est, *Dic præterea, quomodo.* Ita solet copula interrogativa τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ, ποῖος postponi. Hec. 515. (519.) Πῶς καὶ νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι; 1064. (1055.) ποῖ καὶ με φυγᾷ Πτώσσουσι μυχῶν; Alc. 850. Ποῦ καὶ σφε θάπτει; Aristoph. Pac. 1289. τοῦ καὶ ποτ' εἶ;" Deinde προσέζευξαι MSS. B. Fl. Eadem est varietas Hipp. 1389. (1387.) οἵᾳ ξυμφορᾷ ξυνεζύγης, ubi similia quædam indicavimus.

499. Vide nos supra ad v. 66. Contulit Barnesius Herc. F. 380. Τεθρίππων τ' ἐπέβα, Καὶ ψαλίοις ἐδάμασε πώλους Διομήδεος, αἳ φονίαισι φάτναις Ἀχάλιν' ἐθόαζον Κάθαιμα σῖτα γένυσι, χαρμοναῖσιν ἀνδροβρῶσι δυστράπεζοι. Apollodorus II. 5. 8. p. 179. Ὄγδοον ἆθλον ἐπέταξεν αὐτῷ τὰς Διομήδους τοῦ Θρᾳκὸς ἵππους εἰς Μυκήνας κομίζειν. ἦν δὲ οὗτος Ἄρεος καὶ Κυρήνης, βασιλεὺς Βιστόνων ἔθνους Θρᾳκίου καὶ μαχιμωτάτου. κ.τ.λ.

503. ἀπειπεῖν μ' ἦν πόνους Lasc. Ald. et sequentes. Solus Gaisfordius ex B. Fl. τοῖς πόνοις. Accusativum vero edidi, cum significet ἀπειπεῖν *to renounce*, ut infra 753. ἀπειπεῖν—τὴν σὴν πατρῴαν ἑστίαν. Herc. F. 1354. Ὧν οὔτ' ἀπεῖπον οὐδέν. Eundem sensum exprimit Suppl. 343. Οὐκ οὖν ἀπαυδᾷν δυνατόν ἐστί μοι πόνους. Contra ἀπειπεῖν cum dativo est *deficere*, de qua signif. vid. Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 840.

760, 761. *εἴ τι—τούτων.* Conferri potest Theocr. Idyll. VIII. 39. *κἤν τι Μενάλκας Τῷδ' ἀγάγῃ, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι.* Similis constructionis plurima videas exempla in nota Porsoni ad Hipp. 78. ubi singulare *ὅστις* refertur ad plurale *οὗτοι.* Vid. supra ad v. 642.

762. Ita B. D. Fl. *προσεδρεύοις* Lasc. Ald. et edd. ante Musgravium. Hæc locutus Chorus, orchestra relicta, funus Alcestidis in elatione comitatur. Absentiæ Chori, postquam semel ingressus esset scenam, paucissima sunt in Tragœdiis superstitibus exempla. Id vero factum hic et in Ajace Sophocleo, v. 814. occasionem dat nobilibus Herculis et Ajacis orationibus, quas in vacua auditorum scena loqui oportebat. In Æschyli Eumen. Chorum abscedere e scena, actione nondum absoluta, postulat fabulæ istius œconomia.

768. *ἀμείψασθε* Lasc. Vid. supra ad v. 285.

771. Insanam Herculis voracitatem notarunt veteres, quorum loca servavit Athenæus X. p. 411. B. ubi versus Epicharmi emendatiores, quam Barnesius, dedit Porsonus Advers. p. 115. Conferre possis Callim. Hymn. in Dian. 146. *τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρύνθιος ἄκμων Ἕστηκε πρὸ πυλέων, ποτιδεγμένος εἴ τι φέρουσα Νεῖαι πῖον ἔδεσμα.* Aristoph. Ran. 549. Vid. Spanhem. ad H. in Dian. 160.

ποτῆρα δ' ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβὼν,
πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ,
ἕως ἐθέρμην' αὐτὸν ἀμφιβᾶσα φλὸξ
οἴνου· στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνης κλάδοις,
ἄμουσ' ὑλακτῶν· δισσὰ δ' ἦν μέλη κλύειν·
ὁ μὲν γὰρ ᾖδε, τῶν ἐν Ἀδμήτου κακῶν
οὐδὲν προτιμῶν, οἰκέται δ' ἐκλάομεν
δέσποιναν· ὄμμα δ' οὐκ ἐδείκνυμεν ξένῳ
τέγγοντες· Ἄδμητος γὰρ ὧδ' ἐφίετο.
καὶ νῦν ἐγὼ μὲν ἐν δόμοισιν ἑστιῶ
ξένον, πανοῦργον κλῶπα καὶ λῃστήν τινα·
ἡ δ' ἐκ δόμων βέβηκεν, οὐδ' ἐφεσπόμην,
οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ', ἀποιμώζων ἐμὴν

772. Ita omnes præter Lasc. qui corrupte dedit δ' ἐχείρεσι. Dubito autem annon rectius esset Ποτήριον δ' ἐν χερσὶ κ. λ. Scholiastes certe habet Ποτῆρα δ' ἐν χερσὶ, et suspecta est in dialogo poetica forma χείρεσσι. Sophocles quidem Ant. 1297. habet senarium Ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον, sed eum choricis versiculis interjectum. Vocem ποτὴρ non alibi vidisse memini, præter Cycl. 151. Erat κισσύβιον rusticum poculum, cujus descriptionem videas apud Athenæum XI. p. 476. F. citantur ibi Homerus Odyss. I. 346. Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο. Euripides in Andromeda (Fr. 137.). Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος. Conferas Etymologum M. p. 515, 33. Bentleium ad Callim. Fragm. CIX. Valckenaerium ad Theocr. Id. I. 27. Noster in Cycl. 389. Σκύφος τε κίσσου παρέθετ' εἰς εὖρος τριῶν Πήχεων, βάθος δὲ τεσσάρων ἐφαίνετο.

773. μελαίνης μητρός· τῆς ἀμπέλου. ὁ γὰρ μέλας οἶνος ἰσχυρότερός ἐστι. Schol. Euripidem respexisse putat Abreschius Æsch. Pers. 614. Ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο Ποτὸν, παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε. Astydamas apud Athen. II. p. 40. B. οἰνομήτορ' ἄμπελον. citante Blomfieldio in Glossario ad Persas. In explicando εὔζωρον parum sibi constant lexica: quum vero ζωρὸν sit ἄκρατον, interpreteris εὔζωρον μέθυ, *vinum meraco uvæ succo bene conditum*. consulas autem Athenæum X. p. 423. D. E. F. et ibi interpretes.

775. μυρσίνοις B. D. E. Fl. Lasc. Ald. ceterique veteres. μυρσίνης Canterus cum recentioribus, recte: confer supra ad v. 173. ubi similis est varietas. Citat Stiblinus Hor. Carm. II. vii. 23. *quis udo Deproperare apio coronas Curatve myrto?* Addas I. xxxviii. 6. *neque te ministrum Dedecet myrtus, neque me sub arcta Vite bibentem.*

776. Hercules apud Nostrum Fragm. Inc. 129. (Fr. 961.) Κρέασι βοείοις χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν, Ἄμουσ' ὑλακτῶν, ὥστε βαρβάρῳ μαθεῖν. quæ ex satyrico dramate desumpta esse videntur.

778. Confer loca citata ad Hipp. 48. (τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακόν.)

779. Quod ad structuram attinet, vide supra v. 155. πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτό τις Πόσιν προτιμῶσ', ἢ θέλουσ' ὑπερθανεῖν; Orest. 802. ποῦ γὰρ ὢν δείξω φίλος—; et ibi laudatum a Porsono Iph. A. 406. (328.) Δείξεις δὲ ποῦ μοι πατρὸς ἐκ ταὐτοῦ γεγώς; Adde Med. 548. Ἐν τῷδε δείξω πρῶτα μὲν σοφὸς γεγώς. Herod. VIII. 118. Ἄνδρες Πέρσαι, νῦν τις διαδεξάτω ὑμέων βασιλῆος κηδόμενος· ἐν ὑμῖν γὰρ οἶκε ἐμοὶ εἶναι ἡ σωτηρία. Soph. Aj. 471. γέροντι δηλώσω πατρὶ, Μή τοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος ἐκ κείνου γεγώς.

783. Ita Wakef. Matth. Ceteri perperam ἦδ' ἐκ δόμων. Recte versum citaverat Valckenaerius ad Phœn. 1745. (1733.) defendens germanam locutionem, Ος ἐκ δόμων ἄθαπτος οἴχεται νεκύς.

784. Morem istum tollendi manus

δέσποιναν, ἣ 'μοὶ πᾶσί τ' οἰκέταισιν ἦν
μήτηρ· κακῶν γὰρ μυρίων ἐρρύετο,
ὀργὰς μαλάσσουσ' ἀνδρός. ἆρα τὸν ξένον
στυγῶ δικαίως, ἐν κακοῖς ἀφιγμένον;

ΗΡ. οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις;
οὐ χρὴ σκυθρωπὸν τοῖς ξένοις τὸν πρόσπολον
εἶναι, δέχεσθαι δ' εὐπροσηγόρῳ φρενί.
σὺ δ', ἄνδρ' ἑταῖρον δεσπότου παρόνθ' ὁρῶν,
στυγνῷ προσώπῳ καὶ ξυνωφρυωμένῳ
δέχει, θυραίου πήματος σπουδὴν ἔχων.
δεῦρ' ἔλθ', ὅπως ἂν καὶ σοφώτερος γένῃ.
τὰ θνητὰ πράγματ' οἶδας, ἣν ἔχει φύσιν;
οἶμαι μὲν, οὔ· πόθεν γάρ; ἀλλ' ἄκουέ μου.

in luctu funereo Noster attigit Suppl. 772. 'Αλλ' εἶεν· αἴρω χεῖρ', ἀπαντήσας νεκροῖς, Αἴδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυῤῥόους, Φίλους προσαυδῶν. ubi corrigit Elmsleius, partim cum Marklando, 'Αλλ' εἶμ', ἐπαρῶ χεῖρ'. Utrobique significatur mortuorum salutatio.

785. ἥ μοι omnes, præter Wakefieldium, qui ἣ 'μοι.

787. ἆρα, *nonne*, ut supra v. 351. ubi hanc formulam exemplis illustravimus. Inutilis igitur correctio est, ἆρ' οὐ τὸν ξένον, quæ juveni Porsono excidit, Advers. p. 222. Vid. Præf. ad Hec. p. xi. (8.) ἐν κακοῖς pro σὺν κακοῖς dictum videtur Hermanno ad Vig. § 389.

789. σεμνὸς idem valet infra v. 816. Hipp. 93. (92.) (Μισεῖν τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον.) ubi laudatus est Suidas de sensibus hujus adjectivi. Neminem morabitur locutio σεμνὸν βλέπειν, cujus generis sunt Hom. Il. Γ. 342. Δεινὸν δερκόμενοι. Eur. Cycl. 553. καλὸν βλέπω. Fragm. Melanipp. 20. (Fr. 502.) ὀξὺ βλέπει. Participium vero πεφροντικὸς adjectivi vice adhibetur. In hoc Græcismo imitando Latini pluralia adjectiva videntur prætulisse. Lucretius v. 34. *Asper, acerba tuens, immani corpore serpens.* Virg. Æn. VI. 467. *torva tuentem Lenibat dictis animum.*

791. De voce εὐπροσήγορος vide ad Hippol. 95. (94.)

793. Jul. Poll. II. 50. καὶ μὴν παρὰ τοῖς τραγῳδοῖς τὸ συνοφρυῶσθαι (leg. συνωφρυῶσθαι) ἐπὶ τῶν λυπουμένων. legitur quoque participium infra v. 816. Soph. Trach. 869. Hor. Sat. II. ii. 125. *Explicuit vino contractæ seria frontis.* συνοφρυωμένῳ Lasc.

795. Herc. F. 189. κλύων νυν τἀπ' ἐμοῦ, σοφὸς γενοῦ.

796. Non admodum frequens est forma οἶδας pro communi οἶσθα. Philemon Athenæi IV. p. 175. D. corrigente Porsono Advers. p. 73. Νάβλας δὲ τί ἐστ': οὐκ οἶδας, ὦ 'μβρόντητε σύ; Μὰ Δί', οὔ: τί φῄς; οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν οὖν Οἶδας ἀγαθὸν σύ γ'. Oraculum apud Herod. IV. 157. Αἴ τυ ἐμεῦ Λιβύην μηλοτρόφον οἶδας ἄμεινον Μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος, ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σεῦ. Extat etiam Hom. Od. A. 337. sed in fine versiculi. Ceterum Scholiastes poetam reprehendit, quod heroa vinosum philosophantem induxerit: verissime autem observat Wakefieldius, esse qui tum maxime serios et ἀρεταλόγους agant, cum inebrientur.

797. "Δοκῶ μὲν οὔ. Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 107. C. δοκῶ μὲν Suppl. 771. Hel. 917." *Porson.* Advers. p. 222. et ita fortasse legendum sit. sed οἶμαι μὲν simili formulæ inservit infr. 810. De πόθεν γάρ; cum vi negationis, conferas notata supra ad v. 95. Locum Plutarchi, qui hunc versum cum quinque sequentibus habet, primus indicavit Stiblinus.

βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται·
κοὐκ ἔστιν αὐτῶν, ὅστις ἐξεπίσταται
τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται·
τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς, οἷ προβήσεται,
κἄστ' οὐ διδακτὸν, οὐδ' ἁλίσκεται τέχνῃ.
ταῦτ' οὖν ἀκούσας, καὶ μαθὼν ἐμοῦ πάρα,
εὔφραινε σαυτὸν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν
βίον λογίζου σὸν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης.
τίμα δὲ καὶ τὴν πλεῖστον ἡδίστην θεῶν
Κύπριν βροτοῖσιν· εὐμενὴς γὰρ ἡ θεός.
τὰ δ' ἄλλ' ἔασον ταῦτα, καὶ πιθοῦ λόγοις
ἐμοῖσιν, εἴπερ ὀρθά σοι δοκῶ λέγειν·
οἶμαι μέν. οὔκουν, τὴν ἄγαν λύπην ἀφεὶς,
πίει μεθ' ἡμῶν, τάσδ' ὑπερβαλὼν πύλας,
στεφάνοις πυκασθείς; καὶ σάφ' οἶδ', ὅθ' οὕνεκα
τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτος φρενῶν

798. Conferas v. 431. Soph. El. 1173. *Πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν.*

799. *κοὐκ ἔστι θνητῶν* vulgo, ut Stobæus p. 599, 48. Gesn. Ego vero prætuli lectionem, quam servavit Plutarchus; idem fecere Wakefield. et Matthiæ. *οὐκ ἔστι* et *ὅτις* Lasc.

800. Anacreon. XV. 9. *Τὸ σήμερον μέλει μοι· Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;* Callim. Ep. XV. *Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον;* Stiblinus dedit Horatiana Carm. IV. vii. 17. *Quis scit an adjiciant hodiernæ crastina summæ Tempora Dii superi!* Est *ἡ αὔριον* etiam in Soph. Œd. T. 1090. Trach. 945. Plenius in Œd. Col. 567. *τῆς ἐς αὔριον ἡμέρας.*

801. *τὰ τῆς τύχης* legit Elmsleius ad Soph. Œd. T. 977. *οὗ προβήσεται* Lasc.

802. Hor. Carm. III. xxix. 29. *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus.* I. ix. 13. *Quid sit futurum cras, fuge quærere, et Quem sors dierum cunque dabit, lucro Adpone, nec dulces amores Sperne, puer, neque tu choreas.* II. xvi. 25. *Lætus in præsens animus quod ultra est Oderit curare.* Stibl.

804. *καθ' ἡμέραν* in Hec. 317. Plena est locutio *καθ' ἑκάστην ἡμέραν*, quod monuit Bosius Ellips. ubi vid. Schaefer. p. 86. ed. Oxon.

806. Wakefieldius infeliciter corrigebat *τὸ πλεῖστον*. Exempla duplicis superlativi dedimus ad Hippol. 485. (487.) *ἡδύστην* Lasc.

808. *πάντα* pro *ταῦτα* conjicit Marklandus. Deinde omnes editiones *πείθου*: sed alterum præferendum, ubicunque per metrum licet; quod alicubi monuit Elmsleius. Exemplaria servant *πιθοῦ* infra 1120. 1128.

811. *πίῃ* D. E. Fl. P. Lasc. probante Musgravio. *πίης* Aldus et seqq. edd. *πίει* primus restituit Wakefieldius, sententiam interrogative efferens; recte. "De hac voce consulendus Athenæus X. p. 446. E. F." *Gaisf.* Deinde *ὑπερβαλὼν τύχας* Lasc. Ald. et editiones, donec Musgravius, Cantero obsecutus, dedit *πύλας* ex MSS. B. D. ut infra 845. Utrumque agnoscit Schol. Musgravium secuti sunt nuperi editores, præter Wakef. qui ex ingenio *πτύχας* edidit.

812. De v. *πυκάζεσθαι* consulas Valck. ad Herod. VII. 197. Blomf. Gloss. ad Æsch. Theb. 137.

813. *τοῦ ξυνεστῶτος φρενῶν.* Dixit

μεθορμιεῖ σε πίτυλος ἐμπεσὼν σκύφου.
ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών·
ὡς τοῖς γε σεμνοῖς καὶ ξυνωφρυωμένοις
ἅπασίν ἐστιν, ὥς γ' ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ,
οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ συμφορά.
ΘΕ. ἐπιστάμεσθα ταῦτα· νῦν δὲ πράσσομεν
οὐχ οἷα κώμου καὶ γέλωτος ἄξια.
ΗΡ. γυνὴ θυραῖος ἡ θανοῦσα: μὴ λίαν
πένθει, δόμων γὰρ ζῶσι τῶνδε δεσπόται.
ΘΕ. τί ζῶσιν; οὐ κάτοισθα τὰν δόμοις κακά;
ΗΡ. εἰ μή τι σός με δεσπότης ἐψεύσατο.
ΘΕ. ἄγαν ἐκεῖνος ἔστ' ἄγαν φιλόξενος.
ΗΡ. οὐ χρῆν μ' ὀθνείου γ' οὕνεκ' εὖ πάσχειν νεκροῦ;
ΘΕ. ἦ κάρτα μέντοι καὶ λίαν οἰκεῖος ἦν.
ΗΡ. μῶν ξυμφοράν τιν' οὖσαν οὐκ ἔφραζέ μοι;
ΘΕ. χαίρων ἴθ'· ἡμῖν δεσποτῶν μέλει κακά.

Noster *ξύστασις φρενῶν* Hippol. 983. (987.) ubi videas observata. Construetionem tetigit Porsonus ad Med. 442.

814. De v. *πίτυλος* vide nos ad Hippol. 1464. (1462.) et Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 855. Scholiast. *μεταστήσει σε τοῦ κλαίειν ἡ συνεχὴς φορὰ τοῦ ποτηρίου.*

818. Habet Aldus *ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος*. et hoc vitium retinent ante Musgr. editores, anapæstorum, ut opinor, amore capti. Emendavit Piersonus Verisim. p. 64. *Οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος*, quod confirmant omnes MSS. et Lasc. Martial. VI. 70, 15. *Non est vivere sed valere vita.*

819. Supra v. 230. *οἷ' ἔπραξας.* Soph. Œd. T. 1402. *Οἷ' ἔργα δράσας ὑμῖν, εἶτα δεῦρ' ἰὼν Ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις;* Vid. supr. ad v. 621.

823. Interrogationem in fine versus addidit Wakef.

824. Conjicit Elmsleius *εἰ μή γε σός με δ. ἐ.* allegans v. 509. Herc. F. 517.

825. *ἄγαν γ'* vulgo. *γ'* delevit Matthiæ. recte, me quidem judice. *φιλόξενος* Lasc.

826. Aldus et sequentes editores, de metro ac sensu parum solliciti, pro hoc versu lectoribus apponunt *Οὔκουν ὀθνείου γὰρ οὕνεκ' εὖ πάσχει νεκροῦ.* Barnesius *ἕνεκα.* Tandem Musgravius e MSS. B. D. Fl. et ed. Lasc. verba poetæ restituit. Sententia interpretes latuit: valet *Quinam is nimium hospitalis est? Nonne decebat me bene tractari, quantum attinet ad funus peregrinum?* hoc est, *funere peregrino non obstante?* Dixissent nostrates, sententia paullum inversa, *Ought I to be ill treated on account of a stranger's death?* Pariter adhibetur *οὕνεκα* in Sophocl. Electr. 786. *νῦν δ' ἕκηλά που, Τῶν τῆσδ' ἀπειλῶν οὕνεχ', ἡμερεύσομεν.* et alibi. *χρῆ* Lasc. *ὀθνείου γ' οὕνεκ' εἰ πάσχει* Markl.

827. *λίαν θυραῖος ἦν* Lasc. Matth. contra mentem loquentis, ut mihi videtur. *λίαν γ' οἰκεῖος ἦν* Aldus cum ceteris omnibus. Omisi *γ'*, ut inutile additamentum, et forsan a librario profectum, qui nesciret *λίαν* ultimam producere.—*θυραῖος* Matthiæus et Hermannus, ironice loqui famulum censentes.

828. *τὴν οὖσαν.* conj. Markland.

829. *χαίρων ἴθ'*, *vade et vale.* Vide supra not. ad v. 282. Deinde legebatur *ἡμῖν δὲ δεσποτῶν μέλει κακά.* Importunam particulam, qua carent B. D. E. Fl. primus editorum ejecit Musgravius.

ΗΡ. ὅδ' οὐ θυραίων πημάτων ἄρχει λόγος.
ΘΕ. οὐ γάρ σε κωμάζοντ' ἂν ἠχθόμην ὁρῶν.
ΗΡ. ἀλλ' ἦ πέπονθα δείν' ὑπὸ ξένων ἐμῶν;
ΘΕ. οὐκ ἦλθες ἐν δέοντι δέξασθαι δόμοις,
πένθος γὰρ ἡμῖν ἐστὶ, καὶ κουρὰν βλέπεις,
μελαμπέπλους στολμούς τε. ΗΡ. τίς δ' ὁ
κατθανών;
μῶν ἢ τέκνων τις φροῦδος, ἢ πατὴρ γέρων;
ΘΕ. γυνὴ μὲν οὖν ὄλωλεν Ἀδμήτου, ξένε.
ΗΡ. τί φῄς; ἔπειτα δῆτά μ' ἐξενίζετε;
ΘΕ. ᾐδεῖτο γάρ σε τῶνδ' ἀπώσασθαι δόμων.
ΗΡ. ὦ σχέτλι', οἵας ἤπλακες ξυναόρου.
ΘΕ. ἀπωλόμεσθα πάντες, οὐ κείνη μόνη.
ΗΡ. ἀλλ' ᾐσθόμην μὲν, ὄμμ' ἰδὼν δακρυῤῥοοῦν,
κουράν τε, καὶ πρόσωπον· ἀλλ' ἔπειθέ με
λέγων θυραῖον κῆδος εἰς τάφον φέρειν·
βίᾳ δὲ θυμοῦ τάσδ' ὑπερβαλὼν πύλας,
ἔπινον ἀνδρὸς ἐν φιλοξένου δόμοις,
πράσσοντος οὕτω, κἀπεκώμαζον, κάρα
στεφάνοις πυκασθείς. ἀλλὰ σοῦ τὸ μὴ φράσαι,

831. Edidit Matthiæus *οὐ γάρ τι κωμάζοντ' ἂν ἠχθόμην σ' ὁρῶν*, e codicibus nonnullis.

832. Interrogationem, quæ in ceteris edd. servatur, sustulere P. Steph. Barnes. Wakef. probante Valckenaerio ad Hipp. 932. (936.) Nollem factum: exempla formulæ *ἀλλ' ἦ*—; dedimus in nota ad locum Hippolyti.

833. Ita B. D. Lasc. *δόμους* ceteri omnes. Lectionem, quam prætuli, defendit Aristoph. Pac. 272. *κἀν δέοντι τῇ πόλει*. De locutione *ἐν δέοντι* adeas notata ad Hipp. 923. (927.)

834. *ὑμῶν* Lasc. Vide vv. 217-8-9.

836. *γέρων πατήρ*; vulgo. Ordinem verborum e quinque codicibus mutavit Hermannus.

838. *ἔπειτα δῆτα*, *et tamen*, interprete Hermanno ad Vig. § 239. Confert ille *κἄπειτα* in Hipp. 330. 440. (442.) Deinde conjecturam *ἐξενίζετο* notavit Barnesius in margine: sed nunquam *ξενίζεσθαι* est *hospitio excipere*.

839. Vide supra ad v. 617.

840. *σχέτλιε· ἄθλιε* Schol. *ἤμπλακες* edd. præter Gaisf. Confer v. 247. et quæ ibi notata sunt.

841. Gaisfordius dedit *μόνον* ex P. Lasc. Ceteri *μόνη*, ut supra v. 180. *ἀπώλεσας δέ με Μόνην*.

842. Suspicatur Blomfieldius *ἀλλ' ᾐσθόμην ἄν*. Sed sana puto vulgata.

845. *βίᾳ θυμοῦ invito animo*, ut *φρενῶν βίᾳ* Æsch. Theb. 612. (608.) ubi vid. Blomf. Gloss. et Abresch. in Thuc. p. 222.

847. Duæ sunt in hoc versu lectionis varietates, quarum neutra spernenda est: *κᾆτ' ἐκώμαζον* E. Lasc. *κᾆτα κωμάζω* B. D. Fl. illud prætulit Tyrwhittus, hoc Wakefieldius: sed nec in vulgato quidquam est quod displicet.

848. *ἀλλὰ σοῦ τὸ μὴ φράσαι*—. Hæc

κακοῦ τοσούτου δώμασιν προσκειμένου.
ποῦ καί σφε θάπτει; ποῖ νιν εὑρήσω μολών;
ΘΕ. ὀρθὴν παρ' οἶμον, ἣ 'πὶ Λάρισσαν φέρει,
τύμβον κατόψει ξεστὸν ἐκ προαστίου.
ΗΡ. ὦ πολλὰ τλᾶσα καρδία, ψυχή τ' ἐμὴ,
νῦν δεῖξον, οἷον παῖδά σ' ἡ Τιρυνθία
Ἠλεκτρύονος ἐγείνατ' Ἀλκμήνη Διΐ.
δεῖ γάρ με σῶσαι τὴν θανοῦσαν ἀρτίως
γυναῖκα κεἰς τόνδ' αὖθις ἱδρῦσαι δόμον,
Ἄλκηστιν, Ἀδμήτῳ θ' ὑπουργῆσαι χάριν.
ἐλθὼν δ' ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν

structura est admirantis vel indignantis: Aristoph. Nub. 818. *τῆς μωρίας, Τὸ Δία νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί.* uti corrigit Hermannus ad locum, pro *τὸν Δία,* citans Av. 5. Nub. 268. Ran. 741. *Τὸ δὲ μὴ πατάξαι σ' ἐξελεγχθέντ' ἄντικρυς, Ὅτι, δοῦλος ὢν, ἔφασκες εἶναι δεσπότην.* Infinitivum istum tetigit Valckenaerius ad Phœn. 1715. et ad Theocr. Adon. p. 384. c. De genitivo indignantis, vide Koen. ad Greg. Cor. p. 58. (p. 137. ed. Schaef.) Simillima est constructio in Med. 1051. *ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης, Τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί.* Perperam, ut opinor, Matthiæ. legit *ἀλλὰ σοῦ τό μοι φράσαι.* Marklandus conj. *τῷ μὴ φράσαι.*

849. *προκειμένου* Lasc. Ald. eundem errorem notavimus ad v. 567. q. v. Scaliger. Reisk. Musgr. certatim corrigunt *προσκειμένου,* quod in textu habent Wakef. et Gaisf. Alterum tamen revocavit Matthiæ.

850. *ποῦ καί σφε θάπτει;* De hac formula, redeas ad observata supra v. 498. Deinde *ποῦ νιν εὑ. μ.* omnes: certissime, ut mihi videtur, correxi *ποῖ,* cum quæstio ad vocem *μολὼν* pertineat. Conf. Hipp. 1153. (1148.) *Ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν Εὕροιμ' ἄν, ω γυναῖκες;*

851. Piersonus in Verisim. p. 244. monet *ὀρθὴν παρ' οἶμον* esse *secundum rectam viam,* non *recta via,* quemadmodum Interpretes. Barnesius citat Varronem de L. L. IV. *Monimenta quæ in sepulcris, et adeo secundum viam, quo prætereuntes admoneant et se fuisse et illos esse mortuos.*

852. *προαστείου* Lasc. Sic in Soph. Electr. 1431. *οὗτος ἐκ προαστίου Χωρεῖ γεγηθώς,* codices nonnulli *προαστείου.*

853. Pro *ψυχή τ' ἐμὴ* habent *καὶ χεὶρ ἐμὴ* P. et Tzetzes Chil. II. 809. sequente Wakefieldio, male. Herc. F. 1250. *Ὁ πολλὰ δὴ τλὰς Ἡρακλῆς λέγει τάδε;*

855. *Ἠλεκτρυῶνος γεῖνατ' Ἀ. Δ.* Tzetz. Lasc. Ald. et edd. fere omnes. *Ἠλ. ἐγείνατ' Ἀ. Δ.* Wakefield. Utrumcunque leges, in consuetudinem Tragicorum peccabis: neque omitti potest augmentum, neque anapæstus in tertio loco stare. Facile conjicias *ἔτεκεν* pro *ἐγείνατ',* sed hoc periculosius est.—Olim secutus eram Gaisfordium ordinem verborum immutantem, et pro quadrisyllabo habentem *Ἠλεκτρύωνος* (sic enim correxi pro vulg. *Ἠλεκτρυῶνος*), ut vocales *υω* in pronuntiando coalescerent, quod in *Ἐριννύων* factum. *Ἠλεκρύονος* autem, quod conjecerat Blomfieldius, diserte exhibet Codex Havn. Hoc igitur, probantibus Elmsleio (ad Bacch. 1132.), Matthiæo, et Hermanno, libenter amplexus sum.

858. Æsch. Prom. 635. *Σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν.* ubi Blomfield. confert hunc versum et Sophocl. in Colch. (Fr. 313.) *Ἢ φῂς ὑπομνὺς ἀνθυπουργῆσαι χάριν:* Olim *Ἀδμήτῳ δ'.* Nuperi editores *Ἀδμήτῳ θ'* ex MS. B.

859. *ἐλθὼν ἄνακτα* Lasc. Scholiastes habet *μελάμπεπλον· εἰδωλοποιεῖται μελαίνας πτέρυγας ἔχων ὁ Θάνατος.* unde legendum *μελάμπτερον* arbitratus est Musgravius, allegans v. 271. et sic edidit Wakef. Sed non continuo sequi-

Θάνατον φυλάξω· καί νιν εὑρήσειν δοκῶ
πίνοντα τύμβου πλησίον προσφαγμάτων.
κἄνπερ λοχήσας αὐτὸν, ἐξ ἕδρας συθεὶς,
μάρψω, κύκλον δὲ περιβάλω χεροῖν ἐμαῖν,
οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται
μογοῦντα πλευρὰ, πρὶν γυναῖκ' ἐμοὶ μεθῇ.
ἢν δ' οὖν ἁμάρτω τῆσδ' ἄγρας, καὶ μὴ μόλῃ
πρὸς αἱματηρὸν πέλανον, εἶμι τὴν κάτω,
Κόρης ἄνακτός τ' εἰς ἀνηλίους δόμους,
αἰτήσομαί τε· καὶ πέποιθ' ἄξειν ἄνω
Ἄλκηστιν, ὥστε χερσὶν ἐνθεῖναι ξένου,
ὅς μ' εἰς δόμους ἐδέξατ', οὐδ' ἀπήλασε,
καίπερ βαρείᾳ ξυμφορᾷ πεπληγμένος,
ἔκρυπτε δ', ὢν γενναῖος, αἰδεσθεὶς ἐμέ.

tur Scholiasten legisse *μελάμπτερον*: alteram vero lectionem diserte agnoscit. Vid. Jacobs. Animadv. p. 34.

861. Ordo est *πίνοντα προσφαγμάτων πλησίον τύμβου.* Exempla genitivi sequentis verba transitiva, subaudito *μέρος τι*, habes in Hec. 610. *Βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλός.* Arist. Eq. 1181. *τουτουὶ φαγεῖν Ἐλατῆρος.* Herod. III. 11. *ἐμπίοντες δὲ τοῦ αἵματος πάντες οἱ ἐπίκουροι, οὕτω δὴ συνέβαλον.* "Quo ritu inferiæ defunctis dari consueverint, ex Homero liquere potest Odyss. Λ. 25. *Βόθρον ὄρυξ', ὅσσον τε πυγούσιον, ἔνθα καὶ ἔνθα· Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χέομεν πᾶσιν νεκύεσσι, Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ, Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον.*" *Stibl.* Omnino consulat lector doctissimum Blomfieldium in Gloss. ad Æsch. Pers. 616.

863. *κύκλον* B. D. Fl. Schol. Lasc. *κύκλιον* P. *κύκλῳ* Aldus, et editores præter Wakef. Utraque lectio proba est; ea vero quam prætuli majore nititur auctoritate, et ad aures paullo suavior est. Deinde vulgo *περιβαλῶ*, quod, etsi editores ad unum omnes amplectuntur, solœcum esse sentio. *κἂν* i. e. *καὶ ἐὰν*, cum futuro indicativo construi nequit. *μάρψω* et *περιβάλω* sunt subjunctivi aoristorum.—Correctionem nostram probavit Matthiæus in notis, et in textum intulit Hermannus.

865. De usu subjunctivi, suppresso *ἂν*, vid. supra v. 76. ubi exempla hujus constructionis dedimus. Porsonus ad Med. 220. (222.) "Sæpe *πρὶν* cum subjunctivo jungunt Tragici, omisso *ἂν*, quod in sermone familiari semper requiritur." Monet vero Elmsleius ad locum Medeæ (*Mus. Cr.* Tom. II. p. 11.) subjunctivum non usurpare Tragicos, nisi in priori membro adsit negandi aut prohibendi significatio; ut in Med. 275. *οὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν, Πρὶν ἄν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω.* Hujus notam lector summo cum fructu consulet.

867. Occurrit *αἱματηρὸς πέλανος* in Iph. T. 300. (289.) Rhes. 430. De voce *πέλανος* vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Pers. 821. Præstat, ut opinor, Aldinæ lectio *εἶμι τὴν κάτω.* Exempla hujus ellipseos habent Dorvillius ad Char. p. 383. Fischerus in Well. III. a. p. 259. Viri Docti in Bos. Ell. Gr. p. 207, 208. ed. Oxon. *τῶν κάτω* ediderunt Wakefield. et Gaisford. ex B. D. P. Lasc.

868. *Κόρη* absolute pro *κόρη Δήμητρος*, quod est supra v. 368. Heracl. 409. 601. Herc. F. 1104. Conferendum Herc. F. 607. *Χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν Ἀΐδου κόρης ἔνερθεν, οὐκ ἀτιμάσω Θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας.* Corrigo Ἀΐδου Κόρης τ'.

872. *βαρίᾳ συμφρᾷ* Lasc. *πεπλεγμένος* nescio quis apud Barnes.

τίς τοῦδε μᾶλλον Θεσσαλῶν φιλόξενος;
τίς Ἑλλάδ' οἰκῶν; τοιγὰρ οὐκ ἐρεῖ κακὸν
εὐεργετῆσαι φῶτα, γενναῖος γεγώς.

ΑΔ. ἰώ. ἰώ. στυγναὶ πρόσοδοι,
στυγναὶ δ' ὄψεις χήρων μελάθρων.
ἰώ μοι, αἶ, αἶ.
ποῖ βῶ; πῇ στῶ; τί λέγω; τί δὲ μή;
πῶς ἂν ὀλοίμην;
ἦ βαρυδαίμονα μήτερ μ' ἔτεκεν.
ζηλῶ φθιμένους, κείνων ἔραμαι,
κεῖν' ἐπιθυμῶ δώματα ναίειν·
οὔτε γὰρ αὐγὰς χαίρω προσορῶν,
οὔτ' ἐπὶ γαίας πόδα πεζεύων·
τοῖον ὅμηρόν μ' ἀποσυλήσας
Ἅιδῃ θάνατος παρέδωκεν.

ΧΟ. πρόβα, πρόβα· βᾶθι κεῦθος οἴκων. στρ. α'.
(ΑΔ. αἶ, αἶ.)
πέπονθας ἄξι' αἰαγμάτων.
(ΑΔ. ἒ, ἔ.)

877. Sic Musgravius ex B. D. P. Schol. Lasc. probante Tyrwhitto. στυγεραὶ πρόσοδοι Ald. ἔρχεται ὁ Ἄδμητος ἀπὸ τοῦ τύμβου, καὶ οὐ τολμᾷ εἰσιέναι. Schol.

879. ἰώ μοι μοι Lasc. Ald. Alterum μοι omisit ed. P. Steph.

880. Hec. 1079. (1062.) Πᾶ στῶ, πᾶ κάμψω, πᾶ βῶ—; ibi adnotat Porsonus: "Noster Alcest. 880. Ποῖ βῶ; πῇ στῶ; ubi ποῖ στῶ Lasc. quod fortasse ex πᾶ depravatum. Ποῦ enim quietem notat; ποῖ motum; πᾶ in utramque partem sumitur, ut monuit Scholiastes ad Aristoph. Plut. 447. ubi hujus dramatis v. 1057. (1040.) citat. Sæpissime in his et similibus terminationibus variant librarii."

881. πῶς ἂν ὀλοίμην; utinam peream, frequens est in Nostri tragœdiis. De hac formula monuimus quædam ad Hipp. 208. Male vertit Melancthon quomodo queam perire? ὀλοίμαν omnes.

882. Finalem ν, licet metro non cogente, addidi cum edd. omnibus.

883. ζηλῶ· μακαρίζω. Schol. Usum τοῦ ζηλῶ illustrat Blomf. Gloss. in Æsch. Prom. 338. Dipodia κείνων ἔραμαι est in versu Aristophanis Vesparum, quem Hippolyto Euripideo adsignat ibi Scholiasta. Vide ad Hipp. 216.

885. Supra v. 707. Χαίρεις ὁρῶν φῶς. Ceterum αὐγὰς simpliciter pro αὐγὰς ἡλίου etiam in v. 683. et locis ibi citatis.

887. ὅμηρον, ἐνέχυρον. τοῦ δὲ ζῆν φησὶν ὅμηρον αὐτοῦ γεγονέναι τὴν Ἄλκηστιν· ἀντὶ γὰρ αὐτοῦ δέδοται τῷ ᾅδῃ. Schol.

890. Luctificas exclamationes Admeto recte adsignat Barnesius, Scaligero et Duporto obsecutus.

891. πέπονθάς γ' legunt Musgr. Wakef. ob metrum.

892. Has et præcedentes interjectiones transponit Matth.

δι' ὀδύνας ἔβας, σάφ' οἶδα.
(ΑΔ. φεῦ, φεῦ.)
τὰν νέρθεν οὐδὲν ὠφελεῖς.
(ΑΔ. ἰώ μοι μοι.)
τὸ μήποτ' εἰσιδεῖν φιλίας ἀλόχου
πρόσωπον * ἄντα λυπρόν.

ΑΔ. ἔμνησας, ὅ μου φρένας ἥλκωσεν·
τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον, ἁμαρτεῖν
πιστῆς ἀλόχου; μή ποτε γήμας
ὤφελον οἰκεῖν μετὰ τῆσδε δόμους.
ζηλῶ δ' ἀγάμους ἀτέκνους τε βροτῶν·
μία γὰρ ψυχή· τῆσδ' ὑπεραλγεῖν,
μέτριον ἄχθος·
παίδων δὲ νόσους, καὶ νυμφιδίους
εὐνὰς θανάτοις κεραϊζομένας

893. Noster Electr. 1210. Σάφ' οἶδα, δι' ὀδύνας ἔβας. Phœn. 1561. δι' ὀδύνας ἂν ἔβας. Phrasin βῆναι δι' ὀδύνης, cum similibus, post alios illustravimus ad Hipp. 1159.

897. Constat hic versus ex iambica et dactylica penthemimeri, quod metri genus est in Hec. 931. 932. 935. (ed. Pors.) et alibi apud Nostrum. Ejusdem generis versus plures in primo Ajacis Sophoclei choro reperiuntur, monente Porsono Præf. ad Hec. p. xi. (9.)

898. Ut hic versus antistrophico respondeat, syllaba requiritur. Legit Musgravius πρόσωπόν τιν' ἄ. λ. Vocabulum ἄντα Homero frequentissime, recentioribus poetis raro usurpatum est. Ceterum λυπηρὸν Ald. Restituit Musgravius λυπρὸν, quod habent D. E. Fl. P. Lasc.—Delet λυπρὸν Hermannus. Rationibus ejus assentiri nequeo.

900. Exponunt μεῖζον ἢ ἁμαρτεῖν, vel μεῖζον τοῦ ἁμαρτεῖν. sed ellipsis ista vix ferenda videtur Schaefero ad Bos. Ellips. p. 477. cui placet sic interpungere: Ἔμνησας, ὅ μου φρένας ἥλκωσεν, (Τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον;) ἁμαρτεῖν Πιστῆς ἀλόχου.—Ego potius cum Matthiæo sentio, cujus verba sunt: "Hoc loco ad μίξιν ἀμφοτέρων τῶν λέξεων, quam sæpe jam commendavi, confugere cogor: τί γὰρ κακὸν μεῖζον, ἢ ἁμαρτεῖν; et μέγιστον γὰρ κακόν ἐστιν ἁμαρτεῖν." Vid. not. ad v. 247.

901. Eadem est constructio in Med. 1413. Οὓς μή ποτ' ἐγὼ φύσας ὤφελον Ἐκ σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι.

903. Hanc sententiam fusius explicat Noster in Med. 1090. seqq.

904. μία γὰρ ψυχή. Ita Musgr. ex B. D. Fl. et ita Stobæus Gesneri LXVI. p. 420, 41. quem indicavit Wakefieldius. Editum erat in Lasc. Ald. reliquisque, Ψυχῇ δὲ μιᾷ. Legebat post Reiskium Ψυχῆς δὲ μιᾶς τῆσδ' Valck. ad Hipp. 258. τῆς Stob. τῶνδ' Fl. Conf. locum Hippolyti, Τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν Ψυχὴν, χαλεπὸν βάρος, ὡς κἀγὼ Τῆσδ' ὑπεραλγῶ.

907. "Imitatur Homerum Il. X. 63. Καὶ θαλάμους κεραϊζομένους." *Blomfield*. Observat Seidlerus ad Eurip. Electr. 483. pluralem θάνατος sæpius usurpare Nostrum, ubi de violenta sive præmatura morte sermo est; et eodem modo Æschylum et Sophoclem, ut Æsch. Choeph. 53. Soph. Electr. 206.

οὐ τλητὸν ὁρᾶν, ἐξὸν ἀτέκνοις
ἀγάμοις τ' εἶναι διὰ παντός.

ΧΟ. τύχα, τύχα δυσπάλαιστος ἥκει. ἀντ. α'.
(ΑΔ. αἶ, αἶ.)
πέρας δ' οὐδὲν τίθης ἀλγέων;
(ΑΔ. ἒ, ἕ.)
βαρέα μὲν φέρειν, ὅμως δὲ
(ΑΔ. φεῦ, φεῦ.)
τλᾶθ'· οὐ σὺ πρῶτος ὤλεσας
(ΑΔ. ἰώ μοι μοι.)
γυναῖκα· συμφορὰ δ' ἑτέρους ἑτέρα
πιέζει φανεῖσα θνατῶν.

ΑΔ. ὦ μακρὰ πένθη, λῦπαί τε φίλων
τῶν ὑπὸ γαίας.
τί μ' ἐκώλυσας ῥῖψαι τύμβου
τάφρον εἰς κοίλην, καὶ μετ' ἐκείνης
τῆς μέγ' ἀρίστης κεῖσθαι φθίμενον;

908. Aliam lectionem *ἀτέκνους ἀγάμους τ'* memorat Schol. Constructionem, quæ edita est, habet Horatius Sat. I. i. 19. *atqui licet esse beatis.*

909. Ita Lasc. Matth. Ceteri conjunctim *διαπαντός*.

912. *τιθεῖς* Lasc. Ald. Herv. I. 2. Brub. H. Steph. *τιθεὶς* Stibl. et ceteri ante Musgr. qui *τιθεῖς* reduxit. *τιθεῖσ',* Gaisford. e conjectura Canteri. *τίθης* recte Matth. uti corrigebat Marklandus. Porson. ad Orest. 141. "Attici dicebant *τίθημι, τίθης, τίθησι.* Ubicunque *τιθεῖς* legitur, legitur ex errore scribarum *ει* et *η* permutantium." Vulgo nulla est interrogatio.

916. Supra v. 429. *Οὐ γάρ τι πρῶτος, οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν Γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες.* Ibi alia ejusdem generis notavimus.

918. Heracl. 611. *παρὰ δ' ἄλλαν ἄλλα Μοῖρα διώκει.* Æsch. Prom. 275. *ταὐτά τοι πλανωμένη Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει.*

921. *τῶν ὑπὸ γαῖαν* omnes edd. Verum accusativus, ni fallor, in tali locutione tantum adhibetur, cum motus aliquis significatur, ut supr. v. 47. *Κάτάξομαί γε νερτέραν ὑπὸ χθόνα.* Dedi igitur *γαίας*, ut in Hec. 149. Hipp. 197. (196.) In Hecubæ loco omnes ante Porsonum habent *τούς θ' ὑπὸ γαῖαν*, planissime contra metrum.

922. *ῥίψαι*, subaudito pronomine *ἐμαυτὸν*, ut in Cycl. 166. *Ῥίψαι τ' ἐς ἅλμην λευκάδος πέτρας ἄπο.* Conferre possint tirones *κρύπτοντα* Phœn. 1117. *κρύπτουσιν* Soph. El. 826. *πάλλων* Œd. T. 153. *κατέσχον* 782. Porson. ad Orest. 294. (288.) (*Καὶ νῦν ἀνακάλυπτ', ὦ κασίγνητον κάρα.*) "Quidni *ἀνακάλυπτε* tam bene pro *ἀνακαλύπτου*, subaudito pronomine, ponatur, quam *καταπαύσας* pro *καταπαυσάμενος* Hec. 918. (906.) *ἔπειγε* pro *ἐπείγου* infra 799. (789.) (ubi MS. unus *ἐπείγου*) et alibi, *ἔγειρε* pro *ἐγείρου* Iph. A. 624. (540)!"

924. Vid. ad v. 758.

δύο δ' ἀντὶ μιᾶς Ἅιδης ψυχὰς
τὰς πιστοτάτας ξὺν ἂν ἔσχεν ὁμοῦ
χθονίαν λίμνην διαβάντε.

ΧΟ. ἐμοί τις ἦν — στρ. β'.
ἐν γένει, ᾧ κόρος ἀξιό-
θρηνος ᤤχετ' ἐν δόμοισιν
μονόπαις· ἀλλ' ἔμπας
ἔφερε κακὸν ἅλις, ἄτεκνος ὤν,
πολιὰς ἐπὶ χαίτας
ἤδη προπετὴς ὤν, βιότου τε πόρσω.

ΑΔ. ὦ σχῆμα δόμων, πῶς εἰσέλθω;

926. Omnes editores solœce habent *τὰς πιστοτάτας γε συνέσχεν ὁμοῦ*, præter Gaisfordium, qui *συνέσχ' ἂν*, quemadmodum emendarat Northmorus apud Wakefield. et sic profecto Porsonus Advers. p. 222. Simile vitium erat in libris, Hec. 1113.—Ego quoque olim edideram *σύνεσχ' ἂν*: sed quum videam quatuor codices apud Matthiæum omittere *γε*, quæ particula suspiciosa est, non dubitavi Hermanni emendationem *σὺν ἂν ἔσχεν* amplecti.

927. *διαβάντε*. Eandem fuisse Atticis participii feminini dualis formam ac masculini, notavimus ad Hipp. 387. (389.) Usus autem pluralis *ψυχὰς* cum *δύο* conjuncti satis obvius est. Syntaxin verborum haud absimilem habet Homerus Odyss. Σ. 63. *ἐπὶ δ' αἰνεῖτον βασιλῆες Εὐρύμαχός τε καὶ Ἀντίνοος, πεπνυμένω ἄμφω.*

928. *τις* in ceteris editionibus accentu caret.

929. *ἐν γένει, cognatus.* Herm. ad Vig. § 389. citat hunc locum et Soph. Œd. T. 1016. *Ὁθ' οὕνεκ' ἦν σοι Πόλυβος οὐδὲν ἐν γένει.* Ceterum Jacobs. Animadv. p. 36. censet hæc proculdubio respicere Anaxagoram. Advocat Ciceron. Tusc. Quæst. III. 14. *Quod Theseus a docto se audisse dicit, id de seipso loquitur Euripides: fuerat enim auditor Anaxagoræ, quem ferunt, nunciata morte filii, dixisse, Sciebam me genuisse mortalem.* Videas quæ collegit Valckenaerius Diatrib. p. 28.

931. *ἔμπας καὶ ἔμπα*, Ἀττικῶς. *ἔμπης δὲ*, Ἰωνικῶς· *δηλοῖ δὲ τὸ ὅμως.* Zonaras, partim e Schol. Soph. Aj. 122. *ἔμπης· ὅμως.* Hesych. Vocem habent Noster Cycl. 535. Æschylus Prom. 48. Eum. 229. Sophocles Ant. 845. Aj. 122. 1338. *ἔμπης* frequentatum est Homero et aliis poetis.

932. Scholiastes exponit *ἅλις* per *μετρίως*. Hesychius etiam in voce, *ἔστι καὶ μετρίως· ὡς Εὐριπίδης ἐν Ἀλκήστιδι.* Albertius confert Med. 630. *εἰ δ' ἅλις ἔλθοι Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς Εὔχαρις οὕτω.* Lasc. *ἔφερεν.*

934. *βιότου τε πρόσω* Lasc. Ald. et edd. ante Barnesium, qui, lectore non consulto, dedit *πρόσσω*: et sic Kuin. Wakef. Wagn. *βιότου πρόσω τε* Matth. *πόρσω* Gaisfordius, quod unice verum est. Credo hanc vocem fuisse vetustam formam, *πόῤῥω* autem esse serioris Atticismi: non aliter differebant *ἄρσην* et *ἄῤῥην*, *θάρσος* et *θάῤῥος*, &c. Etym. M. p. 683, 42. v. *πόῤῥω. παρὰ τὴν πρὸς πρόθεσιν γίνεται πρόσω· καὶ κατὰ μετάθεσιν, πόρσω· καὶ τροπῇ τοῦ σ̄ εἰς ρ̄, πόῤῥω· ὡς μυρσίνη, μυῤῥίνη.* Eadem Zonaras, nisi quod habet *παρὰ τὴν πρὸ πρόθεσιν.* Pindarus adhibet *πόρσω* in Olymp. III. 79. X. 67. Pyth. III. 39. Nem. IX. 111. Quod ad constructionem attinet, conferendus est Plato Apol. Socr. 29. T. I. p. 38. *ὁρᾶτε γὰρ δὴ εἰς τὴν ἡλικίαν, ὅτι πόῤῥω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου, θανάτου δ' ἐγγύς.* ubi recte interpretatur Forsterus in Indice, *πόῤῥω τοῦ βίου, longe provectum in vita.* Ceterum hic versus est Ionicus a majore trimeter.

935. *σχῆμα δόμων* periphrasis est pro *δόμοι.* sic in Hec. 619. *Ὦ σχήματ'*

πῶς δ' οἰκήσω, μεταπίπτοντος
δαίμονος; οἴμοι· πολὺ γὰρ τὸ μέσον·
τότε μὲν πεύκαις ξὺν Πηλιάσι,
ξύν θ' ὑμεναίοις ἔστειχον ἔσω,
φιλίας ἀλόχου χέρα βαστάζων,
πολυήχητός θ' εἵπετο κῶμος,
τήν τε θανοῦσαν κἄμ' ὀλβίζων,
ὡς εὐπατρίδαι, κἀπ' ἀμφοτέρων
ὄντες ἀρίστων, ξύζυγες εἶμεν·
νῦν δ' ὑμεναίων γόος ἀντίπαλος,
λευκῶν τε πέπλων μέλανες στολμοὶ
πέμπουσί μ' ἔσω,
λέκτρων κοίτας ἐς ἐρήμους.

ΧΟ. παρ' εὐτυχῆ ἀντ. β'.
σοι πότμον ἦλθεν ἀπειροκά-

οἴκων, ὦ ποτ' εὐτυχεῖς δόμοι. Soph. Phil. 952. Ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον, αὖθις αὖ πάλιν Εἴσειμι πρός σε ψιλὸς, οὐκ ἔχων τροφήν. Sophoclis locum excitavit Wakefieldius, scribens præterea πῶς σ' εἰσέλθω;

937. πολὺ γὰρ τὸ μέσον. Hæc verba in parenthesi habenda sunt. Recte Schol. τὸ μέσον· τὸ διάφορον τῆς νῦν τύχης καὶ τῆς παλαιᾶς. Euripidea confert Wesselingius ad Herod. IX. 82. ubi πολλὸν τὸ μέσον. et I. 126. οἱ δὲ ἔφασαν πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον. Ceterum conferri possint Tro. 148. Æsch. Prom. 555.

938. De πευκῇ agit Spanhemius ad Call. H. in Dian. 116.

941. Editum erat πολυάχητος δ'. Doricas formas in anapæsticis legitimis retinere nolo.

942. Fortasse scribendum sit καὶ ἔμ' ὀλβ. et in v. seq. καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων.—et hoc quidem habent tres codices apud Matthiæum. ὀλβίζειν· μακαρίζειν, εὐδαίμονα ἡγεῖσθαι. Suidas, citans Soph. Œd. T. 1529. Apud Nostrum vox non infrequens est.

944. ἦμεν Lasc. εἰμὲν Aldus et editores præter Gaisfordium, qui ex Heathii correctione εἶμεν, recte omnino: hæc enim vera est optativi pluralis forma, quod monuit Dawesius Misc. Cr. p. 246.—Pro ἀρίστων Hermannus edidit de suo ἀριστῶν. Equidem dudum suspicatus sum Euripidem dedisse ἄριστοι.

948. Porsonus ad Hec. 298. ubi legitur γόων καὶ ὀδυρμάτων θρήνους, observat tales pleonasmos apud Tragicos abundare, et interdum reciprocari, ut Tro. 605. θρήνων ὀδυρμοί. et sic κοίτας λέκτρον Med. 436. λέκτρων κοίτας in nostro versu. ἐς omittit Lasc.

949. Ita MSS. Lasc. Schol. et edd. præter Ald. et Herv. I. ubi mendose παρ' εὐτυχεῖ σοι πότμος. Emendatum habet Hervagiana secunda. παρ' εὐτυχῆ πότμον ἦλθε τόδ' ἄλγος vulgo interpretantur *ad prosperam sortem venit hic dolor:* rectius verteris *confestim secutus prosperam fortunam.* Similis est usus τοῦ παρὰ in Demosthene Περὶ Στεφάνου § 6. p. 229, 16. ed. Reisk. ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα τὴν πόλιν, οὖσί γε τηλικούτοις, ἡλίκα νῦν ἐτραγῴδει καὶ διεξῄει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι. Falsus est Wakefieldius legens εὐτυχεῖ—πότμῳ.

950. Vocem ἀπ. habet Thucydides V. 105. μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον.

κῳ τόδ' ἄλγος· ἀλλ' ἔσωσας
βίοτον καὶ ψυχάν.
ἔθανε δάμαρ, ἔλιπε φιλίαν·
τί νέον τόδε; πολλοὺς
ἤδη παρέλυσεν θάνατος δάμαρτος.

ΑΔ. φίλοι, γυναικὸς δαίμον' εὐτυχέστερον
τοὐμοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως·
τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἅψεταί ποτε,
πολλῶν δὲ μόχθων εὐκλεὴς ἐπαύσατο.
ἐγὼ δ', ὃν οὐ χρῆν ζῆν, παρεὶς τὸ μόρσιμον,
λυπρὸν διάξω βίοτον· ἄρτι μανθάνω.
πῶς γὰρ δόμων τῶνδ' εἰσόδους ἀνέξομαι;
τίν' ἂν προσειπὼν, τοῦ δὲ προσρηθεὶς ὕπο,
τερπνῆς τύχοιμ' ἂν εἰσόδου; ποῖ τρέψομαι;
ἡ μὲν γὰρ ἔνδον ἐξελᾷ μ' ἐρημία,

952. *βίοτον καὶ ψυχὰν*, ut Hom. Il. Π. 453. *ἐπὴν δὴ τόν γε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών*. Λ. 334. Θυμοῦ καὶ ψυχῆς. Ejusmodi hendiadis non raro occurrit.

954. Vid. ad v. 429. *πολλοῖς* B. D. Lasc. Ald. et reliquæ edd. vett. Emendatum est *πολλοὺς* in Canteriana.—Hermannus revocat *πολλοῖς*, et intelligit e præcedentibus *φιλίαν*. Minime assentior.

955. *παρέλυσε* omnes præter Matthiæ.

956. *δαίμονα, sortem*. Vide Valckenaerium citatum supra ad v. 577. Kusterus ad Aristoph. Plut. 6. laudat hunc locum, conferens, inter alia, Cycl. 110. *τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί*. Ion.* 1269. *'Εσθλοῦ δ' ἔκυρσα δαίμονος*.

957. Tro. 626. *Ὄλωλεν, ὡς ὄλωλεν· ἀλλ' ὅμως ἐμοῦ Ζώσης γ' ὄλωλεν εὐτυχεστέρῳ πότμῳ*. Ceterum omnino comparanda sunt loca, ubi *ὅμως* in fine versiculi legitur, apud Elmsleium ad Soph. Aj. 15. (*Mus. Cr.* Tom. I. p. 351.) His inspectis, judicabit lector utrumne interpungi debeat ante *ὅμως*: utcunque de hoc statuetur, valet *ὅμως nihilominus*. Vid. Blomfield. ad Æsch. Pers. 295. (300.)

958. "Imitatur Æschyli Philoctetam apud Stob. p. 493. (Fr. 229.) *ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶν*, quæ verba paullo aliter citat Plutarch. Consol. ad Apollod. p. 109. F. *Ἄλγος γὰρ ὄντως οὐθὲν ἅπτεται νεκρῶν*. Voces *γὰρ ὄντως* ipse supplevit Plutarchus, ut senarius evaderet. Soph. Œd. Col. 955. *θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται*." *Blomfield*.

959. *πολλῶν τε* Wakef. Vid. ad v. 151.

960. *χρὴ* omnes. Sed proculdubio reponendum *χρῆν*, *oportebat*, quod recte vertunt interpretes. Confer Orest. 1030. *ζῆν ἐχρῆν σ', ὅτ' οὐκέτ' εἶ*. et sic corrigit Elmsleius ad Heracl. 959. agens de confusis *χρὴ* et *χρῆν*.

961. Ita B. D. Fl. Lasc. Matth. Habet Aldus *μανθάνων*, quod vulgo editum est, sed corrupte. *ἄρτι μανθάνω* similiter versum claudit in Bacch. 1297. *Διόνυσος ἡμᾶς ὤλεσ'· ἄρτι μανθάνω*. Musgravius conjecit *διάξων—μανθάνω*, obsequente Wakefieldio; bene quidem, nisi melius esset alterum. Med. 1036. *σφῷν γὰρ ἐστερημένη Λυπρὸν διάξω βίοτον, ἀλγεινόν τ' ἐμοί*.

962. Conjiciebam in nota ad Soph. Electr. 1028. (*Mus. Cr.* T. I. p. 207.) *Πῶς γὰρ δόμους τούσδ' εἰσορῶν ἀνέξομαι*; hodie conjecturam istam, ut inutilem, resigno.

965. Vulgo legitur, ut in Aldina,

γυναικὸς εὐνὰς εὖτ᾽ ἂν εἰσίδω κενὰς,
θρόνους τ᾽, ἐν οἷσιν ἷζε, καὶ κατὰ στέγας
αὐχμηρὸν οὖδας, τέκνα δ᾽ ἀμφὶ γούνασι
πίπτοντα κλάῃ μητέρ᾽, οἱ δὲ δεσπότιν
στένωσιν, οἵαν ἐκ δόμων ἀπώλεσαν.
τὰ μὲν κατ᾽ οἴκους, τοιάδ᾽. ἔξωθεν δέ με
γάμοι τ᾽ ἐλῶσι Θεσσαλῶν καὶ ξύλλογοι
γυναικοπληθεῖς· οὐ γὰρ ἐξανέξομαι
λεύσσων δάμαρτος τῆς ἐμῆς ὁμήλικας.
ἐρεῖ δέ μ᾽, ὅστις ἐχθρὸς ὢν κυρεῖ, τάδε·
Ἰδοῦ τὸν αἰσχρῶς ζῶνθ᾽, ὃς οὐκ ἔτλη θανεῖν,
ἀλλ᾽, ἣν ἔγημεν ἀντιδοὺς, ἀψυχίᾳ
πέφευγεν Ἅιδην, (κᾆτ᾽ ἀνὴρ εἶναι δοκεῖ;)
στυγεῖ δὲ τοὺς τεκόντας, αὐτὸς οὐ θέλων
θανεῖν.—τοιάνδε πρὸς κακοῖσι κληδόνα
ἕξω. τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι,
κακῶς κλύοντι καὶ κακῶς πεπραγότι;

ἐξολεῖ μ᾽. Reposuit Wakefieldius ἐξελᾷ μ᾽ ex B. E. P. Fl. Lasc. sequentibus Gaisfordio et Matthiæo.

967. ἵζες Ald. Vitium sublatum est in ed. Canter.

969. κλαίει Ald. sequentibus editionibus usque ad Musgr. qui ex E. P. Lasc. restituit κλαίῃ, quod correxere Portus, Reiskius, et Tyrwhittus. Subjunctivus postulatur post εὖτ᾽ ἄν. Deinde ellipsin vocis δοῦλοι notat Schaeferus ad Bos. Ell. p. 73. ed. Oxon. De constructione in sequente versiculo, consulas eundem librum, p. 157.

972. γελῶσι Fl. Lasc. γ᾽ ἐλῶσι Ald. Emendavit Portus ἐλῶσι, recte, cum sit futurum Atticum verbi ἐλαύνω, pro quo dicebant Iones ἐλάσουσι. Idem vero Portus omisit καὶ, negligentia typographi, et proinde omittunt edd. Steph. Kuinoel. Wagner. Edidi cum Wakefieldio γάμοι τ᾽ pro γάμοι γ᾽.

973. Æsch. Pers. 123. γυναικοπληθὴς ὅμιλος. Fl. οὐδὲ γὰρ ἀνέξομαι. Exempla ejusdem structuræ dedimus ad Hipp. 354. et Soph. Electr. 1028.

975. Perverse interpungunt quidam ἐρεῖ δὲ, μ᾽ ὅστις—. Esse ἐρεῖ με *dicet de me*, omnibus notissimum est. Vid. inf. v. 999.

978. Interrogationem, quæ in ceteris deest, addunt Lasc. Wakef. Matth. Confer Arist. Eq. 392. Κᾆτ᾽ ἀνὴρ ἔδοξεν εἶναι, τἀλλότριον ἀμῶν θέρος. De hoc usu τοῦ δοκεῖν videndus Valckenaerius ad Hipp. 462. qui exponit per προσποιεῖσθαι.

979. αὐτοὺς Lasc.

981. κύδιον. Hanc vocem agnoscit Hesychius, interpretans κρεῖττον, αἱρετώτερον: extat etiam in Androm. 639. κύδιον βροτοῖς Πένητα χρηστὸν, ἢ κακὸν καὶ πλούσιον Γαμβρὸν πεπᾶσθαι. et hinc satis, ut opinor, usus ejus apud Nostrum defenditur; neque ulla mutatione opus est. Cogitabam aliquando de scribendo κέρδιον: in eandem suspicionem incidit J. Tate. Conjecit Blomfieldius τί μοι ζῆν δῆτα κέρδος ἦν, φίλοι—ut in Æsch. Prom. 747. Τί δῆτ᾽ ἐμοὶ ζῆν κέρδος; Med. 145. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος; 798. τί μοι ζῆν κέρδος; Ceterum huc referunt Gregor. de Dial. Att. p. 46. ed. Koen. (p. 110. ed. Schaef.) τὰ συγκριτικὰ ἀντὶ τῶν ἁπλῶν παραλαμβάνουσι. sed in nostro versu recte Wakef. subintelligit ἢ ἀποθανεῖν.

ΧΟ. ἐγὼ καὶ διὰ μούσας στρ. α΄.
καὶ μετάρσιος ἦξα, καὶ
πλεῖστον ἁψάμενος λόγων,
κρεῖσσον οὐδὲν Ἀνάγκας
εὗρον· οὐδέ τι φάρμακον
Θρῄσσαις ἐν σανίσιν, τὰς
Ὀρφεία κατέγραψεν
γῆρυς, οὐδ' ὅσα Φοῖβος Ἀ-
σκληπιάδαις ἔδωκε
φάρμακα πολυπόνοις
ἀντιτεμὼν βροτοῖσιν.
μόνας δ' οὔτ' ἐπὶ βωμοὺς ἀντ. α΄.
ἐλθεῖν, οὔτε βρέτας θεᾶς
ἐστὶν, οὐ σφαγίων κλύει.
μή μοι, πότνια, μείζων
ἔλθοις, ἢ τὸ πρὶν ἐν βίῳ.

983. Hanc stropham et antistropham habet Stobæus Exc. VIII. p. 126, et Latinis numeris pulcre convertit Grotius. Notat Schol. ὁ ποιητὴς διὰ τοῦ προσώπου τοῦ χοροῦ βούλεται δεῖξαι ὅσον μετέσχε τῆς παιδεύσεως.

984. Ita recte Lasc. Ald. Herv. 1. et Brub. In Herv. 2. ἧξα, quod vitium in reliquis est ante Barnes. καὶ περὶ μετεώρων ἐφρόντισα· οἷον, ἠστρολόγησα, καὶ ὁρμὴν ἐπὶ τούτῳ ἔσχον. Schol.

985. Ita vulgo: πλείστων MSS. Lasc. sed nil opus, et optime congruunt metra, retenta lectione Aldina πλεῖστον: de lege versuum, e quibus hæc stropha præcipue constat, scripsi ad Hippol. 564. 735.

988. Corrupte citat Schol. ad Hec. 1257. Notat Musgravius: "σανίσι. Conservatas ad Hæmum, Thraciæ montem, tradit Schol. ad Hecubam. Quidquid hujus fuerit, Euripides haud dubie respicit scripta, quæ sua et Platonis ætate Orpheo tribui solebant. Vid. de Repub. II. T. II. p. 364."

988. Lasc. Θρῄσσαις. Quod attinet ad τὰς pro ἃς usurpatum, sufficient notata ad Hipp. 525. (527.)

990. Periphrasis est Ὀρφεία γῆρυς pro Ὀρφεὺς, cujus generis plurima dedimus exempla ad Hipp. 794.

991. Ἀσκληπιάδαις E. Fl. P. et ita Lascaris, nisi quod vitiose habet Ἀσκληπιάδης. Ceteri Ἀσκληπιάδαισιν. Deinde ἔδωκε Musgr. et Gaisf. pro vulgato παρέδωκε. De filiis Æsculapii consuli potest Hemsterhusius ad Arist. Plut. p. 234. seq.

993. Æsch. Agam. 17. Ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος. Sic Choeph. 539. Ἄκος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων. Eur. Andr. 121. Ἄκος τῶν δυσλύτων πόνων τεμεῖν. ubi Schol. τεμεῖν· ἀπὸ τῶν ῥιζοτομούντων ἡ μεταφορά. ταμεῖν οὖν ἀντὶ τοῦ εὑρέσθαι. Ita ad Pind. Pyth. IV. 393. Σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμακώσαισ' ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν Δῶκε χρίεσθαι, Interpres Græcus, ἀντίτομα δὲ εἶπε τὰ ἀλεξιφάρμακα, κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ῥιζοτόμων. His citatis Stanleius adjicit, "ἀντίτομον φάρμακον est id remedium quod secatur et paratur, ac præbetur alicui adversus morbi dolores et vim: ad quam etymologiam respexisse Euripidem in Alcestide monet Æmilius Portus." Similia habet Hesychius v. ἀντίτομον. Vid. Ruhnken. ad Hom. Hymn. in Cer. 229.

998. ἔλθοις omissum est in Lasc.

καὶ γὰρ Ζεὺς, ὅ τι νεύσῃ,
ξὺν σοὶ τοῦτο τελευτᾷ·
καὶ τὸν ἐν Χαλύβοις δαμά-
ζεις σὺ βίᾳ σίδαρον·
οὐδέ τις ἀποτόμου
λήματός ἐστιν αἰδώς.
καὶ σ' ἐν ἀφύκτοισι χερῶν — στρ. β΄.
εἷλε θεὰ δεσμοῖς·
τόλμα δ', οὐ γὰρ ἀνάξεις ποτ' ἔνερθεν
κλάων τοὺς φθιμένους ἄνω.
καὶ θεῶν σκότιοι φθίνουσι
παῖδες ἐν θανάτῳ.
φίλα μὲν, ὅτ' ἦν μεθ' ἡμῶν,

999. Ita Lasc. Ald. et omnes ante Musgr. qui ex tribus MSS. B. D. Fl. dedit *νεύσει*, sequentibus nuperis editoribus: perperam, ut opinor. *νεύσῃ* est subjunctivus aoristi, subaudito *ἂν*, quam constructionem sæpius attigi. Scholiastes bene comparat Homer. Iliad. A. 526. *οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν, Οὐδ' ἀτελεύτητον, ὅ τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.*

1001. Alia forma *Χάλυβες* extat in Æschyli Prom. 715. *Λαιᾶς δὲ χειρὸς οἱ σιδηροτέκτονες Ναίουσι Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή.* Et habet quidem noster Scholiasta *Χαλύβες*, unde, puto, Barnesius non monito lectore edidit *Χαλύβεσσι*. Veterem scripturam reduxit Musgravius. Vid. Spanhem. ad Call. H. in Dian. 60. Abresch. ad Æsch. I. p. 136. Elmsl. ad Heracl. 162.

1002. *δαμάζεις οὐ βίᾳ* Aldus, corruptela nata e similitudine literarum CΥ et OΥ. Barnesius amplexus est emendationem Canteri, Nov. Lect. IV. 19. *δαμάζει σου βία*. Reposuit tandem Musgr. veram lectionem ex MSS. omnibus et ed. Lasc.

1003. Redeas ad notam supra v. 118.

1004. Potestatem vocis *λῆμα* explicat et illustrat Valckenaerius Anim. ad Ammon. p. 141. seq.

1005. *ἀφύκτοις* Lasc. *καί σ'* vulgo.

1007. Soph. Electr. 137. *Ἀλλ' οὔτοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα Παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις, οὔτε γόοις, οὔτε λιταῖς.* ibi Brunckius citat nostrum locum, et opinatur utrumque sumptum esse ex Homero Il. Ω. 549. *Ἄνσχεο, μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο σὸν κατὰ θυμόν· Οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχημένος υἷος ἑῆος, Οὐδέ μιν ἀνστήσεις.*

1009. *σκότιος· νόθος· ὁ λάθρα γεννηθεὶς τῶν γονέων τῆς κόρης· τοὺς γὰρ μὴ ἐκ φανερᾶς, λαθραίας δὲ μίξεως γεγονότας, Σκοτίους ἐκάλουν*—. Hæc Hesychius: similiter Schol. citans Hom. Il. Z. 24. *σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.* ubi eadem fere Schol. Ven. In Tro. 252. Talthybius ait Cassandram destinatam esse *λέκτρων σκότια νυμφευτήρια.*—Sensum vocis *σκότιοι*, quem ex Grammaticis protuli, omnes Euripidis interpretes, tam veteres quam recentiores, adoptarunt. Hermanno aliter visum est: exclamat ille, "Vix credas adeo quemquam invenustum esse, ut *σκοτίους*, hic spurios dici credat." Vertit igitur *σκότιοι φθίνουσι, ad Orci tenebras abeunt*: quam interpretationem libenter amplecterer, modo constaret vocem *σκότιοι* vim istam capere posse. Lasc. *φθινύθουσι*.

1011. Ita Lasc. *ἦν γε μεθ' ἡμῶν* Aldus ceterique editores, et in antistr. v. 1021. *προὔθανεν*, miro consensu; unde omnis numerorum suavitas omnino sublata est. Hic versiculus et duo proxime sequentes sunt Ionici a majore dimetri, in quo metrorum genere prima syllaba est *ἀδιάφορος*.—In delendo *γε*, et scribendo *προὔθαν'* in antistr. obsequentem habui Hermannum. Particulam, quam delevi, omittunt quinque Codices, teste Matthiæo.

φίλα δ' ἔτι καὶ θανοῦσα.
γενναιοτάταν δὲ πασᾶν
ἐζεύξω κλισίαις ἄκοιτιν.
μηδὲ νεκρῶν ὡς φθιμένων ἀντ. β'.
χῶμα νομιζέσθω
τύμβος σᾶς ἀλόχου, θεοῖσι δ' ὁμοίως
τιμάσθω, σέβας ἐμπόρων·
καί τις, δοχμίαν κέλευθον
ἐμβαίνων, τόδ' ἐρεῖ·
Αὕτα ποτὲ προὔθαν' ἀνδρὸς,
νῦν δ' ἐστὶ μάκαιρα δαίμων·
χαῖρ', ὦ πότνι', εὖ δὲ δοίης.—
τοῖαί νιν προσεροῦσι φᾶμαι.

καὶ μὴν ὅδ', ὡς ἔοικεν, Ἀλκμήνης γόνος,
Ἄδμητε, πρὸς σὴν ἑστίαν πορεύεται.
ΗΡ. φίλον πρὸς ἄνδρα χρὴ λέγειν ἐλευθέρως,
Ἄδμητε, μομφὰς δ' οὐχ ὑπὸ σπλάγχνοις ἔχειν

1012. Corrupte Lascaris ἴφλα δὲ καὶ θανοῦσ' ἐστιν. Aldus φίλα δέ τι—hoc vitium correxit Barnesius, monente Porto.

1015. Sic Eur. Suppl. 44. φθιμένων νεκύων. 558. τοὺς ὀλωλότας νεκρούς. Fluxit, ut videtur, ab Homerico, Odyss. Λ. 490. νεκύεσσι καταφθιμένοισι.

1016. De v. χῶμα videndus est Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Theb. 947. et 1024.

1017. Ita Lasc. Ald. Herv. 1. et Brub. τύμβον Herv. 2. quod vitium, in textu semel receptum, nemo ante Barnesium sustulit. Cum dativo construi ὁμοίως monuit Porsonus in præclara nota MSta, quæ publici juris facta est ad Hippol. 210. (209.) Ex locis ibi indicatis citabo Fragm. Eurip. Erecthei IV. 8. (Fr. 353.) αἱ δ' ἄλλαι πόλεις, Πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι, Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι. Arist. Lysistr. 557. Νῦν μὲν γὰρ δὴ καὶ ταῖσι χύτραις καὶ τοῖς λαχάνοισιν ὁμοίως Περιέρχονται κατὰ τὴν ἀγορὰν ξὺν ὅπλοις, ὥσπερ Κορύβαντες. Cæterum animadvertant velim tirones θεοῖσι disyllabon esse; metrum est ex ea specie antispastici hendecasyllabi, cujus exempla indicavit Porsonus in Addend. ad Hec. 1179. (1161.) [p. 142. ed. Cant. 1829.] Vid. Gaisf. ad Hephæst. p. 307.—Blomfieldius (*Quart. Rev.* Tom. XV. p. 123.) apposite confert Platonem Comicum ap. Plut. Themist. p. 128. E. Ὁ σὸς δὲ τύμβος, ἐν καλῷ κεχωσμένος, Τοῖς ἐμπόροις πρόσρησις ἔσται πανταχοῦ.

1020. Ita Gaisf. Matth. ex MSS. B. D. Ceteri ἐκβαίνων mendose, ut opinor: —sed hoc defendere placet Hermanno. Σὺ τῇδε κρίνεις, Ἡράκλεις, κείνῃ δ' ἐγώ. Quod dedimus, ἐμβαίνων, habent tres alii MSS. apud Matth.

1021. Plerique αὐτά. Recte dederunt αὕτα Lascaris et Brubachius. προὔθανεν omnes.

1022. ἐστὶν Lasc.

1023. εὖ δὲ διδοίης Lasc. εὖ διδοίης conjiciebat Tyrwhittus: sed rectissima sunt vulgata.

1024. τοιαῖσιν Fl.

1025. De hoc usu τοῦ ὅδε quædam notavi supra ad v. 137.

1028. μορφὰς Aldus. Mendam

σιγῶντ'. ἐγὼ δὲ σοῖς κακοῖσιν ἠξίουν
ἐγγὺς παρεστὼς ἐξετάζεσθαι φίλος·
σὺ δ' οὐκ ἔφραζες σῆς προκείμενον νέκυν
γυναικός· ἀλλά μ' ἐξένιζες ἐν δόμοις,
ὡς δὴ θυραίου πήματος σπουδὴν ἔχων.
κἄστεψα κρᾶτα, καὶ θεοῖς ἐσπείσαμεν
σπονδὰς ἐν οἴκοις δυστυχοῦσι τοῖσι σοῖς.
καὶ μέμφομαι δή, μέμφομαι παθὼν τάδε·
οὐ μήν σε λυπεῖν ἐν κακοῖσι βούλομαι.
ὧν δ' οὕνεχ' ἥκω, δεῦρ' ὑποστρέψας πάλιν,
λέξω· γυναῖκα τήνδε μοι σῶσον λαβών,
ἕως ἂν ἵππους δεῦρο Θρῃκίας ἄγων
ἔλθω, τύραννον Βιστόνων κατακτανών.
πράξας δ' ὃ μὴ τύχοιμι, (νοστήσαιμι γάρ)
δίδωμι τήνδε σοῖσι πρόσπολον δόμοις.
πολλῷ δὲ μόχθῳ χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμάς·
ἀγῶνα γὰρ πάνδημον εὑρίσκω τινὰς
τιθέντας ἀθληταῖσιν, ἄξιον πόνου,

turpissimam repetunt Herv. 1. 2. 3. Brub. et Stibl.

1029. *ἠξίουν dignum me censebam.* Sic Suppl. 385. *Θησεύς σ' ἀπαιτεῖ πρὸς χάριν θάψαι νεκρούς, Ξυγγείτον' οἰκῶν γαῖαν, ἀξιῶν τυχεῖν.*

1031. *προσκείμενον* Lasc. Voces istas confusas vidimus supra 567. 849.

1033. Idem fere legitur versus supra 794.

1034. *ἐλειψάμην* pro *ἐσπείσαμεν* D. E. Fl. Lasc. probante Tyrwhitto.—Et sic etiam alii Codices apud Matth. sequente Hermanno, qui recte notat *σπένδεσθαι* in media voce esse *fœdus facere*. Equidem neque *ἐλειψάμην* neque *ἐσπεισάμην* in hoc loco defendere possum. Dedi igitur levi emendatione *ἐσπείσαμεν*. Hoc facile mutari poterat a correctore nesciente Euripidem numerorum enallagen adamasse. Confer Eur. Electr. 511. *Σπονδάς τε, λύσας ἀσκὸν ὃν φέρω ξένοις, Ἔσπεισα.*

1036. *μὲν* pro *δὴ* Hermannus, e quatuor Codd. apud Matth. fortasse recte. Contulit inf. v. 1112. *Αἰνῶ μὲν, αἰνῶ.*

1039. *σῶσον* MSS. Lasc. Gaisf. Matth. et sic Tyrwhittus, recte: confer vv. 1063. 1138. Ceteri cum Aldo *σῶσαι*. Vulgo *τήνδε μοι*: Matthiæus *τήνδ' ἐμοί*, quod videtur nimis emphaticum.

1040. *Θρήϊκας* Lasc. Ald. *Θρηκίους* Barnes. *Θρηκίας* Pierson. ad Mœr. p. 300. *Θρῃκίας* tandem Musgr. ex D. Fl.

1042. Interpretatur Wakefieldius *Πράξας δ' ὃ μὴ τύχοιμι, si tamen id patiar, quod utinam mihi non contingat pati.* Sic Soph. Œd. Col. 1704. *ἔπραξεν οἷον ἤθελε.* Addas exempla quæ protuli supra ad v. 819. *νοστήσοιμι* P. Lasc. sed mendose.

1043. *προσπολεῖν* Hermannus e quatuor Matthiæi MSS.

1044. Habent Lasc. Ald. *Πολλῶν δὲ μόχθων ἦλθε χεῖρας εἰς ἐμάς.* quæ expedire tentant Viri docti supplendo *μετὰ*, aut *διὰ*, aut *γέρας*. Quod nunc editum est restituit Musgravius ex B. D. Fl. Schol. et idem dudum conjectura assecutus erat Reiskius.—Error fluxit, ut videtur, a scriba *ἰῶτα* adscriptum cum *ν* confundente.

ὅθεν κομίζω τήνδε, νικητήρια
λαβών· τὰ μὲν γὰρ κοῦφα τοῖς νικῶσιν, ἦν
ἵππους ἄγεσθαι, τοῖσι δ' αὖ τὰ μείζονα
νικῶσι, πυγμὴν καὶ πάλην, βουφόρβια·
γυνὴ δ' ἐπ' αὐτοῖς εἵπετ'· ἐντυχόντι δὲ
αἰσχρὸν παρεῖναι κέρδος ἦν τόδ' εὐκλεές.
ἀλλ', ὥσπερ εἶπον, σοὶ μέλειν γυναῖκα χρή·
οὐ γὰρ κλοπαίαν ἀλλὰ σὺν πόνῳ λαβὼν
ἥκω· χρόνῳ δὲ καὶ σύ μ' αἰνέσεις ἴσως.
ΑΔ. οὔτοι σ' ἀτίζων, οὐδ' ἐν ἐχθροῖσιν τιθεὶς
ἔκρυψ' ἐμῆς γυναικὸς ἀθλίους τύχας·
ἀλλ' ἄλγος ἄλγει τοῦτ' ἂν ἦν προσκείμενον,
εἴ του πρὸς ἄλλου δώμαθ' ὡρμήθης ξένου.
ἅλις δὲ κλάειν τοὐμὸν ἦν ἐμοὶ κακόν.
γυναῖκα δ', εἴ πως ἐστὶν, αἰτοῦμαί σ', ἄναξ,
ἄλλον τιν', ὅστις μὴ πέπονθεν οἷ' ἐγὼ,
σώζειν ἄνωχθι Θεσσαλῶν· (πολλοὶ δέ σοι

1047. *νικητήρια* de una muliere, ut *προσφάγματα* in Hec. 265. *συγκοιμήματα* Andr. 1273. *νυμφευτήρια* Tro. 252. et alia ejusmodi.

1048. Notum est Græcos dixisse *νικᾷν μάχην, νικᾷν ἀγῶνα, νικᾷν ἄεθλον*. ut Pind. Ol. IV. 34. *νικῶν δρόμον*. Xen. Anab. VI. 5. 23. *ἀναμιμνήσκεσθε ὅσας δὴ μάχας σὺν τοῖς θεοῖς ὁμόσε ἰόντες νενικήκατε*. Eadem igitur constructio est hujus loci. Quæ de præmiis certaminis habet Noster, sumpsisse videtur ex Homero Il. Ψ. 259. *Νηῶν δ' ἔκφερ' ἄεθλα λέβητάς τε, τρίποδάς τε, Ἵππους θ', ἡμιόνους τε, βοῶν τ' ἴφθιμα κάρηνα, Ἠδὲ γυναῖκας ἐυζώνους, πολιόν τε σίδηρον. Ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλά' ἄεθλα Θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν, Καὶ τρίποδ'*—.

1053. *μέλλειν* Lasc.

1056. *ἀτιμάζων* Schol. Lasc. Ald. et edd. ante Barnesium. Corrigendum *ἀτίζων* viderunt Scaliger. et Portus, et hoc scriptum est in Fragmento MSti hujus fabulæ in Museo Britannico. Ita in Eur. Suppl. 19. ubi *νόμιμ' ἀτίζοντες θεῶν*, habet Codex *ἀτιμάζοντες*. Extat *ἀτίζειν* etiam in Suppl. 865. Rhes. 252. 327. Dyct. Fragm. XVII. (Fr. 348.) Æsch. Theb. 441. Eum. 541. Soph. Œd. Col. 1153. Vid. Ruhnken. Epist. Cr. I. p. 9. Deinde pro *ἐχθροῖσιν* omnes editiones Musgravianam præcedentes exhibent *αἰσχροῖσι*: alteram servavit unus Codex B. In Soph. Aj. 1059. confusa sunt *αἰσχίστῳ* et *ἐχθίστῳ*.—Agnoscunt *ἐχθροῖσιν* tres alii Codices apud Matth.

1057. Ita Musgr. ex B. D. Fl. Lasc. *ἀθλίου* Ald. Observat Elmsleius ad Heracl. 750. ambiguitatis vitandæ causa *ἀθλίους* dicere maluisse Poetam quam *ἀθλίας*. Scilicet *ἄθλιος* est adjectivum ex eo genere, quod attigi supra ad v. 125.

1058. Tro. 591. *ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται*.

1059. *εἴπερ πρὸς ἄλλου* vulgo: et sic ego in prioribus. Nunc autem, cum videam tres MSS. apud Matthiæum habere *εἴ του*, et quartum *εἴ τε*, ex altero, ut videtur, corruptum, potiorem lectionem amplexus sum. Idem fecerunt Matth. Herm.

1061. *αἰτοῦμε σ'* Lasc.

ξένοι Φεραίων·) μή μ' ἀναμνήσῃς κακῶν.
οὐκ ἂν δυναίμην, τήνδ' ὁρῶν ἐν δώμασιν,
ἄδακρυς εἶναι· μὴ νοσοῦντί μοι νόσον
προσθῇς· ἅλις γὰρ ξυμφορᾷ βαρύνομαι.
ποῦ καὶ τρέφοιτ' ἂν δωμάτων νέα γυνή;
νέα γάρ, ὡς ἐσθῆτι καὶ κόσμῳ πρέπει·
πότερα κατ' ἀνδρῶν δῆτ' ἐνοικήσει στέγην;
καὶ πῶς ἀκραιφνὴς ἐν νέοις στρωφωμένη
ἔσται; τὸν ἡβῶνθ', Ἡράκλεις, οὐ ῥᾴδιον
εἴργειν· ἐγὼ δέ σου προμηθίαν ἔχω.
ἢ τῆς θανούσης θάλαμον εἰσβήσας τρέφω;
καὶ πῶς ἐπεισφρῶ τήνδε τῷ κείνης λέχει;
διπλῆν φοβοῦμαι μέμψιν, ἔκ τε δημοτῶν,
μή τις μ' ἐλέγξῃ, τὴν ἐμὴν εὐεργέτιν
προδόντ', ἐν ἄλλης δεμνίοις πίτνειν νέας·
καὶ τῆς θανούσης (ἀξία δέ μοι σέβειν)

1067. *συμφοραῖς* Matth. contra librorum auctoritatem. Est quidem supra v. 42. *Φίλου γὰρ ἀνδρὸς ξυμφοραῖς βαρύνομαι*, sed fortasse hæc variare maluerit poeta.—Tres codices Matthiæi *συμφοραῖς*.

1068. *ποῦ καὶ τρέφοιτ' ἂν*—; De hac formula videas notam ad v. 498. Conjecit Wakefieldius *στρέφοιτ' ἂν*, propter v. 1071. speciose quidem: alterum vero scripsit Euripides. Confer infra v. 1074. Iph. A. 749. (654.) *Χρὴ δ' ἐν δόμοισιν ἄνδρα τὸν σοφὸν τρέφειν Γυναῖκα χρηστὴν κἀγαθήν, ἢ μὴ τρέφειν.* Lasc. *δομάτων*.

1069. *νέᾳ* Lasc. Ald. et Herv. 1. Mutatum est in Herv. 2. *Νέα γὰρ ὡς, ἐσθῆτι καὶ κόσμῳ πρέπει.* et sic vulgo, recte quoad literas. Constructio autem est *νέα γάρ ἐστι, ὡς πρέπει ἐσθ. κ. κ.* Conferas exempla verbi *πρέπειν* in eodem usu citata supra ad v. 528. *Τί χρῆμα κουρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπεις;*

1071. *στρεφωμένη* Lasc.

1073. Subauditur, ut videtur, præpositio *ἀμφί*, hic et infra v. 1079.

1074. Aldina corrupte *εἰς θάλαμον βήσας*: et hoc vitium editiones ante Musgravium occupaverat. Is dedit *θάλαμον εἰσβήσας*, quod habent B. D. Fl. Fragm. Lasc. quodque conjecerant Canterus, Duportus, alii. Notabunt tirones aoristum *βῆσαι*, cum compositis, active significare; ut in Med. 209. *Ἅ νιν ἔβασεν Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον.* Hel. 1616. *εἰς δὲ γαῖαν ἐξέβησέ σοι Τάδ' ἀγγελοῦντα.* Cycl. 466. *Κἄπειτα καὶ σέ, καὶ φίλους, γέροντά τε, Νεὼς μελαίνης κοῖλον ἐμβήσας σκάφος, Διπλαῖσι κώπαις τῆσδ' ἀποστελῶ χθονός.* Homer. Il. I. 546. *πολλοὺς δὲ πυρῆς ἐπέβησ' ἀλεγεινῆς.* et sic passim.

1075. Compositum *ἐπεισφρεῖν* in re simili adhibet Noster Electr. 1032. *Ἀλλ' ἦλθ', ἔχων μοι μαινάδ' ἔνθεον κόρην, Λέκτροις τ' ἐπεισέφρησε.* Confer etiam Herc. F. 1266. *Ἔτ' ἐν γάλακτί τ' ὄντι γοργωποὺς ὄφεις Ἐπεισέφρησε σπαργάνοισι τοῖς ἐμοῖς Ἡ τοῦ Διὸς ξύλλεκτρος.* Exponit Hesychius *ἐπεισφρήσας· ἐπεισενεγκών.* et *εἰσέφρησεν· εἰσήγαγεν.* Hujus vocabuli exempla e soluta oratione citat Vir doctus in Misc. Obs. v. p. 294. et e Nostri Tro. 647. Arist. Vesp. 892. *ἐπεισρῶ* et *τῷ 'κείνης* Lasc.

1078. *πεσόντ'* Lascaris, *πιτνεῖν* omnes.

1079. Vide supra v. 445. *ἀξία δέ μοι Τιμῆς*, et quæ ibi observata sunt.

πολλὴν πρόνοιαν δεῖ μ' ἔχειν. σὺ δ', ὦ γύναι,
ἥτις ποτ' εἶ σὺ, ταὔτ' ἔχουσ' Ἀλκήστιδι
μορφῆς μέτρ' ἴσθι, καὶ προσήϊξαι δέμας.
οἴμοι· κόμιζε πρὸς θεῶν ἀπ' ὀμμάτων
γυναῖκα τήνδε, μή μ' ἕλῃς ᾑρημένον.
δοκῶ γὰρ, αὐτὴν εἰσορῶν, γυναῖχ' ὁρᾷν
ἐμήν· θολοῖ δὲ καρδίαν· ἐκ δ' ὀμμάτων
πηγαὶ κατεῤῥώγασιν· ὦ τλήμων ἐγὼ,
ὡς ἄρτι πένθους τοῦδε γεύομαι πικροῦ.

ΧΟ. ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχοιμ' ἂν εὖ λέγειν τύχην·
χρὴ δ', ὅστις εἶ σὺ, καρτερεῖν θεοῦ δόσιν.

ΗΡ. εἰ γὰρ τοσαύτην δύναμιν εἶχον, ὥστε σὴν
εἰς φῶς πορεῦσαι νερτέρων ἐκ δωμάτων
γυναῖκα, καί σοι τήνδε πορσῦναι χάριν.

ΑΔ. σάφ' οἶδα βούλεσθαί σ' ἄν· ἀλλὰ ποῦ τόδε;
οὐκ ἔστι τοὺς θανόντας εἰς φάος μολεῖν.

1081. *ταῦτ'* Lasc. Ald. et seqq. mira constantia. *ταὔτ'* Musgr. Gaisf. *ταὔτ'*, *eadem*, legendum monuit Æmilius Portus. De participio cum *ἴσθι* adhibito vid. ad Hipp. 304.

1082. "Hom. Odyss. Δ. 796. *δέμας δ' ἤϊκτο γυναικί.*" *Barn.*

1084. *ἠρτημένον* Lasc. quod male probavit Tyrwhittus. Wakefieldius edidit *ἔχῃς*, proposuit *ἕλῃς ἠσσημένον*, utrumque perperam. Conf. supra v. 1066. *μὴ νοσοῦντί μοι νόσον Προσθῇς.*

1086. Hesychius, *θολῶσαι· ταράξαι, σκοτίσαι.* Idem *ἐπιθολοῦσι· ἐπισκοτοῦσι, ταράττουσι.* Verbum derivatur à *θόλος*, quod interpretantur *τὸ τῆς σηπίας μέλαν* Hesych. Etymol. M. Suid. Zonar. et alii Grammatici. Ceterum Etymol. M. p. 750, 10. *τεθολωμένος—καὶ ἐπὶ χαρᾶς· Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις· Γελῶντα, καὶ χαίροντα, καὶ τεθολωμένον: καὶ ἐπὶ λύπης· Ὑπὸ τῆς ἀνοίας ἀνεθολοῦθ' ἡ καρδία.* Ejusdem familiæ est vox *θολερὸς*, *turbidus*, Eur. Suppl. 222. Æsch. Prom. 885. vid. Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 142. Quin et explicat Timæus *θολῶσαι· θολερὸν ποιῆσαι.*

1087. Citat Porsonus ad Phœn. 370. (381.) necnon Herc. F. 98. *δακρυῤῥόους πηγάς.* 625. *νάματ' ὄσσων.* ib. 448. *δακρύων πηγάς.* etiam Soph. Antig. 803. Trach. 848. 919. Ceterum *ὦ τλήμων ἐγὼ*, solennis senarii clausula, observante Porsono ad Hipp. 1460. (1458.)

1088. Huc refer citata Hipp. 663. (659.)

1090. *σὺ* omittit Lasc. *ὅστις ἐστὶ* conjicit Tyrwh.—Hermannus, locutione *ὅστις εἶ σὺ* offensus emendat *ὅστις εἶσι*, interpretans, '*oportet dei, quisquis veniat, dona sustinere,* i. e. sive beneficus veniat, sive inimicus.' Est ingeniosa sane Viri docti correctio; veram esse, persuadere mihi nequeo. Nec in vulgato corruptionem agnosco.

1091. Sic edidit Musgravius ex MSS. omnibus et Lasc. probante Tyrwhitto, et sequentibus nuperis editoribus. Habet Aldus *εἶχον ἐκ Διὸς*, quod defendi potest. Frequens est *εἰ γὰρ* optantis; sed notanda in hoc usu differentia indicativi et optativi: *εἰ γὰρ εἶχον* valet *utinam haberem*, *εἰ γὰρ ἔχοιμι*, *utinam habeam*, ut *εἰ γὰρ—φανείης* supra v. 91. Utriusque exempla obvia sunt. Noster Orest. 1580. *Εἰ γὰρ κατέσχον, μὴ θεῶν κλεφθεὶς ὕπο.* 1614. *εἰ γὰρ τόδ' ἦν.*

1093. *πορσύναι* ed. præter Matth.

1094. De locutionibus *ἐβουλόμην ἂν*, *ἤθελον ἂν*, vid. Dawes. Misc. Cr. p. 240.

ΗΡ. μή νυν ὑπέρβαλλ', ἀλλ' ἐναισίμως φέρε.
ΑΔ. ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν.
ΗΡ. τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλεις ἀεὶ στένειν;
ΑΔ. ἔγνωκα καὐτός· ἀλλ' ἔρως τίς μ' ἐξάγει.
ΗΡ. τὸ γὰρ φιλῆσαι τὸν θανόντ' ἄγει δάκρυ.
ΑΔ. ἀπώλεσέν με, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω.
ΗΡ. γυναικὸς ἐσθλῆς ἤπλακες· τίς ἀντερεῖ;
ΑΔ. ὥστ' ἄνδρα τόνδε μηκέθ' ἥδεσθαι βίῳ.
ΗΡ. χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβᾷ σοι κακόν.

Usum vocis τοῦ illustravit Porsonus Advers. p. 283.

1096. ὑπέρβαιν' Lasc. Ald. ὑπέρβαλ' B. D. Fl. et sic Wakef. Matth. minus recte; imperativus aoristi post μὴ non solet adhiberi. vid. Porson. ad Hec. 1184. (1166.) Dedi de meo ὑπέρβαλλ', quod cum altero facillime confundi poterat. ὑπερβάλλειν, significans *modum excedere*, satis obvium est legentibus. Med. 127. τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' Οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς. Hipp. 924. (928.) Δέδοικα, μή σου γλῶσσ' ὑπερβάλῃ κακοῖς. Aristoph. Plut. 109. 'Ατεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ. Deinde ἐναισίμως est καθηκόντως, interprete Scholiaste. ἐναίσιμον· καθῆκον, πρᾷον. Hesych. Legitur adverbium in Æsch. Agam. 916. Adjectivum ibid. 775. et passim apud Homerum. Habet autem Lascaris αἰνεσίμως. Porsonus in Collatione Cod. Harl. Odyss. B. 159. ubi αἰνέσιμα pro ἐναίσιμα Codex, notat simile vitium in nostro loco, et in Æschylo Athenæi XV. p. 667. C. (Fr. 165.) "Υβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ αἰνεσίους ἐμοί. quod infeliciter tentarunt alii: corrigit Vir magnus ἐναισίους. De permutatis αι et ε videndus idem in Advers. p. 38. Quin et Scholiorum ed. Arsen. corruptius ἀλλ' αἰνέσιμος. Ceterum omnes editiones μὴ νῦν; non dubitavi edere encliticum, quod sententia videtur postulare. Neque timendum est de quantitate τοῦ νυν: Tragicos enim, non minus quam Comicos, nonnunquam producere hanc syllabam patebit, ut opinor, inspicienti Æsch. Theb. 242. 246. Soph. Electr. 316. ubi hoc argumentum attigi (*Mus. Cr.* I. p. 73.) loca quædam corrigens. In Orest. 795. legendum "Ερπε νυν οἴαξ ποδός μοι. In hac re, frustra ad veteres edd. provocabis: in v. 1127. habet Lascaris Νίκα νῦν. οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς. et supra v. 151. tantum non omnes Ἴστω νῦν εὐκλεής γε κατθανουμένη.—Emendationem nostram, ὑπέρβαλλ', probavit Matthiæus, tacite adoptavit Hermannus.

1097. "Hanc sententiam Dio Cassius mutuatur ab Euripide (p. 71. A.) ῥᾷον παραινέσαι ἑτέρους ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι." *Barn.* Confer Æsch. Prom. 263. 'Ελαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς Πράσσοντ'. ubi vid. Blomf.

1098. Significationem τοῦ προκόπτειν tractavi ad Hipp. 23. Conferas Hec. 960. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ Θρηνεῖν, προκόπτοντ' οὐδὲν εἰς πρόσθεν κακῶν; Alcæi Fragm. III. Οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπην· Προκόψομες γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι. Pro θέλοις, quod habent Lasc. et Ald. θέλεις e MSS. dedit Wakefieldius cum recentioribus:—et miror equidem me olim probasse θέλοις, quum indicativus sensui melius satisfaciat, et indicativum in re simili prætulerim Hippol. 471. (473.)

1099. Elmsleius delet μ' propter metrum, censens talem versum canoni Porsoniano de quinto senarii pede repugnare. Videas ipsum in Censura Hecubæ (*Edinb. Rev.* T. XIX. p. 79.) Fateor iambum fore numerosiorem: nec tamen ausus essem omnes hujusmodi versiculos sollicitare, quod fecit Elmsleius. Vulgatum tuetur Eur. Suppl. 79. "Απληστος ἅδε μ' ἐξάγει χάρις γόων.

1102. γ. ἐ. ἤ. eadem verba supra v. 430. ἤμπλακες Lasc. Ald.

1104. χρόνος μαλάξει σ' supra v. 391. q. v. Deinde ἡβᾷ σοι κακὸν Lasc. Ald. et MSS. mutandum censuerunt Valckenaerius et Porsonus; hujus verba sunt (Præf. ad Hec. p. xxxiii. (31).) "Est versus Alcest. 1104. Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβᾷ σοι κακὸν, qui ex iis, quæ

ΑΔ. χρόνον λέγοις ἂν, εἰ χρόνος τὸ κατθανεῖν.
ΗΡ. γυνή σε παύσει, καὶ νέου γάμου πόθος.
ΑΔ. σίγησον· οἷον εἶπας· οὐκ ἂν ᾠόμην.
ΗΡ. τί δ'; οὐ γαμεῖς γὰρ, ἀλλὰ χηρεύσεις μόνος;
ΑΔ. οὐκ ἔστιν ἥτις τῷδε συγκλιθήσεται.
ΗΡ. μῶν τὴν θανοῦσαν ὠφελεῖν τι προσδοκᾷς;
ΑΔ. κείνην, ὅπου πέρ ἐστι, τιμᾶσθαι χρεών.
ΗΡ. αἰνῶ μὲν, αἰνῶ· μωρίαν δ' ὀφλισκάνεις.
ΑΔ. ὡς μήποτ' ἄνδρα τόνδε νυμφίον καλῶν.
ΗΡ. ἐπῄνεσ', ἀλόχῳ πιστὸς οὕνεκ' εἶ φίλος.
ΑΔ. θάνοιμ', ἐκείνην, καίπερ οὐκ οὖσαν, προδούς.
ΗΡ. δέχου νυν εἴσω τήνδε γενναίων δόμων.
ΑΔ. μὴ, πρὸς σὲ τοῦ σπείραντος ἄντομαι Διός.
ΗΡ. καὶ μὴν ἁμαρτήσει γε, μὴ δράσας τάδε.
ΑΔ. καὶ δρῶν γε, λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι.

modo dixi, non incommode defendi potest. Verum quis reponere dubitabit e Galeno IV. de Dogm. Hippocr. et Plat. T. I. p. 283, 55. ed. Bas. Tom. V. p. 152. Charter. quem indicavit Valckenaerius Diatrib. p. 28. B. C. Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβάσκει, κακόν!" Et sic quidem edidere Gaisfordius et Matthiæus, probante Elmsleio, (*Edinb. Rev.* T. XIX. p. 81.) Verum controversiam movet Blomfieldius: "Porsoni pace dixerim, veram puto vulgarem lectionem ἡβᾷ σοι κακόν. Vox ἡβάσκειν, qua nusquam alias utitur Euripides, significat *rejuvenescere, to grow young*, ut γηράσκειν est *senescere*." Habet quidem Hesychius ἡβάσκοντες· ἐκ δευτέρου νεάζοντες, ἢ αὐξάνοντες. Photius tamen ἡβάσκει· ἀκμάζει. quæ interpretatio nostro loco satis conveniret: et usurpatur plerumque ἡβάσκειν de pueris pubescentibus, ut Xen. Anab. VII. iv. καλὸν παῖδα ἡβάσκοντα ἄρτι. Vid. Pierson. ad Mœr. p. 180. Sed quidquid de significatione hujus verbi statuetur, desidero exemplum ejus usus apud veteres Græciæ poetas: quapropter alteram lectionem ἡβᾷ σοι revocandam esse judicavi.

1105. λέγεις Lasc. Hunc solœcismum repetunt Kuinoel. Wagner.

1106. πόθοι Lasc.

1108. χηρεύεις μόνος Lasc. Ald. et editores, præter Musgrav. Gaisford. et Matthiæ. qui χηρεύσει λέχος ex B. D. Fl. Prætuli lectionem editionum, correcto tantum χηρεύσεις. Credibile est hunc locum respexisse Virgilium, Æn. IV. 32. *Solane perpetua mærens carpere juventa, Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris? Id cinerem aut manes credis curare repostos?*

1109. τῷδε· δεικτικῶς, ἐμοί. Schol. Vid. ad v. 341.

1111. Elmsleius ad Heracl. 946. observat verba ὅπου πέρ ἐστι in hoc versu, et καίπερ οὐκ οὖσαν infra 1115. manifesto idem significare.

1112. μωρίαν ὀφλισκάνειν est in Med. 1227. Iph. T. 488. (469.) Alcmæon. Fragm. XVII. (84.)

1113. Recte monet Hermannus intelligendum esse ex Herculis verbis αἰνεῖ.

1114. ἐπῄνεσ'. de tali usu aoristi vid. ad Hipp. 1405. (1403.)

1116. δέχου νῦν editiones non paucæ post Stiblinianam. γενναίων B. D. Fl. et sic Matth.—et sic nos, cum in tribus aliis codicibus eadem sit scriptura. γενναίαν Lasc. Ald.

1117. Hæc formula adjurandi multis illustrata est ad Hipp. 607. (603.) vide supra v. 285. Intelligitur μὴ βιάζου, aut aliquid ejusmodi.

1119. Incertus Rhes. 596. λύπῃ

ΗΡ. πιθοῦ· τάχ' ἂν γὰρ εἰς δέον πέσοι χάρις.
ΑΔ. φεῦ. εἴθ' ἐξ ἀγῶνος τήνδε μὴ 'λαβές ποτε.
ΗΡ. νικῶντι μέντοι καὶ σὺ συννικᾷς ἐμοί.
ΑΔ. καλῶς ἔλεξας· ἡ γυνὴ δ' ἀπελθέτω.
ΗΡ. ἄπεισιν, εἰ χρή· πρῶτα δ', εἰ χρεὼν, ὅρα.
ΑΔ. χρὴ, σοῦ γε μὴ μέλλοντος ὀργαίνειν ἐμοί.
ΗΡ. εἰδώς τι κἀγὼ τήνδ' ἔχω προθυμίαν.
ΑΔ. νίκα νυν. οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς.
ΗΡ. ἀλλ' ἔσθ' ὅθ' ἡμᾶς αἰνέσεις· πιθοῦ μόνον.
ΑΔ. κομίζετ', εἰ χρὴ τήνδε δέξασθαι δόμοις.
ΗΡ. οὐκ ἂν μεθείην τὴν γυναῖκα προσπόλοις.
ΑΔ. σὺ δ' αὐτὸς αὐτὴν εἴσαγ', εἰ δοκεῖ, δόμους.
ΗΡ. εἰς σὰς μὲν οὖν ἔγωγε θήσομαι χέρας.
ΑΔ. οὐκ ἂν θίγοιμι· δῶμα δ' εἰσελθεῖν πάρα.
ΗΡ. τῇ σῇ πέποιθα χειρὶ δεξιᾷ μόνῃ.
ΑΔ. ἄναξ, βιάζει μ' οὐ θέλοντα δρᾷν τάδε.
ΗΡ. τόλμα προτεῖναι χεῖρα, καὶ θιγεῖν ξένης.
ΑΔ. καὶ μὴν προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ.

καρδίαν δεδηγμένοι; ubi contulit Barnesius Arist. Acharn. 1. Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.

1121. μὴ λάβοις Ald. μή 'λαβες. Lasc. μὴ 'λάβες B. D. Fragm. Musgr. Gaisf. Matth. Recte Tyrwhittus μὴ 'λαβες. Repetenda sunt quæ notavi supra ad v. 1091.

1123. καλῶς ἔλεξας usitatissimam esse Euripidi formulam notavit Valckenaerius ad Hipp. 715.

1124. ἄθρει pro ὅρα tres MSS. B. D. Fl. et sic Matthiæ.

1125. Olim correxeram ἐμὲ, propter Soph. Œd. T. 334. Οὐκ, ὦ κακῶν κάκιστε, (καὶ γὰρ ἂν πέτρου Φύσιν σύ γ' ὀργήνειας.) ἐξερεῖς ποτε; ubi ὀργαίνειν est *irritare*. Cum tamen in Trach. 552. verbum intransitive significet *irasci*, lectionem omnium librorum ἐμοὶ reduxi.

1127. νῦν Lasc. Vid. ad v. 1096.

1128. ἔσθ' ὅτε, *aliquando*, interprete Musgravio ad Suppl. 1151. ubi nunc legitur, ex emendatione Tyrwhitti, Ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος;

1130. μεθείμην B. D. Fl. Verum μεθιέναι accusativum, μεθίεσθαι genitivum adsciscit, docente Dawesio Misc. Cr. p. 238. Iidem codices pro τὴν habent σοῖς, quod probavit Valckenaerius (ad Phœn. 522.) et edidit Matthiæus.

1131. Hactenus editum est δόμοις. Emendavi δόμους, quod syntaxin flagitare arbitror, consentiente Viro docto Jacobo Tate.

1136. Omnes editi consentiunt in θίγειν, scil. a θίγω, quod verbum est nihili. Aliam lectionem exhibet Cod. Fl. πρότεινε—θίγε, quam veram esse censet Valckenaerius ad Phœn. 458. et recepit Matthiæus.—Dederam προτείνειν, ut vulgo: sed quum inveniam Codicem Havniensem exhibere προτεῖναι, et tres alios apud Matth. πρότεινε, quod ex illo facile depravari potuisset, præferendum esse aoristum arbitror. Sic quidem emendavit Elmsleius ad Heracl. 693. et obsequentem habuit Hermannum.

1137. καὶ δὴ Flor. probante ibidem Valck. Deinde notanda elisio rara apud Atticos in fine dativi singularis. Non assentior Elmsleio ad Heracl. 693. emen-

ΗΡ. ἔχεις; ΑΔ. ἔχω. ΗΡ. ναί, σῶζέ νιν· καὶ τὸν Διὸς
φήσεις ποτ' εἶναι παῖδα γενναῖον ξένον.
βλέψον δ' ἐς αὐτήν, εἴ τι σῇ δοκεῖ πρέπειν
γυναικί· λύπης δ' εὐτυχῶν μεθίστασο.
ΑΔ. ὦ θεοί, τί λέξω; θαῦμ' ἀνέλπιστον τόδε·
γυναῖκα λεύσσω τήνδ' ἐμὴν ἐτητύμως,
ἢ κέρτομός με θεοῦ τις ἐκπλήσσει χαρά;
ΗΡ. οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ τήνδ' ὁρᾷς δάμαρτα σήν.
ΑΔ. ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ.
ΗΡ. οὐ ψυχαγωγὸν τόνδ' ἐποιήσω ξένον.
ΑΔ. ἀλλ', ἣν ἔθαπτον, εἰσορῶ δάμαρτ' ἐμήν;

danti Γοργόν' ὡς καράτομον, subaudito οὖσαν. Videas tamen ingeniosam ejus notam in Addendis, ubi alia hujus elisionis exempla corrigere aut expedire tentat: quædam autem loca indubiæ, ut mihi videtur, fidei prætermisit Vir doctissimus. Noster Æol. Fragm. v. (19.) Ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος Δίδωσιν. ut Philemon. Fragm. 74. p. 366. ed. Cler. πρόσεστι δὲ τῷ πένητ' ἀπιστία. Vid. Bentl. Emend. in Men. CCCX. p. 131. Æsch. Pers. 850. legebatur Ὑπαντιάζειν παῖδ' ἐμῷ πειράσομαι, quod ex conjectura mutatum esse nollem. Equidem in Soph. Œd. Col. 1435. Σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι Θανόντ', dativum esse Θανόντ' nullus dubito. Cum Elmsleio facit Lobeckius ad Soph. Aj. 801. aliter tamen censuit Porsonus, harum rerum judex longe peritissimus. Vid. Suppl. Præf ad Hec. p. xxii. (19.) Ceterum recte Valck. explicat locutionem Γ. ὡ. κ. per *facie aversa*, nostra conferens cum loco Phœnissarum v. 455. (465.) Οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον εἰσορᾷς κάρα Γόργους, ἀδελφὸν δ' εἰσορᾷς ἥκοντα σόν. Σύ τ' αὖ πρόσωπον πρὸς κασίγνητον στρέφε, Πολύνεικες.

1138. Omnes edd. Admeto tribuunt ἐχὼ ναί. Sed vocula ναί orationem, ni fallor, inchoare debet. Cum nostra loquendi formula congruit Orest. 147. ΧΟ. Ἰδ' ἀτρεμαίαν ὡς ὑπώροφον Φέρω βοάν. ΗΛ. ναί, οὕτω Κάταγε, κάταγε. Deinde edidi de meo σῶζέ νιν, licet ceteri habeant σῶζε νῦν. In Med. 180. Ἀλλὰ βᾶσά νιν Δεῦρο πόρευσον οἴκων Ἔξω, φίλα, habet Lascaris βᾶσα νῦν. In Bacch. 32. vulgabatur Τοιγάρ νῦν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ Μανίαις, sed ex errore secundæ Hervagianæ; recte enim Ald. Herv. 1. et Brubach. Τοιγάρ νιν—. Has voces alibi confusas vidi. καὶ σῶζε νῦν Wakef. minus recte. σῶζέ νυν Matth.

1140. σῇ pro σοι ex conjectura Marklandi et Musgravii adoptavimus; nec aliter Gaisfordius. πρέπω, *similis sum*, citatur Viris doctis ex Bacch. 917. Πρέπεις δὲ Κάδμου θυγατέρων μορφὴν μιᾷ. Pind. Pyth. II. 69. Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ Πρέπεν οὐρανίᾳ Θυγατέρι Κρόνου.—"Velo obvoluta videtur Alcestis adstitisse, quod nunc tollit Hercules." *Herm.*

1142. Hanc scenam comparabit lector cum catastropha pulcherrimæ Shakspearii nostri fabulæ, cui titulus *The Winter's Tale.*

1143. λεύσσων Lasc. Ald. Barnesius λεύσσω e correctione Duporti; et sic B. Fl.

1144. ἢ pro ἢ edd. ante Barnes. ἐμπλήσσει Ald. et sic vulgo. Correxit Musgr. ἐκπλήσσει ex MSS. et Lasc. ἐμπλήσει Fragm. Notanda est ellipsis præpositionis ἐκ vel πρός.

1145. Conjecere Marklandus et Jacobsius ἀλλ' αὐτὴν ὁρᾷς δάμαρτα σήν. infeliciter sane. Vide Schaeferum Mel. Crit. p. 77. qui nostrum locum optime illustravit. Usus vocis τήνδε hic et in v. 1143. non abludit ab eo quem attigimus supra ad v. 137.

1147. De v. ψυχαγωγὸς vid. H. Steph. Thes. Ling. Gr. IV. p. 752. E.

ΗΡ. σάφ' ἴσθ'· ἀπιστεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω τύχην.
ΑΔ. θίγω, προσείπω ζῶσαν ὡς δάμαρτ' ἐμήν;
ΗΡ. πρόσειπ'· ἔχεις γὰρ πᾶν, ὅσονπερ ἤθελες.
ΑΔ. ὦ φιλτάτης γυναικὸς ὄμμα, καὶ δέμας,
ἔχω σ' ἀέλπτως, οὔποτ' ὄψεσθαι δοκῶν.
ΗΡ. ἔχεις· φθόνος δὲ μὴ γένοιτό τις θεῶν.
ΑΔ. ὦ τοῦ μεγίστου Ζηνὸς εὐγενὲς τέκνον,
εὐδαιμονοίης, καί σ' ὁ φιτύσας πατὴρ
σώζοι· σὺ γὰρ δὴ τἄμ' ἀνώρθωσας μόνος.
πῶς τήνδ' ἔπεμψας νέρθεν εἰς φάος τόδε;
ΗΡ. μάχην ξυνάψας νερτέρων τῷ κοιράνῳ.
ΑΔ. ποῦ τόνδε Θανάτῳ φῂς ἀγῶνα συμβαλεῖν;
ΗΡ. τύμβον παρ' αὐτὸν ἐκ λόχου μάρψας χεροῖν.
ΑΔ. τί γάρ ποθ' ἥδ' ἄναυδος ἕστηκεν γυνή;
ΗΡ. οὔπω θέμις σοι τῆσδε προσφωνημάτων

1149. *τύχην* vulgo. *τύχῃ* emendatio est Reiskii, quam receperunt Wakefield. Wagner. et Matthiæ.—Et hos me olim secutum esse pœnitet. *ἀπιστεῖν τύχῃ* esset *non obedire fortunæ*. Sensus est hujus loci, *non credere verum esset eventum*.

1154. Veteres solebant graves fortunæ vices Deorum invidiæ referre. Vid. Æsch. Pers. 361. *οὐ ξυνεὶς δόλον Ἕλληνος ἀνδρὸς, οὐδὲ τὸν θεῶν φθόνον.* ibi citat Blomfieldius in Glossario Orest. 974. *Φθόνος νιν εἷλε θεόθεν.* Suppl. 347. *εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δορὸς Ἤδη τόδ' ἔσται, κοὐχὶ σὺν φθόνῳ θεῶν.* Iph. A. 1097. (998.) *Μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ.* Herod. III. 40. Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει· Ἡδὺ *μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα·—ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσιν, ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον, ὡς ἔστι φθονερόν.* VII. 46. *ὁ δὲ θεὸς, γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, φθονερὸς ἐν αὐτῷ εὑρίσκεται ἐών.* Adjici potest Pind. Isthm. VII. 55. ὁ δ' *ἀθανάτων Μὴ θρασσέτω φθόνος.* Soph. Philoct. 776. Ἰδοὺ *δέχου, παῖ· τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον, Μή σοι γενέσθαι πολύπον' αὐτά.* Conferas Valck. ad Herod. III. 40.

1156. *φυτεύσας* omnes ante Musgravium; redeas ad notata supra v. 305.

1157. Ita Lasc. Musgr. Schaef. cum Codd. tantum E. habet *τἀμά γ' ὤρθωσας*, quod ab altero depravatum est. Ceteræ editiones sequuntur Aldum legentem *σὺ γὰρ τἄμ' ἐξανώρθωσας μόνος.* Frequentia sunt *ἀνορθοῦν*, et *ἐπανορθοῦν*: *ἐξανορθοῦν* vero non alibi offendi, et nolim vocabulum unius Aldinæ auctoritate in singulari versu tueri: credo equidem confictum fuisse ad supplendum metrum, quod, intercidente *δὴ*, hiabat. —Rationes nostras probat Matthiæus, etsi ipse aliter ediderat.

1159. Habent Lasc. Ald. *δαιμόνων τῷ κοιράνῳ*, et sic vulgo: nec tamen video quo pacto intelligere posset Admetus per hunc titulum designari Θάνατον. Idem prorsus valet *δαίμονες* et *θεοί*. Exponit Scholiastes, *ἢ τῷ τῶν νεκρῶν κυρίῳ*: igitur emendavi *νερτέρων* post Jacobsium Animadv. p. 36. et sic Wagner. Matthiæ. Confer supra v. 859. Ἐλθὼν δ' *ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν* Θάνατον *φυλάξω.* Scripsit Matthiæus *τῷ κυρίῳ* ex B. D. Fl. et duobus aliis—et cum omnes habeant *δαιμόνων*, timide defendit in notis lectionem codicum istorum *δαιμόνων τῷ κυρίῳ*: hanc vehementer probat Hermannus, explicans, *δαιμόνων τῷ τοῦ ζῆν ἢ μὴ ζῆν κυρίῳ.* Rectius, opinor, Scholiastes *τῷ ταύτης κυρίῳ, τοῦτ' ἔστι, τῷ Θανάτῳ.*

κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖσι νερτέροις
ἀφαγνίσηται, καὶ τρίτον μόλῃ φάος.
ἀλλ' εἴσαγ' εἴσω τήνδε· καὶ, δίκαιος ὢν,
τολοιπὸν, Ἄδμητ', εὐσέβει περὶ ξένους.
καὶ χαῖρ'· ἐγὼ δὲ τὸν προκείμενον πόνον
Σθενέλου τυράννῳ παιδὶ πορσυνῶ μολών.
ΑΔ. μεῖνον παρ' ἡμῖν, καὶ ξυνέστιος γενοῦ.
ΗΡ. αὖθις τόδ' ἔσται· νῦν δ' ἐπείγεσθαί με δεῖ.
ΑΔ. ἀλλ' εὐτυχοίης, νόστιμον δ' ἔλθοις ὁδόν.
ἀστοῖς δὲ, πάσῃ τ' ἐννέπω τετραρχίᾳ,
χοροὺς ἐπ' ἐσθλαῖς ξυμφοραῖσιν ἱστάναι,
βωμούς τε κνισσᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς.

1165. ἀφαγνίζειν non *purificare*, sed *desecrare* vertendum monet Heath. allegans v. 75. Ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν, Ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα. ubi de contraria ceremonia dicitur ἁγνίζειν.

1166. Ita Lasc. Ald. Brub. et H. Steph. Mendam typotheticam σήνδε ex Herv. 1. editores non pauci acceperunt.

1171. Hunc versum citavi ad Hipp. 892. (896.) agens de significatione vocis αὖθις.

1172. Ita Musgravius, recte. Legitur in Lasc. et Ald. νόστιμον δ' ἔλθοις δόμον, quæ cum manifesto vitiosa essent, dedit Barnesius de suo νόστιμος. Exhibent B. D. νόστιμον—πόδα, et ὁδὸν pro varia lectione. Tres istas varietates memoravit Scholiastes; eam, quam prætuli, probabit Canterus, edidere Musgr. Gaisford. et Matthiæ.

1173. Hic quoque depravata erat in edd. ante Musgravium lectio. Habet Lascaris πᾶσιν et τετραρχίᾳ. Aldus πᾶσί τ'—τετραρχίᾳ, et sic quidem Hervagius in prima; in secunda autem πᾶσί τ' ἐννέπω τετραρχίαις, quod repetitum est in sequentibus. Veram scripturam servant B. D. Fl. et Fragm. Ceterum quæ sequuntur habet Photius, v. τετραρχία. Τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας, ἕκαστον μέρος τετρὰς ἐκαλεῖτο. ὄνομα δέ φησιν εἶναι τοῖς τετάρσιν, Θετταλιώτιν, Φθιώτιν, Πελασγιώτιν, Ἑστιαιώτιν. καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ, ἐπὶ Ἀλεύα τοῦ Πύῤῥου διῃρῆσθαί φησιν εἰς τέτταρας μοίρας τὴν Θετταλίαν. Eadem Suidas et Harpocration: ex hoc legendum—ἐκαλεῖτο· καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Θετταλικοῖς. Grammatici respexere Demosth. Phil. III. p. 117, 26. ed. Reisk. Vid. Alberti. ad Hesych. v. τετράρχαι.

1174. Respexit Poeta veterem popularium suorum consuetudinem: exscribam locum Demosthenis κατὰ Μειδίου, p. 530, 22. ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ' ὅτι τοὺς χοροὺς ὑμεῖς ἅπαντας τούτους καὶ ὕμνους τῷ θεῷ ποιεῖσθε, οὐ μόνον κατὰ τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν Διονυσίων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς μαντείας, ἐν αἷς ἁπάσαις ἀνῃρημένον εὑρήσετε τῇ πόλει, ὁμοίως ἐκ Δελφῶν καὶ ἐκ Δωδώνης, χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια, καὶ κνισσᾶν ἀγυιὰς, καὶ στεφανηφορεῖν. Sequitur oraculum, cujus ultima sunt, Μεμνῆσθαι Βάκχοιο, καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς Ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάντας, Καὶ κνισσᾶν βωμοῖσι κάρη στεφάνοις πυκάσαντας. Ibidem videas alia hujusmodi, et in Oratione Πρὸς Μακάρτατον, p. 1072, 19, ubi oraculum Delphicum Dorice loquitur: Ἀπόλλωνι Ἀγυιεῖ, Λητοῖ, Ἀρτέμιδι, καὶ τὰς ἀγυιὰς κνισσῆν καὶ κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χορούς, καὶ στεφανηφορεῖν καττὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαις, κ. τ. λ. Hanc rem spectat Aristophanes Av. 1230. Ἐγώ; πρὸς ἀνθρώπους πέτομαι παρὰ τοῦ πατρὸς, Φράσουσα θύειν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς, Μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις, Κνισσᾶν τ' ἀγυιάς. et Eq. 1320. Τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις, ἐφ' ὅτῳ κνίσσωμεν ἀγυιάς;

1175. Variam lectionem ὁδοὺς vel ὁδὸν pro βωμοὺς memorat Barnesius, e conjectura cujusdam, ut opinor: vid.

νῦν γὰρ μεθηρμόσμεσθα βελτίω βίον
τοῦ πρόσθεν· οὐ γὰρ εὐτυχῶν ἀρνήσομαι.

ΧΟ. πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
πολλὰ δ᾽ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
καὶ τὰ δοκηθέντ᾽ οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ᾽ ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
τοιόνδ᾽ ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

not. praeced. Propendeo in Blomfieldii mei sententiam scribentis *κνίσα* et *κνισᾶν* pro vulgatis *κνίσσα* et *κνισσᾶν*: vid. ad Æsch. Prom. 496. (505.) Illam certe scripturam tuentur Grammatici. Vid. Albert. ad Hesych. v. *κνίσα· ἀτμὸς, καπνὸς τῶν θυσιῶν*. Deinde *προτροπαῖς* mendose Aldus et sequentes ante Barnesium. *προστροπαῖς*, quod correxerat Canterus, habent Fl.´ P. Lasc.

1177. Hanc constructionem habet *ἀρνεῖσθαι* in Orest. 1581. *Ἀρνεῖ κατακτὰς, κἀφ᾽ ὕβρει λέγεις τάδε;*

1178. Iisdem anapaesticis clauduntur quatuor aliæ Euripidis fabulæ, Medea, Andromache, Bacchæ, et Helena, excepto quod in Medea, vice hujus versiculi alius legitur, *Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ.*

1179. Hunc versum cum duobus sequentibus habet Stobæus Exc. p. 765. Grot.

1181. *εὗρεν* edd. plurimæ post Herv. 2.

ΤΕΛΟΣ ΑΛΚΗΣΤΙΔΟΣ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

Effutire leves indigna Tragœdia versus.

ALMÆ MATRI SUÆ

ACADEMIÆ

INGENIORUM ALTRICI FELICISSIMÆ

LITERARUM ET PHILOSOPHIÆ

PRUDENTISSIMÆ MAGISTRÆ

ATTICÆ TRAGŒDIÆ

SPECTATRICI ΚΡΙΤΙΚΩΤΑΤΗΙ

HUNCCE QUALEMCUNQUE LIBELLUM

IN PIETATIS

ET GRATI ANIMI TESTIMONIUM

DAT DICAT DEDICAT

EDITOR CANTABRIGIENSIS.

(1840.)

PRÆFATIO.

ANTEQUAM Lectori in manus hanc fabulam denuo tradam, quid consilium in ea olim edenda inierim, et cur de illo aliquatenus desciverim, paucis referre volo.

Circa temporis finem illius, quo per annos quindecim munere Professoris Græcarum literarum Cantabrigiæ fungebar, mihi forte innotuit liber, quem ediderat Augustus Boeckhius, Heidelbergæ, 1808, sub titulo—"Græcæ Tragœdiæ Principum, Æschyli, Sophoclis, Euripidis, num ea, quæ supersunt, et genuina omnia sint, et forma primitiva servata, an eorum familiis aliquid debeat ex iis tribui."

Inter alia et erudite et subtiliter disputata inquisitionem fecit Boeckhius, quod sciam, primus, de Iphigenia Aulidensi; quam demonstrare conatus est fabulam esse non Euripidis ipsius, Tragici celeberrimi, verum alius, eodem nomine junioris, de quo, sive is fuerit majoris filius, sive, ut nonnulli ferunt, ejus ex fratre patruelis, nihil attinet nunc perscrutari. Argumenta, quibus ille vir eximius innisus est, hæc sunt momenti quidem majoris.

1. Teste Scholiasta ad Aristoph. Ran. 67. *αἱ Διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου, τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.*

Verum ex hoc testimonio id solum colligi potest, ut post Tragici obitum, ab ejus filio hæc fabula cum duabus aliis data sit; minime vero ut ab eodem sit scripta; qui totius argumenti cardo esse debuit; et ad hanc trilogiam fortasse referenda sunt Suidæ verba in *Εὐριπίδης—νίκας δὲ εἵλετο πέντε, τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τελευτήν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου.*

2. Teste quoque Scholiasta eodem ad ejusdem fabulæ v. 1309. ubi Æschylus post mortem in scenam reduci fingitur et canere centonem versuum Euripideorum ad hunc modum,

Ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης Κύμασι στωμύλλετε, Τέγγουσαι νοτεροῖς πτερῶν Ῥανίσι χρόα δροσιζόμεναι—ἔστι τὸ προεγκείμενον (i.e. *initium*) ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι. Quum vero nihil tale in fabula superstite reperiatur, colligit Boeckhius istos versus ad aliam jam deperditam pertinere.

Verum multo veri similius est Scholiastam ob memoriam non satis firmam fuisse lapsum; quo modo lapsus est Hesychius in gl. Ἀπαρθένευτα· οὐ πρεπόντα παρθένοις. Σοφοκλῆς Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι: quæ glossa pertinet, uti Boeckhius fatetur, ad Eurip. Iph. A. 895. Et profecto diu suspicatus est Bergler Scholiastam in animo habuisse verba in Iph. T. 1089. (1057.) Ὄρνις, ἃ παρὰ πετρίνας Πόντου δειράδας, ἀλκυών. Verum fac, ut hæc suspicio, quam Boeckhius impugnavit, parum stabiliri videatur, nihil tamen impedit, quo minus Musgravius recte censuisse videatur, eos versus olim effecisse proodum cantus antistrophici in 164. (160.) et sqq. Nec tamen omni parte eos esse sinceros colligi potest e verbis Scholiastæ: ἀλκυόνες δὲ ἐπάνω τοῦ τῆς θαλάσσης ὕδατος καθήμεναι τὰ αὐτῶν ὠὰ ἐν τῷ βύθῳ κείμενα θερμαίνουσι. id quod me nuper monuit G. Burges. Verum, utut hæc sint, minime pro certo haberi debet vel aliam ab Euripide scriptam esse Iphigeniam Aulidensem, vel hanc ab eo non scriptam.

3. Est et alia apud Hesychium gl. Ἄθραυστα· ἀπρόσκοπα. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. quæ quidem vox, quia in hac fabula non exstat, ad aliam revera Euripideam inter deperditas voluit Boeckhius referri.

Verum etiam ad hanc ea glossa pertinere potuit, eoque magis, quo deesse scenam ultimam omnes fere arbitrentur. Prius tamen quam certi quid de ea statuatur, necesse est ut mendum vel in Ἄθραυστα vel in ἀπρόσκοπα corrigatur: etenim duo ista vocabula ratione nulla pro synonymis haberi possunt.

4. Argumenta et alia, quæ dicuntur interna, protulit Boeckhius, ut fabulam superstitem non majoris esse Euripidis demonstraret. Etenim, ut ipse ait, "haud dubium est, quin Aulidensis docta sit ante Tauricam, ut ante est scripta, ante animo concepta; hoc nisi esset, Euripides contra naturam docuisset, scripsisset, cogitasset; et, ut fecerit hoc sæpius, etsi non temere eum tam sinistrum dixerim, certe hic non fecit; quoniam in Taurica loci reperiuntur, respectu Aulidensis compositi, ut ante et scriptæ et actæ—Taurica vero acta ante Ranas, in quarum v. 1232. perstringitur illius exordium Πέλοψ ὁ Ταντάλειος κ.τ.λ. Jam quum

Taurica ante Ranas docta sit, fuit etiam Aulidensis; adeoque ea editio, quæ post Ranas prodiit, fuit altera:" de qua paulo post addit idem vir doctus, "quum eas mutationes, quæ in altera editione factæ sunt, illa Aristophanis fabula produxerit—necesse est ut, qui Iphigeniam Aulidensem post fata commiserit, idem novæ recensionis auctor habeatur; qui vero commisit, est Euripides minor, uti testatur Schol. ad Ran. 67."

At nihili est argumentum illud, neque quidquam responsum postulat, quod de rerum ordine chronologico pendeat. Constat enim Sophoclis Antigonam fuisse multis annis ante Œdipum Coloneum commissam: et tamen res, quæ in hac fabula narrantur, gestás in illa præcesserunt. Neque majus habet pondus dictum illud de duplici recensione; quarum altera fingitur Ranas præcessisse, altera vero esse secuta. Etenim, quomodo Iphigenia Taurica in Ranis deridetur, vix fieri potuit ut Aulidensis similem sortem effugeret, si fuisset in scenam missa.

Ultimum denique argumentum, quod et ipsum pro interno haberi debet, ex eo pendet, quod, quum reliquæ omnes Euripidis fabulæ prologum exhibeant senariis scriptum, hæc una Aulidensis cum anapæstis inchoetur.

Verum, licet Tragicus sibi legem de prologis senariis impositam plerumque servaverit, rationes tamen habere potuit satis validas, cur eam violaret in fabula, ubi post anapæstos sic noviter introductos, more usitato res, quas spectatores scire debebant, recensuit.

De hac re merentur exscribi verba Hermanni in Præfat. ad Iph. A. p. ix. "Ac primo non alia, inquiunt, Euripidis tragœdia anapæstis incipit. Recte, superstitum quidem. At quam multæ perierunt, quæ quale exordium habuerint, nescimus. Sed fuerit hæc unica, quidni, quod in aliquot fabulis Æschylus fecit, Euripides hac facere potuit in una? Nam plane in nulla fecisse, tum demum credi debebit, quum diserto monstratum id fuerit idoneo auctoris testimonio. Prologum vero, qualem fere Euripidis tragœdiæ habent, ne in hac quidem desideramus; qui, si præter consuetudinem non in ipso fabulæ initio, sed medius inter anapæstos, quibus Agamemnon cum sene ministro suo colloquitur, positus est, recordari debemus eo tempore scriptam esse hanc tragœdiam, quo poetas, inclinato jam flore artis, ut novitate inventorum placerent, ad insueta confugisse minime sit mirandum."

Ex his igitur tam a Boeckhio, quam a meme tipso, in utramque partem disputatis intelligi poterit non esse cur quis hanc fabulam ab Euripide omnem abjudicet, vel censeat ejus recensionem duplicem fuisse, alteram Tragico superstite, alteram vero fatis defuncto, commissam, et ab homine alio in pejus mutatam. Etenim in ea sunt omnia quæ virtutes pariter et vitia scriptoris ostendunt. Quod vero attinet ad externa, quæ dicuntur, argumenta, nihil fere deest quod quis in re tali expectaverit; nulla etenim afferuntur loca ex fabula, cujus in vicem hæc suffecta sit; multa vero ex hoc dramate, nomine vel suppresso vel expresso, ex Aristotelis temporibus usque ad illa Joannis Stobæensis, citantur; et e versione, ab Ennio liberius facta, patet hanc fabulam esse eam, quam popularibus suis Romanus pro Musæ Euripideæ specimine venditabat.

Ante tamen Boeckhium et Eichstaedtus in Dissertatione De Dramate Græcorum Comico-Satyrico p. 99: et Jacobs. in Addit. ad Sulzer. Theor. T. v. P. II. p. 401. a Boeckhio laudati, sunt suspicati duplicem olim hujus fabulæ editionem exstitisse.

Verum, licet cum Viris illis Græcas literas probe callentibus consentire non possim, tamen inter fabulam legendum iterum iterumque mihi videbar causam invenisse, propter quam suspiciones hujusmodi eorum in animos venerint, ibique adhæserint pertinaciter. Fuit scilicet præpostera cuidam Interpolatori sedulitas, ut, qui tam linguæ quam metri erat ignarus, et omni gustu de re poetica expers, plurima ubique inepta et insulsa et debilia infierciret; et, dum loca, quæ scribarum incuria reddiderat mendosa, corrigere conatus est, ut successu infelici corrupta redderet etiam corruptiora. Igitur ut fabula hæc Euripidea, lectu, si qua alia, digna, pristino nitori restitueretur, erat Interpolatoris manus in primis detegenda; quod quidem opus ad perficiendum me sedulo accinxi; et spero hac in re spicilegium exiguum esse aliis relictum. Ad ulcera vero sananda, quibus scribarum negligentia originem dedit, Codicibus MSS. opus est longe melioribus, quam qui ad hunc usque diem sint servati. Etenim e duobus Parisinis, quorum lectiones varias primus edidit Marklandus, Musgravio adjutus, totidemque Florentinis in usum Matthiæi collatis, necnon illo, non nominato, cujus scriptura diversa notatur in marginibus librorum, quos asservant bibliothecæ, Parisina, Florentina et Oxoniensis, licet subsidii quid afferatur, unde Aldinæ editionis errata corriguntur et supplentur lacunæ,

tamen facile est perspicere Codices illos omnes ex uno archetypo eodemque mendoso devenisse. Etenim in locis tam interpolatis quam corruptis plerumque mirum in modum inter se conveniunt. Casu igitur felici evenit, ut verba Tragici genuina sint apud scriptores servata, qui sententias Euripideas in suos usus verterunt. Cujus rei specimina duo hic proferam, quo melius intelligi possit, quid et quomodo Tragicus fuerit ab Interpolatore passus. In v. 301. omnes Codices exhibent—ἀνὴρ γὰρ αἰσχρὸς αἰδεῖσθ' οὐ φιλεῖ: et in v. 329. Συσσωφρονεῖν σοὶ βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν. At in priori loco Stobæus servavit ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖσθαι φιλεῖ: et in posteriori Plutarchus Συσσωφρονεῖν γὰρ, οὐχὶ συννοσεῖν, ἔφυν. Patet igitur in utrisque suum scilicet ingenium exercuisse Interpolatorem, ut et sententiam et syntaxin redderet planiores; nec tamen perspexit fœtum suum fore indicatum elisione, Tragici contra morem, diphthongi αι. Sunt et alia plurima loca, quæ ars critica juxta regulas tam linguæ quam metri restituit. Restant tamen nonnulla, de quibus est desperandum, in vv. 257. οὔτοι καταινῶ λίαν σ' ἐγώ. 561. Οὐκ οἶδ' ὅ τι φῂς, οὐκ οἶδα, φίλτατ' ἐμοὶ, πάτερ. 574. Εἰς ταὐτὸν, ὦ θύγατερ, σύ θ' ἥκεις σῷ πατρί: ubi, textum vulgatum mutare non ausus, in margine verba posui, quæ mihi visa sunt et sensui apta, nec Tragici a more aliena.

Hanc autem fabulam esse interpolatam et Hermannus olim senserat; qui in Element. Doctrin. Metric. ed. 2. totum, qui dicitur, Parodum in v. 160. et sqq. pro spurio rejecit. Ab eo tamen eatenus dissentio, ut primam Stropham et Antistropham una cum Epodo pro genuinis habeam quas et ipse Herm. in sua editione habet. In iis enim omnia reperio et sententias et spiritum, necnon linguam et metra Euripidis redolentia; ubi fœminæ Chalcidenses, quæ trans Euripum venerant, armamenta Græcorum visendi causa, recensent, quod par fuit, spectaculum oculis obvium sermone ad rem maxime idoneo. Verum de omnibus, quæ sequuntur, alia prorsus sentio; neque dicere queo, quod dixit Hermannus, ea scripsisse poetam recentiorem; nam ad meum quidem sensum ista sunt Interpolatoris fœtus audacissimi; qui, minime poeta cujuscunque gentis, nedum Atticæ, ingenio pariter et sensu expers, Parodo revera Euripideo sua melica subjunxit; ubi nihil aliud fecit, quam ut Catalogum conflaret ducum Argivorum ex Homerico haustum, et sine arte poetica, qualem inter Euripidea videre est, res narraret, versibus

quidem antistrophicis satis accurate secum congruentibus, metris tamen Euripidi prorsus ignotis.

Ultimam denique fabulæ scenam esse interpolatam primus indicavit Porsonus in Supplement. Præfat. in Hec. p. xxi. (18.) quod et alios Criticos non vidisse pro indicio est, quantillum profecerint Editores ante Porsoni tempora in rebus, quæ ad scientiam linguæ et metrorum in scena Attica pertineant exactam.

Sunt et alia loca, breviora quidem illa, sed non minus interpolata, per omnem fabulam hic illic sparsa; quæ tenebras non leves induxerunt, et veneres inficiendo lectori voluptatem, qua frui debebat, abstulerunt; quorum numerus inter senarios est circiter triginta; nec multo minor est inter lyricos, sive sint integri versus, sive dimidiati; e quibus fere undecim ab aliis, at reliqui omnes a me solo pro spuriis sunt expulsi. Hæc omnia, typis minoribus excusa, textui curavi subjicienda.

Hactenus de meis aliorumque ad versus interpolatos pertinentibus gestis. Venio nunc ad res alias a me aliisque factas, quæ pertinent ad verba nimis negligenter a librariis descripta.

In textu restituendo principem locum sibi jure vindicat Marklandus; cui studium haud leve utrisque Iphigeniis impendenti, et lucis nonnihil locis obscuris et medicinæ ulcerosis afferenti lector quisque se plurimum debere confitebitur. Ejus editionem quum denuo typis dederat Gaisfordius—cui placuit, quod vehementer doleo, notas aliorum corradere potius quam suas ipsius proferre—occasionem arripuit Elmsleius de utraque Iphigenia scribendi non pauca lectu dignissima, primum Anglice in *The Quarterly Review*, T. VII. p. 441. et sqq. dein Latine in Mus. Crit. T. II. p. 273. et sqq. pauciora quoque Blomfieldius in ejusdem Opusculi T. I. p. 185. et sqq. ante dederat; remque similem tractaverat Porsonus juvenis in Notis MSS. quarum nonnullas Gaisfordius in lucem edidit; reliquæ vero in ejus Adversariis divulgantur.

His subsidiis omnibus adjuto mihi facile erat opus textum sæpe, magis quam ante, purgatum constituere; et jam meditabar, ut fabulæ huic edendæ darem operam, cum subito ad res alias et studia dissimillima avocarer; et post tempus illud, quo munus Professoris deposui, per annos fere viginti a literis, quæ dicuntur, Classicis, fui adeo abalienatus, ut ne fando quidem audirem, quid Viri Docti fecerint, nedum libros, ab iis editos, pervolverem; quos, etiam si vellem, legere vix potuissem, utpote per octodecim annos

oculorum morbo gravi oppressus. Quoties vero mihi licuit, raro tamen intervallo, literarum Atticarum visu frui, toties hæc fabula mihi ad manus fuit; quam idcirco totam in memoria tenui adeo fideli, ut neque temporis fluxus neque cursus studiorum mutatus posset eam ab animo evellere et prohibere quo minus chartis committerem quicquid mihi in mentem venerit, meas opiniones tam corrigendi quam confirmandi causa, de rebus, quæ vel ad loca difficilia explicanda vel ad mendosa sananda pertinere videantur.

Consilium vero librum edendi omne diu abjeceram, quum forte quidam amicus, Græcarum literarum non ignarus, quocum de Iphigenia Aulidensi colloquebar, meas chartulas inspexit primum; dein ut eas publici juris facerem, vehementer est hortatus; ita enim dixit fore, ut fabula magis quam ante ab Academica juventute legeretur. Hortanti vero tunc temporis obsequi mihi non animus erat; quia probe noveram me imparem esse ad librum edendum, eo apparatu Critico, quem opus hujusmodi postulat, instructum. At quum idem vir doctus post aliquot dies mihi dono dederat exemplar editionis Hermannianæ, quæ, me prorsus ignaro, fuerat jam decennio fere exacto publicata, libellum sedulo, quantum potui, perlegi; eoque perlecto non sine lætitia vidi mecum Virum, Porsoni quondam rivalem, in rebus nonnullis consentire; sed in aliis, iisque pluribus et gravioribus non sine dolore vidi me toto, quod dicitur, cœlo ab eodem dissentire. Mecum igitur constitui in eandem arenam descendere, spe, utcunque levi, ductus fore, ut literis Græcis, quas amore pari dileximus, emolumenti quid proventurum sit e laboribus, quos ambo ad Euripidea redintegranda susceperimus simili quidem animo, sed ratione dissimili maxime. Mihi enim nihil aliud in consilio erat, quam ut textum ederem nudum, corruptelis tamen, vel ab Interpolatore vel Librario profectis, immunem; si forte id fieri posset, vestigiis literarum, quas Codices exhibent, presse insistendo. At Hermannus nunc versus, quos alii pro spuriis rejiciunt, tueri, ut nunc leguntur, conatur, vel vitia eorum corrigere ope conjecturarum plerumque parum veri similium, aliquando et audacissimarum; nunc et loca, in quibus alii ne scintillam quidem suspicionis perspicere possunt, suo libitu inutiliter pariter et infeliciter vexat. Unde evenit, ut hæc fabula post Hermanni recensionem mihi quidem esse videatur minus, quam olim, Euripidea. Quam quidem sententiam

invitus et dolens edico. Etenim permagna erant Hermanni merita; et jure optimo præconia popularium et exterorum sunt in Virum cumulata, qui per semissæculum et quod excurrit literis Græcis se totum dedit; fecitque ut alii semitam eandem eodem studio, successu tamen non semper pari, decurrerent; *neque ego detrahere ausim Hærentem capiti multa cum laude coronam.* Sed ut verum fatear—etenim in hisce studiis, sicut in aliis omnibus, quæ ad homines spectant, Veritas est unice colenda—Euripideæ fabulæ plus obfuit quam profuit Hermanni labor; quem festinanter nimis, ut opinor, suscepit; fieri tamen potest, ut ejus ingenium tempus reddiderit, non, ut facere solet, obtusum, sed contra subtile magis quam acutum; et ut nimiam sui fiduciam pepererit vox laudantium, quicquid αὐτὸς ἔφα.

Meam igitur recensionem nudam, ut dixi, typographo primum tradidi. Postea vero intellexi rem, quam in animo habui, irritam memet ipsum esse redditurum, nisi Commentarium subjecerim, unde lector de causis, alioqui ignotis, quæ me ut hæc vel illa mutarem impulerant, certior fuerit factus. Intellexi quoque opus esse notis ad loca difficiliora explicanda, quæ alii Editores vel omnino prætermiserant vel tractaverant non satis accurate. Inde evenit, ut ex iis, quas olim scriptas in schedis habui servatas, delectum fecerim, et alias addiderim, quarum materiem editiones Matthiæi Hermannique præbuerunt. Priorum prope dimidium fuit Latine scriptum; quas postea verti Anglice, veritus ne nimias molestias et mihi et typographo facesseret scriptura mea, quæ nunquam fuit lectu facilis, et nunc fit maxime difficilis propter morbum, quem narravi, oculorum. Quam quidem linguæ mutationem ægre tuli. Etenim licet mos sit apud recentiores, ut sermone vernaculo utantur etiam de rebus, ad literas tam Græcas quam Latinas pertinentibus, ab ea tamen ratione semper et ipse fui, et alius quilibet erit, alienus, si secum reputet Latinam esse linguam omnibus per orbem terrarum eruditis communem; et, quod vix minoris est momenti, notas Latine scriptas se brevitate sua commendare, et prolixitatem istam, quæ recentioribus linguis vitio verti non injuria solet, evitare. Cujus dicti non aliunde documentum quam ex hoc libro quæri debet; ubi, si quis et Anglice et Latine scripta inter se conferat, is illico perspiciet minus esse temporis dispendium in his quam in illis legendis, et tamen nihil deesse ad ea, quæ dicere voluit Annotator, intelligenda.

Quod ad Editorum Criticorumque labores attinet, legem mihi hanc imposui, ut ei, qui primus protulit quid, mendosa emendandi vel difficilia explicandi causa, laudem, quam meruit fortasse et alter, tribuam. Quum vero nullus fere de re Critica liber inter novissime editos mihi in manus venit, præter Dobræi Adversaria et Museum Philologicum Cantabrigiense, ubi nonnulla eximia scripsit J. Wordsworthius, fato præmaturo ereptus, fieri potest, ut legem ipse meam violare visus sim, et ut mihi tribuam, quæ alteri cuidam revera debeantur.

Licet autem mihi sim conscius in hoc libro haud pauca reperiri, quæ lector eruditus inter errores et defectus recenseat, quibus originem det necesse est studiorum Criticorum desuetudo, spero tamen in eo inesse nonnulla, quæ neque Euripidem ipsum neque cultorem ejus dedeceant. Hac spe non falli si visus fuero, et errores et defectus veniam apud Lectorem æquum et benevolum impetrabunt; sin aliter, non intercedam quin hæc mea scripta oblivioni tradantur tranquillæ.

P. S. Editionibus, quæ meam præcesserunt, addi debet ea, quam Hartungus vulgavit Erlangæ, 1837. de qua quid senserim, indicavi olim; et hic repetam, quo melius cur eam neglexerim intelligatur. Textus ea specimen exhibet tanta vi vexati, quantam in nullum scriptorem, quod sciam, Editor vel audacissimus inferre sit ausus. Ibi enim versus de sede in sedem, sursum deorsumque, ad libitum transponuntur. Hermanni quoque conjecturas etiam maxime violentas et minime veri similes amplexus est; iisque addidit suas, ne ipsi quidem, uti spero, nunc placituras; et ille Vir, cui scrupulum nullum injecerat istud tristichon post v. 653. insertum, proscribit distichon in 654–5. et tetrastichon in 822–5. una cum aliis versibus non paucis, in quibus nihil ipse reperire queo nisi lineamenta Euripidis et mentem et stylum præ se ferentia. Quid vero Hartungum ad hanc methodum libri edendi impulerit, me nescire fateor; neque enim otii satis olim habui neque nunc habeo ad ejus Præfationem, quæ ad paginas centum excurrit, perlegendam. Mihi quidem, quid fecerit, sufficit scire; et e factis colligere viam, quam iniit, ad veritatem vix quempiam esse ducturam, lætus tamen video eundem mihi mea præripuisse in v. 1047. προσώρισας. v. 1258. διαβληθῇ. et aliquatenus in v. 919. Καὶ δὴ τὸ χρῆζον ἐπίθετ'. Etenim consensu tali conjecturarum veritas non parum demonstratur.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ΧΟΡΟΣ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ὦ ΠΡΕΣΒΥ, δόμων τῶνδε πάροιθεν
στεῖχε.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

στείχω.
τί δὲ καινουργεῖς, Ἀγάμεμνον ἄναξ;
ΑΓ. πεύσει. ΠΡ. σπεύδω.
μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον,
καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν.
ΑΓ. τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
ΠΡ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου

5. Aldus et MSS. τὸ γῆρας. Barnes. in marg. τοι. quasi de suo. Sensus est Anglice—"*My old age is very sleepless, and sits wakeful on my eyes.*"

7. Ennius in Agamemnone apud Varron. de Ling. Lat. IV. *In altisono cœli clypeo;* et plenius in VI. (AG.) *Quid nocti' videtur in altisono cœli clypeo?* (SEN.) *Temo superat stellas cogens Sublime etiam atque etiam noctis Itiner.* ubi Scaliger. e loco priore legit *altisono*, et fabulæ titulum, in posteriore omissum, supplet. Hinc patet Agamemnonis interrogationem minime claudere, quod vulgo fit, voces: *Quid nocti' videtur?*

309. Omnes edd. Εἰ δ᾿ ἐγὼ γνοὺς πρόσθεν οὐκ εὖ μετετέθην εὐβουλίαν: et nemo quod sciam, locum esse corruptum persensit. Unus tamen e MSS. Par. quem ipse contuli, præbet μετέθην. Inde suspicatus sum Interpolatorem quendam scripsisse μετετέθην, quando μετεθέμην scribere debuit; etenim μετετέθην in tali sententia non alibi apud Tragicos exstat; contra vero μετεθέμην εὐβουλίαν, ita enim legi debet, concinit cum μετέθου λύσσαν in Orest. 254. quæ verba Porson. vertit *insaniam sanitate mutasti*, et comparat syntaxin cum illa ab Horatio usitata. Verum neque sic locus est omnis integer. Etenim Euripides minime εἰ—οὐκ εὖ, verum εἰ—μὴ εὖ scripturus erat. Exstitit quidem olim in Orest. 1173. Εἴ ποθεν ἄελπτος παραπέσοι σωτηρία Κτανοῦσιν, οὐ θανοῦσι. verum ibi hodie legitur, κτανοῦσι, μὴ θανοῦσιν, servatum in Schol. et MSS. plerisque. Restitui igitur ᾿Αλλ᾿ ἐγὼ γνοὺς πρόσθεν οὐκ εὖ, propter infra 423. ᾿Αλλ᾿ εἰς μεταβολὰς ἦλθον ἀπὸ δεινῶν λόγων.

313. Vice ἡ δέ γ᾿ ᾿Ελπὶς Matth. conjecit ἥγε δ᾿ ᾿Ελπίς. Sed vulgata præstant, ἦν subaudito, sicut in Cycl. 316. ῾Ο πλοῦτος, ἀνθρωπίσκε, τοῖς σοφοῖς θεός. Confer et Virgil. Æn. IX. 185. *an sua cuique deus fit dira cupido?* Mox Ald. ἐξέπραξε. Sed MSS. nonnulli Κἀξέπραξε.

315. Vulg. Οὓς λαβὼν, στράτευέ γ᾿ οἶμαι δ᾿ εἴσῃ μωρίᾳ φρενῶν. metro et sensu repugnantibus. Duo MSS. Par. γ᾿ omittunt. Euripidea verba, spero, mea conjectura restituisse dicar, Οὓς λαβὼν στράτευ᾿· ἕτοιμοι δ᾿ εἰσί.

316. Hunc versum in MSS. Euripideis omissum supplent Theophilus Antioch. p. 258. ed. Wolf. a Marklando indicatus, et Stob. XXVIII. 10. p. 196.

317. Ald. et MSS. συνηναγκασμένους. At κατηναγκασμένους Theophilus et Stobæus, quod recepit Musgr.

318, 9. Ald. et MSS. καὶ τὸ σὸν μὲν εὖ Πέρα δίκης. At metri vitium in πέρα amovit Reisk. legendo παρά. Sed vitium intulit Herm. legendo cum Lentingo ad Androm. 307. κοὐ. Quod ad τὸ εὖ, confer Iph. T. 580. (562.) τὸ δ᾿ εὖ μάλιστά γ ὧδε γίγνεται. Æsch. Ag. 121. τὸ δ᾿ εὖ νικάτω.

320. Confer Hom. Il. Ω. 745. νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα.

321. Recte Markl. e MSS. ἐγεινάμην vice ἐγείναμεν, quod nihili est verbum: sed male idem hæc interrogative accipit.

εἰ δὲ μὴ βούλει φρονεῖν εὖ, τἀμ' ἐγὼ θήσω καλῶς.
ΧΟ. οἵδ' αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων
μύθων· καλῶς δ' ἔχουσι, φείδεσθαι τέκνων.
ΜΕ. αἶ, αἶ· φίλους ἄρ' οὐχὶ κέκτημαι τάλας;
ΑΓ. εἰ τοὺς φίλους γε μὴ θέλεις ἀπολλύναι.
ΜΕ. δείξεις δὲ ποῦ μοι πατρὸς ἐκ ταὐτοῦ γεγώς;
ΑΓ. ξυσσωφρονεῖν γάρ, οὐχὶ συννοσεῖν, ἔφυν.
ΜΕ. εἰς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους.
ΑΓ. εὖ δρῶν παρακάλει μ', ἀλλὰ μὴ λυπῶν ἐμέ.
ΜΕ. οὐκ ἄρα δοκεῖ σοι τάδε πονεῖν ξὺν Ἑλλάδι;
ΑΓ. Ἑλλὰς δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεῶν νοσεῖ τινα.
ΜΕ. σκήπτρῳ νυν αὔχει, σὸν κασίγνητον προδούς·
ἐγὼ δ' ἐπ' ἄλλας εἶμι μηχανάς τινας,
φίλους τ' ἐπ' ἄλλους.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ Πανελλήνων ἄναξ
Ἀγάμεμνον, ἥκω παῖδά σοι τὴν σὴν ἄγων,
ἣν Ἰφιγένειαν ὠνόμαζες ἐν δόμοις.

323. Propter antithesin Markl. voluit mutare *εὖ*, in *σύ*.

326. Vulg. *οὐχὶ κεκτήμην*. At ne quid dicam de omisso augmento, plusquam perfectum illud est ab hoc loco alienum, ubi sententiæ nexus postulat *κέκτημαι*. Elmsl. ad Heracl. 283. voluit *ἂν οὐχὶ κεκτήμην*.

328. De syntaxi *δείξεις—γεγὼς* vide notata ad Alc. 763. (779.) et confer in primis Med. 548. *δείξω πρῶτα μὲν σοφὸς γεγώς*.

329. Ald. et MSS. *Συσσωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν*: quæ sive elisio sive crasis in *βούλομ' ἀλλ'* vix ferri poterat. Opportune igitur Plutarchus II. p. 64. C. a Porsono indicatus, servavit verba Euripidis ipsissima *Συσσωφρονεῖν γὰρ οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυ*. ubi *ἔφυ* jungitur cum infinitivo sicut in Soph. Phil. 88. *Ἔφυν—πράσσειν*, et in Antig. 688. *πέφυκα—προσκοπεῖν*, et alibi.

333. Vice *θεὸν* Porson. *θεῶν*, propter loca plurima, quæ corrasit, ubi *θεῶν* sic cum *τις* jungitur.

334. Aldinum *νυν* in *νῦν* mutatur in edd. nonnullis. *Νυν* encliticum, quod sæpe cum imperativo jungitur, rarissime indicativum comitatur. Et hic sententiæ nexus postulat, quod vidit Tyrwhittus, *αὔχει* vice *αὐχεῖς*. Mox redde *σὸν κασίγνητον προδοὺς*, *tuo fratre deserto*, minime quod vulgo fit, *prodens tuum fratrem*.

337. Vere et acute perspexit Hermannus repentinum Nuncii introitum, quo colloquium inter Agamemnona et Menelaum interrumpitur, non inscite fingi in medio versu evenire; et opportune allegat Soph. Phil. 974. ubi Ulysses, ex improviso adstans, suum sermonem in medio versu sic inchoat, *Ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, τί δρᾷς*; Et sic amovetur scrupulus iste, qui Dindorfios adeo male habuit, ut pro spuriis versus maxime genuinos abjicere vellent.

Ibid. Pariter in Tro. 413. Agamemnon appellatur *ὁ τῶν Πανελλήνων ἄναξ*.

339. Ald. *ὠνόμασάς ποτ'*. cujus vice

μήτηρ δ' ὁμαρτεῖ, σῆς Κλυταιμνήστρας δέμας,
καὶ παῖς Ὀρέστης, ὡς σὺ τερφθείης ἰδὼν,
χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν.
ἀλλ', ὡς μακρὰν ἔτεινον, εὔρυτον παρὰ
κρήνην ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν,
αὐταί τε πῶλοί τ'· εἰς δὲ λειμώνων χλόην
καθεῖμεν αὐτὰς, ὡς βορᾶς γευσαίατο.
ἐγὼ δὲ πρόδρομος, σῆς παρασκευῆς χάριν,
ἥκω· πέπυσται γὰρ στρατὸς (ταχεῖα δὲ
διῇξε φήμη) παῖδα σὴν ἀφιγμένην·
πᾶς δ' εἰς θέαν ὅμιλος ἔρχεται δρόμῳ,
σὴν παῖδ' ὅπως ἴδωσιν· οἱ δ' εὐδαίμονες
ἐν πᾶσι κλεινοὶ καὶ περίβλεπτοι [1]βροτοῖς.
λέγουσι δ'· Ὑμέναιός τις, ἢ τί πράσσεται;—
ἢ πόθον ἔχων θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ
ἐκόμισε παῖδα;—τῶν δ' ἂν ἤκουσας τάδε·
Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεανίδα

[1] βροτῶν

juxta Markl. MSS. tres Par. ὠνομάξαις ἂν, omisso ποτ'. At ipse testari possum eos exhibere ὠνόμαξας, et sic tres alii juxta Matth. Id ducit ad ὠνόμαζες, quod tempus aoristo potius est, uti patet ex Eurip. Suppl. 1217. παῖς— Τυδέως, ὃν ὠνόμαζε Διομήδην πατήρ. Heracl. 86. Ὄνομα τί σὲ, γέρον, Μυκηναῖος ὠνόμαζεν λεώς. In Marklandianum ὠνόμαζες incidit et Lentingus ad Androm. 380.

340. Elmsl. conjecit et Herm. edidit σὴ, Κλυταιμνήστρα, δάμαρ. At vulgatum quæ magis est poeticum, tuetur Ἑρμιόνης δέμας in Orest. 107.

341. Vice ὥστε, quod loquentis mentem non bene indicat, reposui ὡς σύ. Et ne quis hæreat propter ὡς τερφθείης contra Dawesii canona post ὁμαρτεῖ scripta, sciat legem non reapse violari. Etenim ὁμαρτεῖ, de Oreste adhuc parvulo dictum, notionem comprehendit τοῦ κομισθῆναι, vel ἀγκαλισθῆναι. Herm. edidit ὥς τι τερφθείης, frigide.

343. Redde ὡς μακρὰν ἔτεινον *quum longam carperent viam*, et conf. Soph. Aj. 1040. Μὴ τεῖνε μακράν. Æsch. Agam. 1296. μακρὰν ἔτεινας. Mox Markl. scribere voluit εὔῤῥυτον. Sed recte statuit Matth. literam ρ post diphthongos non geminari.

345. Vice Αὗταί τε πῶλοί γ' Markl. Αὗταί τε πῶλοί τ', cui simile est αὐτώ τε καὶ ἵππω in Od. Δ. 20.

348. Pro ταχεῖα δὲ MSS. ταχεῖα γὰρ, quod fortasse præstat. De γὰρ sic iterato vid. Porson. ad Med. 139. init.

349. Edd. et MSS. διῆκε, quod de διήκω putabatur derivari. Sed διῇξε restituit Portus; et primus recte sententias interpunxit L. Dindorf.

352. Euripidem scribere posse βροτοῖς, minime inficias iverim. Sed βροτῶν potius. Ita enim probe βροτῶν et οἱ εὐδαίμονες conjunguntur τοῖς οὐκ εὐδαίμοσι θνητῶν in v. infr. 515.

353. Unus MS. Par. πράσσετε, reliqui πράσσεται (sic). Similiter in v. 359. MSS. nonnulli στεφανοῦσθαι vice στεφανοῦσθε.

356. De ritu ad quem et hic respicitur et infr. v. 627. Προτέλεια δ' ἤδη παιδὸς ἔσφαξας θεᾷ; sic Pollux III. 38. ἡ δὲ πρὸ γάμων θυσία Προτέλεια—προτελεῖσθαι δὲ ἐλέγοντο οὐ μόνον αἱ νύμφαι, ἀλλὰ καὶ οἱ νυμφίοι· καὶ τέλος ὁ γάμος

Αὐλίδος ἀνάσσῃ· τίς νιν ἄξεταί ποτε;—
ἀλλ' εἶα, τἀπὶ τοισίδ' ἐξάρχου κανᾶ,
στεφανοῦσθε κρᾶτα· καὶ σὺ, Μενέλεως ἄναξ,
ὑμέναιον εὐτρέπιζε, καὶ κατὰ στέγας
λωτὸς βοάσθω, καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος·
φῶς γὰρ τόδ' ἥκει μακάριον τῇ παρθένῳ.

ΑΓ. ἐπῄνεσ'· ἀλλὰ στεῖχε δωμάτων ἔσω·
τὰ δ' ἄλλ', ἰούσης τῆς τύχης, ἔσται καλῶς.
οἴμοι, τί φῶ δύστηνος; ἄρξομαι πόθεν;
εἰς οἷ' ἀνάγκης ζεύγματ' ἐμπεπτώκαμεν.
ὑπῆλθε δαίμων, ὥστε τῶν σοφισμάτων
πολλῷ γενέσθαι τῶν ἐμῶν σοφώτερος.
ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον·
καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
ἄνολβά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν

ἐκαλεῖτο, καὶ τέλειοι οἱ γεγαμηκότες· διὰ τοῦτο καὶ Ἥρα τελεία, ἡ ζυγία· ταύτῃ γὰρ ἐν τοῖς προτελείοις προὐτέλουν τὰς κόρας καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Μοίραις. ubi MS. unus præbet *προτελίζεσθαι* vice *προτελεῖσθαι*, et plures *προὐτέλιζον* vice *προὐτέλουν*. Qui plura velit, is adeat VV. DD. ad Hesych. et Harpocrat. in *Προτέλεια*.

357. "Cum *ἄγεσθαι uxorem ducere* significat, *εἰς δόμους* vel aliquid ejusmodi plerumque addunt Tragici." Elmsl. ad Heracl. 808. Verum hic, quod et ipse indicat verbum per se idem ipsum significat.

358. Ald. *τἀπὶ τοισίδ'*, edd. recentiores *τἀπὶ σοῖσι δ'*, donec Canterus Aldinum revocavit. Mox confer *Κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις* infra v. 1349. cum *ἐξάρχου κανᾶ*.

359. Markl. *Στεφανοῦ τε*, quo nihil opus est. "Agamemnonis erat," inquit Matth. "*ἐνάρχεσθαι κανᾶ*, at aliorum etiam *στεφανοῦσθαι κρᾶτα*."

Ibid. Minime indecorum se gessit Nuncius eo, quod jusserit Menelaum nuptias curare. Idcirco non opus erat Hermanniano *Μενέλεώς τ' ἄναξ*.

363. Hic versus simile quid habet illi in Med. 1019. *Δράσω τάδ'· ἀλλὰ βαῖνε δωμάτων ἔσω.*

364. Recte Herm. reddit *ἰούσης τῆς τύχης fortuna cursum suum persequente.*

365. Primus inter editores Hermannus restituit *ἄρξομαι πόθεν;* vice *ἄρξομαι σέθεν;* e Grotii conjectura. Cf. Æsch. Cho. 844. *πόθεν ἄρξωμαι*, infra 1020. *Τίν' ἂν λάβοιμι τῶν ἐμῶν ἀρχὴν κακῶν;*

367. De significatione verbi *ὑπῆλθε* vid. supr. ad v. 66.

370. Markl. "*αὐτοῖς*, scil. *δυσγενέσι*, petendum ex v. *δυσγένεια*." Euripidea sic imitatur Ennius apud D. Hieronym. in Epith. Nepotiani, *Plebes in hoc regi antestat loco; licet Lacrumare plebi; regi honeste non licet.*

371–3. Neque facile neque utile omnium conjecturas de hoc loco commemorare; Musgravii unius nefas esset silentio præterire. Is enim inter se transponi voluit voces *ἄνολβα* et *ἄπαντα*: cui obsecutus Herm. censet rem esse omnium maxime incredibilem Musgravii inventum non esse ab omnibus probatum; inter quos dissentientes facile meipsum adscribi patiar; quippe qui nihil in vulgatis videam, quod reprehendam, aliquid tamen, quod sententiæ decursum impediat; etenim nihil melius esse potest quam ut *δακρῦσαι* et *ἄνολβα εἰπεῖν* conjungantur, et ut *ἄπαντα* referatur ad sequentia, Tragicorum more satis usitato dialogorum.

ἅπαντα ταῦτα· προστάτην τε τοῦ βίου
τὸν δῆμον ἔχομεν, τῷ τ' ὄχλῳ δουλεύομεν.
ἐγὼ γὰρ ἐκβαλεῖν μὲν αἰδοῦμαι δάκρυ,
τὸ μὴ δακρῦσαι δ' αὖθις αἰδοῦμαι τάλας,
εἰς τὰς μεγίστας ξυμφορὰς ἀφιγμένος.
εἶεν· τί φήσω πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμήν;
πῶς δέξομαί νιν; ποῖον ὄμμα συμβαλῶ;
καὶ γάρ μ' ἀπώλεσ' ἐπὶ κακοῖς, ἅ μοι πάρα,
ἐλθοῦσ' ἄκλητος. εἰκότως δ' ἅμ' ἕσπετο
θυγατρὶ νυμφεύσουσα, καὶ τὰ φίλτατα
δώσουσ', ἵν' ἡμᾶς ὄντας εὑρήσει κακούς.
τὴν δ' αὖ τάλαιναν παρθένον (τί παρθένον;
Ἅιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα)
ὡς ᾤκτισ'· οἶμαι γάρ νιν ἱκετεύσειν τάδε·
Ὦ πάτερ, ἀποκτενεῖς με; τοιούτους γάμους
γήμειας αὐτὸς, χὤστις ἔστι σοι φίλος.—
παρὼν δ' Ὀρέστης ἐγγὺς ἀναβοήσεται
ἀσύνετα συνετῶς· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.
αἶ, αἶ· τὸν Ἑλένης ὥς μ' ἀπώλεσεν γάμον
γήμας ὁ Πριάμου Πάρις, ὅ μ' εἴργασται τάδε.

372. Vice *προστάτην γε* recepi Matthæi *προστάτην τε*. Herm. vero edidit *προστάτην δὲ*, et mox *τὸν ὄγκον* vice *τὸν δῆμον*, juxta Plutarch. in Nic. 1. p. 526. c.

377. *εἶεν*, *hæc missa faciamus;* exclamatio satis frequens, quando quis ad rem novam se convertat.

379. Vice *πάρα* in Ald. omnes MSS. *πάρος*, quod recepit Markl. quam var. lect. citare poterat Porson. ad Hec. 794. (782.) ubi de *α* et *ος* permutatis disceptatur.

381. Recte Markl. *νυμφεύσουσα* pro *νυμφεύουσα* propter proximum *δώσουσα*, et v. 787. ubi participium idem de persona rebusque iisdem usurpatur.

383. Pro *Τήνδ'* recte Matth. *Τὴν δ'*.

384. Cum locutione *Ἅιδης—νυμφεύσει*, de virgine morti proxima confer Orest. 1109. *Ἅιδην νυμφίον κεκτημένη.* Iph. T. 369. (355.) *Ἅιδης Ἀχιλλεὺς ἦν ἄρ',—Ὅν μοι προσεῖπας πόσιν.* Soph. Antig. 653. *μέθες Τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύειν τινί.* Eandem imaginem expressit et Shakspear. in *Romeo and Juliet*, IV. 5. et V. 3.

389. Propter *τὸ ὀξύμωρον* reposui *Ἀσύνετα συνετῶς* vice *Οὐ συνετὰ συνετῶς*. Sed et sine illa loquendi figura Tragicus scripsisset, opinor, *ἀσύνετα*, uti patet e v. 563. *Ἀσύνετα νῦν ἐροῦμεν.*

391. Libri *ὅς μ'*, Markl. *ὅ μ'*, probante Porsono ad Hec. 13. *Νεώτατος δ' ἦν Πριαμιδῶν· ὃ καί με γῆς Ὑπεξέπεμψεν.* ubi interpretatur *ὃ* per *τὸ εἶναι νεώτατον*, quod præceperat Schol. Barocc.; et hic *ὃ* per *τὸ γῆμαι Πάριν*. At Herm. cum L. Dindorfio rejicit *μ'*. Lector, utrum horum magis velit, accipiat.

ΧΟ. *κἀγὼ κατῴκτειρ', ὡς γυναῖκα δεῖ ξένην*
ὑπὲρ τυράννων ξυμφορᾶς καταστένειν.
ΜΕ. *ἀδελφέ, δός μοι δεξιᾶς τῆς σῆς θιγεῖν.*
ΑΓ. *δίδωμι· σὸν γὰρ τὸ κράτος, ἄθλιος δ' ἐγώ.*
ΜΕ. *Πέλοπα κατόμνυμ', ὃς πατὴρ τοὐμοῦ πατρὸς*
τοῦ σοῦ τ' ἐκλήθη, τὸν τεκόντα τ' Ἀτρέα,
ἦ μὴν ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς,
καὶ μὴ 'πίτηδες μηδέν, ἀλλ' ὅσον φρονῶ.
ἐγώ σ' ἀπ' ὄσσων ἐκβαλόντ' ἰδὼν δάκρυ
ᾤκτειρα, καὐτὸς ἀνταφῆκά σοι πάλιν·
καὶ τῶν παλαιῶν ἐξαφίσταμαι λόγων,
οὐκ εἰς σε δεινός· εἶμι δ' οὗπερ εἶ σὺ νῦν·
καί σοι παραινῶ μήτ' ἀποκτείνειν τέκνον,
μήτ' ἀνθελέσθαι τοὐμόν· οὐ γὰρ ἔνδικον
σὲ μὲν στενάζειν, τἀμὰ δ' ἡδέως ἔχειν,
θνήσκειν τε τοὺς σούς, τοὺς δ' ἐμοὺς ὁρᾷν φάος.
τί βούλομαι γάρ; οὐ γάμους ἐξαιρέτους
ἄλλους λάβοιμ' ἄν, εἰ γάμων ἱμείρομαι;
ἀλλ' ἀπολέσας ἀδελφόν, ὅν μ' ἥκιστ' ἐχρῆν,
Ἑλένην ἕλωμαι, τὸ κακὸν ἀντὶ τἀγαθοῦ;
ἄφρων, νέος τ' ἦν πρίν· τὸ πρᾶγμα δ' ἐγγύθεν
σκοπῶν, ἐσεῖδον οἷον ἦν κτείνειν τέκνα.
ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης

398. De formula *ἦ μὴν* inter sacramenta vid. Blomf. in Glossar. ad Æsch. S. Th. 527. *Ὄμνυσι δ'—Ἦ μὴν λαπάξειν.* Mox Barnes. Scaligero inductus, *μ' ἐρεῖν.*

399. Significat hic *ἐπίτηδες ex consulto*, sicut in Hom. Od. O. 28. *Μνηστήρων σ' ἐπιτηδὲς ἀριστῆες λοχόωσιν.*

403. Verba *εἶμι δ' οὗπερ εἶ σὺ νῦν* vulgo redduntur *vado enim eo sententiæ, ubi tu nunc es.* Perperam omnino. Sensus est Anglice, *I will place myself in your present situation.*

404, 5. Elmsl. ad Med. 323. prætulit *μήτ' ἀποκτεῖναι τέκνα, Μήτ' ἀνθελέσθαι τοὐμόν.* quo melius tempora inter se convenirent, et *τέκνα* adderetur quatuor locis illis in 413. 645. 917. et 1065. ubi pluralis usurpatur. Sed variare dictionem amat Euripides; et, quod ad *τοὐμὸν*, Schaefer. ad Bos. Ellips. p. 107. subaudiri censet *κέρδος*, sicut in Soph. El. 251. *καὶ τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα Καὶ τοὐμὸν αὐτῆς.*

412. Ald. et MSS. *τὰ πράγματα δ'.* At Barnes. in marg. et Markl. *τὸ πρᾶγμα δ'.* quod recepi. Verum Lentingus in Nov. Act. Societ. Trajectin. I. p. 65. probante Matth. et Herm. edente, vult, *νέος τ' ἦν· πρὶν τὰ πράγματ' ἐγγύθεν.*

414. Syntaxis verborum *μ' ἔλεος*—

εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ,
ἣ τῶν ἐμῶν ἕκατι θύεσθαι γάμων
μέλλει· τί δ' Ἑλένης παρθένῳ τῇ σῇ μέτα;
ἴτω στρατεία διαλυθεῖσ' ἐξ Αὐλίδος.
σὺ δ' ὄμμα παῦσαι δακρύοις τέγγων τὸ σὸν,
ἀδελφὲ, κἀμὲ παρακαλῶν εἰς δάκρυα.
εἰ δέ τι κόρης σῆς θεσφάτων μέτεστί σοι,
μὴ 'μοὶ μετέστω· σοὶ νέμω τοὐμὸν μέρος.
ἀλλ' εἰς μεταβολὰς ἦλθον ἀπὸ δεινῶν λόγων·
εἰκὸς πέπονθα· τὸν ὁμόθεν πεφυκότα
στέργων μετέπεσον· ἀνδρὸς οὐ κακοῦ τρόποι
τοιοίδε, χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεί.

ΧΟ. γενναῖ' ἔλεξας, Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς
πρέποντα· προγόνους οὐ καταισχύνεις σέθεν.

ΑΓ. αἰνῶ σε, Μενέλα', ὅτι παρὰ γνώμην ἐμὴν
ὑπέθηκας ὀρθῶς τοὺς λόγους, σοῦ τ' ἀξίως.

Post v. 430. ΜΕ. ταραχή γ' ἀδελφῶν τις δι' ἔρωτα γίγνεται,
πλεονεξίαν τε δωμάτων· ἀπέπτυσα
τοιάνδε συγγένειαν ἀλλήλων πικράν.

εἰσῆλθε—ἐννοουμένῳ similis exstat in Med. 57. *ἵμερός μ' ὑπῆλθε—μολούσῃ.* utrobique *μ'* est *με*, non *μοι*, quod et Schol. perspexit, cujus nota est, *τὸ σχῆμα σολοικοφανὲς, διὰ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς πτώσεως*: quod et agnoscit Philemon Comicus Tragicum imitatus, indicatus a Porsono; qui edidit ibi *μολοῦσαν* propter *Οἷα δ' εἰσῆλθεν μ'—ἐννοουμένην* in v. infra 1260. ut videtur. De hac quæstione vide Elmsl. ad Med. l. c.

418. Ald. et MSS. *στρατιὰ*, contra metrum, quod correxit Barnes.

421. Sunt qui cum Markl. legant *μέτεστί μοι* vice *μέτεστι σοί*. At recte interpretatur Herm. *Vaticinium de filia si curas, ego non curo; sed meas partes tibi permitto.*

425. In MSS. quinque super *τρόποι τοιοίδε* inter lineas scripta *τροπαὶ τοιαίδε*. "Ea qui scripsit," inquit Matth. "sermonem adhuc esse de *μεταβολαῖς* et *τῷ μετέπεσον* credidit."

427. Pierson. in Verisimil. p. 78. voluit *Γενναῖα λέξας*. ne sit *τὸ ἀσύνδετον* post *προγόνους*, ubi Herm. inseruit *δ'*, quod minime necessarium.

429. Vice *Μενέλαος* in Ald. *Μενέλα'* Musgr. qui citare poterat Tro. 890. *Αἰνῶ σε Μενέλα'*. Barnes. voluit *Μενέλεως*: quæ tamen forma, licet sit trisyllabon in Orest. 18. est plerumque quadrisyllabon.

430. Ald. et MSS. plerique *ὑπέθηκες*. At duo *ὑπέθηκας*, quomodo correxerat Barnes. Musgr. voluit *μετέθηκας*. Mox MS. Par. quem contuli, *ὀρθοὺς* vice *ὀρθῶς*.

Ibid. Post h. v. tristichon e textu ejeci, *Ταραχή γ' ἀδελφῶν τις δι' ἔρωτα γίγνεται, Πλεονεξίαν τε δωμάτων· ἀπέπτυσα Τοιάνδε συγγένειαν ἀλλήλων πικράν.* Id spurium esse primus vidit Boeckhius in libro De Trag. Græc. p. 288. quocum consentit Matthiæus, dissentiente Hermanno, qui versus tribuit Agamemnoni; at Choro G. Burgesius in *Classical Journal*, No. 3, p. 612. qui tamen subdit, "nisi versus isti, sicut multi alii hujus fabulæ, sint ex Interpolatore orti;" deinde Elmsl. voluit *διά τ' ἔρωτα*, et

ἀλλ' ἥκομεν γὰρ εἰς ἀναγκαίας τύχας,
θυγατρὸς αἱματηρὸν ἐκπρᾶξαι φόνον.
ΜΕ. πῶς; τίς δ' ἀναγκάσει σε τήν γε σὴν κτανεῖν;
ΑΓ. ἅπας Ἀχαιῶν ξύλλογος στρατεύματος.
ΜΕ. οὔκ, εἴ νιν εἰς Ἄργος γ' ἀποστελεῖς πάλιν.
ΑΓ. λάθοιμι τοῦτ' ἄν, ἀλλ' ἐκεῖν' οὐ λήσομεν.
ΜΕ. τὸ ποῖον; οὔτοι χρὴ λίαν ταρβεῖν ὄχλον.
ΑΓ. Κάλχας ἐρεῖ μαντεύματ' Ἀργείων στρατῷ.
ΜΕ. οὔκ, ἢν θάνῃ γε πρόσθε· τοῦτο δ' εὐμαρές.
ΑΓ. τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον κακόν.
ΜΕ. κοὐδέν γε χρηστὸν, οὐδὲ χρήσιμον πάρα.
ΑΓ. ἐκεῖνο δ' οὐ δέδοικας, οὔμ' εἰσέρχεται;
ΜΕ. ὃν μὴ σὺ φράζεις, πῶς ὑπολάβοιμ' ἂν λόγον;

Markl. ἀλλήλοιν. Verum neque his neque quibusvis aliis rationibus probabile fit Euripidem istos versus scribere posse. Etenim, ne quid dicam de γε plane inepto, neque ταραχὴ neque πλεονεξία, quod Boeckhius indicavit, inter Euripidea exstat, neque apud quemlibet alium, ut opinor, poetam; certe vice ταραχὴ dixisset ταραγμός. Et πλεονεξία δωμάτων est a sermone Græco alienum. Sunt et alia in hoc tristicho, in quæ offendat quis necesse est Atticis tragœdiis exercitatus. Denique, modo tristichon fuerit in aliis rebus culpa immune, tamen in tali loco ad litem inter Atreum et Thyestem foret allusio perquam indecora, et τῆς νοθείας suspicionem non injuria crearet. Versibus vero amotis, omnia fiunt et plana simul et expedita.

433. Pro ἀναγκάσει σε unus MS. Par. ἀναγκάσειε, quod, ἂν omisso, intulerit solœcismum.

435. Duo MSS. Par. ἤν νιν, quo recepto, legi debuit ἀποστείλῃς, quomodo legere voluit Markl. qui cum Musgr. νιν refert ad exercitum Græcorum, minime, quod par erat, ad Iphigeniam.

436. Markl. e MSS. restituit λήσομεν *latebimus* vice λήσομαι *obliviscar*.

439. Jacobs. in Cur. Secund. sive Exercitat. Crit. T. I. p. 65. arbitratus parum apte respondere Agamemnona Menelao, Calchantis necem consilianti, legere voluit, Οὔκ, ἢν φθάνῃς γε πρόσθε, probante Matth. Verum tunc debuit abesse πρόσθε, uti indicavit Herm. qui tamen peccavit etiam gravius edendo σανῇ, quod quidem verbum est parum bene Græcum; etenim aor. 1. est ἔσηνα, at nullibi exstat aor. 2. ἔσανον. Ab Hermanno quidem objicitur Menelai consilium esse subdolum simul et inhumanum. Esto; sed ob hanc ipsam causam Menelai personæ congruit; qui et per hanc fabulam aliasque Euripideas fingitur esse vitium merum, "nulla virtute redemptum," ut Spartanus; quam quidem gentem, suis popularibus ut placeret, sibique gratiam apud eos conciliaret odio persequi Tragicus solebat. Igitur quo pingatur talis vir, Poeta fingit eum, reconciliationis prætextu, fratri facinus suggerere immane, unde Agamemnon crimine non levi, si id perficeretur, foret inustus; qui tamen, utpote vir simplicis ingenii et animi nobilis, consilio tam atroci nullum dare responsum dignatus est.

441. Vulg. γ' ἄχρηστον—παρόν. Cantero γε χρηστὸν, mihi πάρα debetur.

442. Ald. ὅ μ' εἰσέρχεται, Barnes. ὅτι μ', et sic MSS. omnes. Verum jure statuit Herm. eam esse metricorum correctionem, neque ὅστις pro simplice ὃς posse usurpari, quicquid contra dicat Schaefer. ad Demosth. p. 734, 2. in T. IV. p. 238. Cum eo igitur reposui, quod Markl. præcepit, οὔμ'.

443. Vice πῶς ὑπολάβοιμεν Markl.

ΑΓ. *τὸ Σισύφειον σπέρμα· πάντ' οἶδεν τάδε.*
ΜΕ. *οὐκ ἔστ' Ὀδυσσεὺς ὅ τι σὲ κἀμὲ πημανεῖ.*
ΑΓ. *ποικίλος ἀεὶ πέφυκε, τοῦ γ' ὄχλου μέτα.*
ΜΕ. *φιλοτιμίᾳ μὲν ἐνέχεται, δεινῷ κακῷ.*
ΑΓ. *οὔκουν δοκεῖς νιν, στάντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις,*
λέξειν ἃ Κάλχας θέσφατ' ἐξηγήσατο,
κἄμ' ὡς ὑπέστην θῦμα (κᾆτα ψεύδομαι)
Ἀρτέμιδι θύσειν; οἷς ξυναρπάσας στρατὸν,
σὲ κἄμ' ἀποκτείναντας Ἀργείους κόρην
σφάξαι κελεύσει· κἂν πρὸς Ἄργος ἐκφύγω,
ἐλθόντες αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις
ἀναρπάσουσι καὶ κατασκάψουσι γῆν.
τοιαῦτα τἀμὰ πήματ'. ὢ τάλας ἐγὼ,
ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε.
ἕν μοι φύλαξον, Μενέλεως, ἀνὰ στρατὸν
ἐλθὼν, ὅπως ἂν μὴ Κλυταιμνήστρα τάδε
μάθῃ, πρὶν Ἅιδῃ παῖδ' ἐμὴν προσθῶ λαβὼν,

πῶς ὑπολάβοιμ' ἂν, probante Porsono in Præf. ad Hec. p. xxxiii. (30.) Vulgatum tuetur Herm. hic et in Dissertat. de Particula *ἂν* III. 5. Quod vero attinet ad colloquii simplicitatem vel puerilitatem, confer Iph. T. 657. (639.) ΟΡ. *Πυλάδη, πέπονθας ταὐτὰ, πρὸς θεῶν, ἐμοί;* ΠΥΛ. *Οὐκ οἶδ'· ἐρωτᾷς οὐ λέγειν ἔχοντά με.*

446. Reiskianum *τοῦ τ' ὄχλου μέτα*, vice *τοῦ γ'*, receperunt Matth. Herm. At recte se habet vulgatum, reddendum *ubi e vulgi partibus stat.*

448. Ald. et MSS. *Οὐκοῦν δόκει νῦν*, Musgr. *δοκεῖς* cum interrogatione, et Canter. *νιν*. Ipse quoque *Οὔκουν*. Etenim *οὐκοῦν quamobrem* jure proscripsit Elmsleius.

450. Porson. in Supplem. Præfat. ad Hec. p. xxxvii. (35.) ubi sermo fit de suo Canone ad Creticum pedem sub senarii finem, hunc versum citat una cum aliis duobus; Hec. 729. *Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐῶμεν, οὐδὲ ψαύομεν*, Androm. 346. *Φεύγει τὸ ταύτης σῶφρον· ἀλλὰ ψεύσεται*, et omnes, "cum morbi eodem genere, si tamen morbus est, juniorum sagacitati commendat." Ipse legere hic voluit, si fides habenda sit Kiddio in *Porson's Tracts and Criticisms*, p. 194. *κᾆτ' ἐψεύσομαι*, et similiter in Andr. *ἀλλ' ἐψεύσεται*: et in Hec. *οὐδ' ἐψαύσαμεν.*

451. Vice *οἷς* Tyrwhittus *ὃς*, quæ conjectura, judice Herm. elegans est, sed minime necessaria.

455. Recepi *ἀναρπάσουσι*, vice *ξυναρπάσουσι*, quod conjecit Markl. confirmavit ope Hel. 751. *πόλις ἀνηρπάσθη μάτην*. Vulgatum, quod originem traxisse videtur e v. præeunti, ubi *ξὺν* est supplendum ante *αὐτοῖς τείχεσιν*, tuetur Herm. *με*, sive potius *ἡμᾶς*, subaudito. Elmsl. voluit *ξυναρπάσονται*, unde nihil lucramur. De *γῆ, χώρα* et *χθὼν* promiscue pro *πόλις* usurpatis vid. Valckenaer. ad Phœn. 5.

457. Voces *τὰ νῦν τάδε* senarium claudere hic et Herc. F. 246. notat Elmsl. ad Heracl. 641.

460. Cum *Ἅιδῃ παῖδ' ἐμὴν προσθῶ* confer *Ἅιδῃ προστιθεῖσ' ἐμὸν δέμας* in Hec. 368. et de syntaxi vid. Elmsl. ad Med. 215.

ὡς ἐπ' ἐλαχίστοις δακρύοις πράσσω κακῶς.

ΧΟ. μάκαρες, οἳ μετρίας θεοῦ, *στρ.*
μετά τε σωφροσύνας μετέ-
σχον λέκτρων Ἀφροδίτας,
γαλανείᾳ χρησάμενοι
μαινομένων οἴστρων, ὅθι δὴ
δίδυμ' Ἔρως ὁ χρυσοκόμας
τόξ' ἐντείνεται χαρίτων,
τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,
τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.
ἀπενέπω νιν ἁμετέρων,
Κύπρι καλλίστα, θαλάμων·
εἴη δ' ἐμοὶ μετρία
μὲν χάρις, πόθοι δ' ὅσιοι,
καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδί-
τας, πολλὰν δ' ἀποθείμαν.
διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν, *ἀντ.*
διάφοροι δὲ τρόποι· τὸ δ' ὀρθ-

Post v. 461. ὑμεῖς τε σιγήν, ὦ ξέναι, φυλάσσετε.

461. Post h. v. vulgo legitur Ὑμεῖς τε σιγήν, ὦ ξέναι, φυλάσσετε: in quo versu miror ne unum quidem Criticorum hæsisse; etenim non alius est, qui τῆς νοθείας indicia habeat clariora. Quod ad linguam, locutio σιγὴν φυλάσσειν pro σιγᾶν vel σιγῇ καλύπτειν τινὰ est inaudita; neque, quod ad dramatis τὸ πρέπον debuit oratio, qualis hæc est, gravissima, finem habere claudum et debilem; neque veri simile est Agamemnonem, qui chorum huc usque ne uno quidem verbo allocutus erat, nunc tandem, e scena exiturum, ad eum ter vel quatuor verba, jussi instar, direxisse; in aliis etenim locis, ubi Chorum quis taciturnum esse vult, aut ad suadendum aut precandum se convertit. vid. Med. 259. seqq. et Hipp. 710. (707.)

466. Ald. et MSS. μαινόμεν', cujus vice μαινομένων Reisk. quem sequor.

468. Pro ἐντείνεται, Markl. voluit ἐντείνει τᾶν Χαρίτων. Verum exstat apud Athen. XIII. p. 562. E. quem Markl. ipse citavit, Δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν (scil. τὸν Ἔρωτα) ἐκτείνεσθαι (lege ἐντείνεσθαι) Χαρίτων. quasi ea essent Chæremonis verba; sed videtur Athenæus, vitio memoriæ, quæ Euripidis sint Chæremoni tribuere.

470. Exstat σύγχυσις βίου simili sensu in Andr. 292.

473. Ald. Εἴη δέ μοι. Edidi εἴη δ' ἐμοί.

476. Ald. et MSS. πολλάν τ'. Reisk. πολλὰν δ', quem sequor.

477. et sqq. Hæc antistrophe est ad morem Euripidis paulo obscurior; unde ortæ sunt et apud scribas corruptelæ, et apud criticos conjecturæ multæ, quas neque facile est neque utile repetere.

478. Vulg. διάτροποι δὲ τρόποις. Reposui διάφοροι, in quod primus inci-

ὧς ἐσθλὸν σαφὲς ἀεί·
τροφαί θ' αἱ παιδευομένων
μέγα φέρουσιν εἰς ἀρετάν·
τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία,
τάν τ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει
χάριν, ὑπὸ γνώμας ἐσορᾶν
τὸ δέον, ἔνθεν δόξα φέρει
κλέος ἀγήρατον βιοτᾶς.
μέγα τι θηρεύειν ἀρετὰν,
γυναιξὶ μὲν κατὰ Κύ-
πριν κρυπτὰν, ἐν ἀνδράσι δ' αὖ
κόσμος ἔνεσθ', ὃ μυριοπλη-
θῆ μείζω πόλιν αὔξει.
ἔμολες, ὦ Πάρις, * * ἐπῳδ.
* * * * *

dit Hoepfner. et τρόποι, Barnesii emendationem.

Ibid. Vice ὁ δ' ὀρθὸς Musgr. τὸ δ' ὀρθῶς, quod edidit Herm. quasi de suo. Error similis in Iph. T. 610. (589.) ὀρθὸς pro ὀρθῶς. Sensus est, *diversa mortalium ingenia, diversi mores; sed quid vere bonum sit, semper manifestum.*

480. Libri παιδευόμεναι. Ipse aliquando παιδευομένων. Sed postea prætuli παιδευομένοις.

482. Scaliger. quem omnes fere secuti sunt, legit σοφία pro σοφίᾳ, ut sensus sit, *verecundia est sapientia.* Mihi in mentem venit, τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφίαν Πάντ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει Χάριν, et mox ὑπὸ γνώμᾳ τ' ἐσορᾶν Τὸ δέον.

485, 486. Vulg. ἔνθα δόξαν—βιοτάν. Restitui cum Barnesio δόξα, quod et sensus et metrum postulant; et de meo ἔνθεν et βιοτᾶς. βιοτᾷ Markl.

487. et sqq. Eruere verba Euripidis difficile est, propter corruptelas in vv. 490, 1. Tantum liquet Poetam comparari velle officia virorum et fœminarum: his enim laus est maxima ea, quæ ad res familiares pertinent et amores honestos, id enim significant voces κατὰ Κύπριν κρυπτὰν, exequi; illis vero, quæ ad vitam civilem spectant, munera non segniter obire.

490. Pro vulgato ἔνδον Markl. ἐνών, quod, utcunque Hermanno acceptum, intelligere nequeo. Reposui igitur ἔνεσθ', ut magis Euripideum.

490, 1. Vulg. ὁ μυριοπληθής, quod epitheton esse potest *urbis*, minime vero *ornatus*. Dedi igitur ὃ μυριοπληθῆ μείζω πόλιν αὔξει, Anglice, *that which increases to a still greater extent the power of the state.*

492. Verba ἦ τε σύ γε, quæ post Πάρις habent edd. neque dialectus neque sensus tolerabit. Quid vero scripserit Poeta ne divinare quidem ausus sum. Id unum scio eum non scripsisse quæ reposuit Herm. Ἔμολες, ὦ Πάρι, μήτε σύ γε βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις, quas voces sic reddit Latine, "*Utinam ne venisses illuc neve armenta pavisses;*" addens: "Id dictum esse pro μήτε ἔμολες μήτε ἐτράφης, non magis opus est exemplis docere, quam sic constituta oratione recte positum esse σύ γε." Sed nulla ratione fieri potest, ut μήτε ἔμολες μήτε ἐτράφης idem significent quod ὤφελες μήτε μολεῖν μήτε τραφῆναι; neque γε locum habere potuit. Sententia postulat aliquid hujusmodi, Ἔμολες, ὦ Πάρις, [ἐκλιπὼν Δαρδάνου γᾶν, ἔνθα σὺ δὴ] Βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης, κ. τ. λ.

βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης
Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις,
βάρβαρα συρίζων, Φρυγίων
αὐλῶν [1]* . * * [1] ἀντίπαλον πνοὰν
Ὀλύμπου καλάμοις πλέκων,
(εὔθηλοι δ' ἐτρέφοντο βόες,
ὅτε σε κρίσις ἔμενεν θεᾶν)
ἐλεφαντοδέτων πάροι-
θεν δόμων, ὃς τᾶς Ἑλένας
ἐν ἀντώποισι βλεφάροις
ἔρωτας ἔδωκας,
ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης·
ὅθεν ἔρις ἔρις

Post v. 499. ἅ σ' Ἑλλάδα πέμπει

495, 6, 7. Vulg. *Φρυγίων αὐλῶν Ὀλύμπου καλάμοις μιμήματα πλέκων*· ubi vice *πλέκων* MSS. 5. *πνέων*. At licet *πνέων* commune quid habeat cum *Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι* in Bacch. 127. tamen *πλέκων* convenit cum Pindarico in Ol. VI. 147. *πλέκων ποικίλον ὕμνον*, necnon cum fragmento Telestæ apud Athen. XIV. p. 617. B. quod primus cum Euripideis comparavit Huschkius in Epist. Crit. p. 147. et Hermannus emendavit aliquatenus legendo *Ἢ Φρύγα καλλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα, Λυδὸν ὃς ἥρμοσε πρῶτος Δωρίδος ἀντίπαλον μούσης νόμον αἰολόμορφον, Πνεύματος εὔπτερον αὔραν Ἀμφιπλέκων καλάμοις*: ubi sermo fit de Olympo, qui fuit vel Phrygius vel Mysius; et de quo, Marsyæ discipuló, multa multi a Brodæo citati; inter quos sunt Plato, Ion. T. I. p. 533. et Minoe. T. II. p. 318. Aristoph. Eq. 9. et Ovid. Met. VI. 392. qui discipulum et magistrum eodem in loco commemorat, *Illum* (Marsyam) *ruricolæ, silvarum numina, Fauni, Et Satyri fratres, et tunc quoque clarus Olympus, Et Nymphæ flerunt.* Quod vero attinet ad *μιμήματα*, ea vox mihi esse videtur nihil aliud quam interpretatio *αὐλῶν ἀντίπαλον πνοὰν*, quod in margine posui; et quanquam idem fere de *μιμήματα* sensit Herm. miror tamen eum conjecisse *πνοᾶν μιμηλὰ πλέκων*.

498, 9. Hoc distichon transponere malim post v. 494. Recte Barnes. reddit *εὔθηλος* *mammosus*. Confer Bacch. 737. *εὔθηλον πόριν*.

499. Vice *ἔμενεν* Herm. *ἔμηνεν*, sine causa.

Ibid. Vulgo sequitur versus, Ἅ σ' Ἑλλάδα πέμπει, quem ejeci, utpote fœtum Interpolatoris, qui sententias nectere voluit, nesciens Poetam id ipsum fecisse jungendo *ἔμολες πάροιθεν—δόμων*.

500. Euripides fortasse in animo habuit Hom. Od. Δ. 72, 3. ubi Menelai *δώματα* dicuntur esse *Χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος*.

501. Vice *ὃς* Musgr. voluit *οὗ*. ipse prætulerim *ὡς*.

502. De *ἐν* sic juncto cum verbis dandi vid. Porson. ad Med. 629.

503. Vulg. *ἔρωτα δέδωκας*. At et metrum et sensus postulant *ἔδωκας*. Reposui igitur *ἔρωτας ἔδωκας*. Similiter *σ* et *δ* sæpe permutantur. Vid. supr. ad v. 28. ubi MS. Par. *πᾶσι δ'* pro *πᾶσί σ'*. De re ipsa confer v. 1117. *φίλας χάριτας ἔδωκα κἀντεδεξάμην*.

505. Ed. Hervag. 2da *ἔρις, ἔρις*. Ald. et MSS. 5. *ἔρις, ἔριν*.

Ἑλλάδα σὺν δορὶ ναυσί τ' ἄγει
εἰς πέργαμα Τροίας.

ἰοῦ, ἰοῦ.
μεγάλαι μεγάλων εὐδαιμονίαι.
τὴν τοῦ βασιλέως
ἴδετ' Ἰφιγένειαν, ἄνασσαν ἐμὴν,
τὴν Τυνδάρεώ τε Κλυταιμνήστραν,
ὡς ἐκ μεγάλων βεβλαστήκασ',
ἐπί τ' εὐμήκεις ἥκουσι τύχας·
θεοὶ δ' οἱ κρείσσους οἵ τ' ὀλβοφόροι
τοῖς οὐκ εὐδαίμοσι θνητῶν.

στῶμεν, Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα·
τὴν βασίλειαν
δεξώμεθ' ὄχων ἄπο μὴ σφαλερῶς,

Post v. 519. ἐπὶ τὴν γαῖαν

507. Vulg. ἐς Τροίας πέργαμα. Blomfield. ἐς πέργαμα Τροίας quod cum Herm. recepi.

508. Vice ἰὼ, ἰὼ, quæ sunt plorantis, reposui ἰοῦ, ἰοῦ exclamationem admirantis; vid. H. Steph. Thes. I. p. 1943.

509. et sqq. Hos Anapæstos legitimos primus, quod sciam, in systema Antistrophicum disposuit Seidler. De Vers. Dochm. p. 82.

511. Markl. nesciens Ἰφιγένειαν primam habere longam, legere voluit et hic et in Agam. 1526. Ἰφιγέννειαν: et pejus etiam Matthiæus εἴδετ' Ἰφιγένειαν. Mox ἐμὴν ejecerunt Both. et Herm. utpote "metrici cujus additamentum, non cogitantis Iphigeniam non esse reginam virginum Chalcidicarum." Ipse vero legere malim Τὴν τοῦ βασιλέως Ἰφιγένειαν, Τὴν Τυνδάρεώ τε Κλυταιμνήστραν Ἴδ' ἄνασσαν ἐμὴν: etenim quum Agamemnon appellatur τῶν Πανελλήνων ἄναξ, ejus uxor facile potest etiam Chalcidicarum ἄνασσα nuncupari.

512. Vulg. Τυνδαρέου, quam formam habet Homerus; sed Tragici Τυνδάρεως. Confer tamen Eurip. El. 117. et 989.

513. Ald. ἐβλαστήκασ'. MS. Par. ἐκβλαστήκασ'. At cur non βεβλαστήκασ'? ad analogiam illius βέβλημαι et similium.

514. Musgr. confert εὐμήκεις τύχαι cum ὅσσου μήκεος ὄλβου apud Plutarch. de Exil. in fin. quæ verba sunt Empedoclis apud Clement. Alex. Strom. IV. p. 569. indicante Porsono.

515. Reposui Θεοὶ δ' vice Θεοί γ'. at Herm. Θεοί τοι κρείσσους, parum feliciter.

516. Vulg. τῶν θνατῶν. Sed vidit Blomf. linguam et Seidler. metrum antistrophicum articulum rejicere. Sententiam exprimit versio Musgraviana, *Qui opibus et potentia excellunt deorum loco a tenuioribus habentur.*

519. Ald. ὄχλων. Canter. ὄχων, quod MSS. 2. confirmant. Mox post σφαλερῶς vulg. ἐπὶ τὴν γαῖαν, quas voces rejecit Seidler. propter metrum antistrophicum; peccant et in legem de Synapheia.

ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ,
μὴ ταρβήσῃ τὸ νεωστὶ μολὸν
τόδε κλεινὸν τέκνον Ἀγαμεμνόνιον.
μὴ δὴ θόρυβον, μηδ' ἔκπληξιν
ξεῖναι ξείναις παρέχωμεν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὄρνιθα μὲν τόνδ' αἴσιον ποιούμεθα,
τὸ σόν τε χρηστὸν καὶ λόγων εὐφημίαν·
ἐλπίδα δ' ἔχω τιν' ὡς ἐπ' ἐσθλοῖσιν γάμοις
πάρειμι νυμφαγωγός. ἀλλ' ὀχημάτων
ἔξω πορεύεθ' ἃς φέρω φερνὰς κόρῃ,
καὶ πέμπετ' εἰς μέλαθρον εὐλαβούμενοι.
σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, λεῖπε πωλικοὺς ὄχους,
ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον, ἀσθενὲς θ' ἅμα.

Post v. 523. ταῖς Ἀργείαις
Post v. 532. ὑμεῖς δὲ νεανίδαισιν ἀγκάλαις ἔπι
δέξασθε, καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων.

520. Herm. pro *γνώμῃ* vult *νώμῃ*, quæ vox non alibi exstat.

521. Vice *νεωστί μοι μολὸν*, restitui *τὸ νεωστὶ μολὸν*, quia *νεωστὶ* nequit esse, quod Markl. putavit, dissyllabon.

522. Pro *τέκνον* Herm. *τέκνωμ'*, quæ vox exstat in Dosiad. Ara 2da.

523. Vulg. *μὴ δὲ θόρυβον.* Metrum resarciunt Gaisf. et Blomf. legendo, *μηδ' αὖ θόρυβον*. At Markl. *μὴ δὴ*, quod cum Herm. prætuli.

524. Voces *ταῖς Ἀργείαις* ante *ξεῖναι ξείναις*, utpote explicaturas *ξείναις*, resecui; quod fieri tuto potuit, etiamsi factum illud non metrum jussisset.

525. Vice *τόνδ' αἴσιον* Valckenaer. ad Phœn. 865. et ad Herodot. VII. 180. *τόδ' αἴσιον*, probantibus Musgr. et Porsono, et edente Gaisf.; at satius erat nihil novare; quod et sensit Herm. Redde Anglice, *I regard this omen as auspicious*. et confer Orest. 788. *οὐκοῦν οὗτος οἰωνὸς μέγας*;

530. Perperam Barnes. *εὐλαβούμεναι*. Etenim, quod sero vidit Matth. Clytæmnestra hæc non fœminis Chalcidicis, verum famulis suis dicit.

531. Matth. et Herm. interpungunt sic, *ὦ τέκνον, μοι λεῖπε*. At *μοι* ad *τέκνον* pertinet vice *ἐμὸν*, sicut in Alcest. 312. (323.) *Σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, πῶς κορευθήσει καλῶς*;

532. Cum *ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον* confer *ἁβρὸν πόδα τιθεῖσ'* in Hel. 1528.

Ibid. Post h. v. distichon ejeci satis manifesto interpolatum, *Ὑμεῖς δὲ νεανίδαισιν ἀγκάλαις ἔπι Δέξασθε, καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων*. Ibi, suspicionem excitare debet, quod Clytæmnestra filiam admonet, ut, inter descendum de carpento, pedem moveat cautum, et deinde famulas jubet, ut eam ulnis accipiant et humi ponant; nec satis decorum est, virginem nubilem infantis instar manibus gestari. Quod vero ad ipsa verba spectat, illico se Interpolatoris fœtus prodit. Etenim *δὲ νεανίδαισιν* anapæstum in pedem secundum inferunt; et *νεανίδεσσιν*, repertum in MSS. tribus Ionicam formam addit; quibus minime medetur *νεανιδέσιν* in

κἀμοὶ χερός τις ἐνδότω στηρίγματα,
θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς.
οἱ δ' εἰς τὸ πρόσθε στῆτε πωλικῶν ζυγῶν,
φοβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν.
καὶ παῖδα τόνδε, τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον,
λάζυσθ' Ὀρέστην· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.
τέκνον, καθεύδεις πωλικῷ δαμεὶς ὄχῳ;
ἔγειρ' ἀδελφῆς ἐφ' ὑμέναιον εὐτυχῶς·
ἀνδρὸς γὰρ ἀγαθοῦ κῆδος, αὐτὸς ἐσθλὸς ὤν,
λήψει, τὸ τῆς Νηρῆδος ἰσόθεον γένος.

Post v. 542. ἑξῆς κάθησο δεῦρό μου ποδὸς τέκνον,
πρὸς μητέρ', Ἰφιγένεια, μακαρίαν δέ με
ξένασι ταῖσδε πλησία σταθεῖσα δὸς,
καὶ δεῦρο δὴ πατέρα πρόσειπε σὸν φίλον.

MS. uno; quod male Musgr. in textum admisit, et frustra tueri conatus est ope *νεανίδος ἥβης* et similium. Paulo melius Pierson. in Verisimil. I. 6. ab Herm. acceptum, *Ὑμεῖς δὲ νεανίδες, νιν.* Verum nullibi, quod sciam, *νεα*, unam syllabam efficiunt; neque facile credam Euripidem scripsisse talem versum, quando scribere poterat alium, omni culpa immunem, *Ὑμεῖς δ' ἐπ' ἀγκάλαις νιν, ὦ νεανίδες.* Postremo e vicinis *ὀχημάτων Ἔξω πορεύεθ'* in vv. 528, 9. sua, ut solet, hausit Interpolator.

535. Vulg. *Αἱ δ'.* At recte Dobræus *Οἱ δ'.* Etenim equisones, non ancillas, alloquitur Clytæmnestra.

540. Hunc locum citat Porson. ad Orest. 294. (288.) in exemplum verbi activi pro medio, sicut *ἀνακάλυπτε* ibi, et *ἔπειγε* in Orest. 799. (789.) et *καταπαύσας* in Hec. 918. (906.)

542. Ald. *λήψει, τὸ Νηρῆδος παιδὸς ἰσόθεον γένος.* At MSS. *παιδὸς* omittunt. Recte igitur Æmil. Portus, *τὸ τῆς Νηρῆδος*, quem secutus sum cum Matth. et Herm. Boeckhius vero statuit Euripidem hic dormitare; quia patet ex sequentibus Clytæmnestram, generi futuro quæ mater fuerit nescire. Atqui dormitavit Boeckhius. Etenim, quum fassus est Agamemnon supra in v. 100. se *τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρὸς ἐκγεγαυρῶσθαι*, tuto colligi potest eum de Achillis genere divino non tacuisse. Addas, patet etiam e vv. 610, 617. Clytæmnestram de Achillis natalibus aliquid rescivisse.

Ibid. Post h. v. vulgo sequuntur quatuor versus *Ἑξῆς κάθησο δεῦρό μοι ποδὸς τέκνον Πρὸς μητέρ', Ἰφιγένεια, μακαρίαν δέ με Ξένασι ταῖσδε πλησία σταθεῖσα δὸς, Καὶ δεῦρο δὴ πατέρα πρόσειπε σὸν φίλον.* Horum versuum nonnisi ultimum pro spurio rejecit Porsonus; sed omnes Interpolatori tribuit Matth. cujus notam non abs re erit describere: "In his versibus plura sunt, quæ offendant. Primum *καθήσω* verum esse non potest, quum jam de curru descenderint, et mox Iphigenia dicatur *πλησίον σταθεῖσα*. Markl. conj. *καθίστω*, quod probat Musgr. Sed tota sententia languet, sive *κάθησο* sive *καθίστω* legas. Cur enim Iphigeniam juxta se adstare jubeat, quæ vix ab ea abscesserat? Reliqua non minus mira sunt. Quam impeditus est hic verborum ordo, *Τέκνον Ἰφιγένεια, δεῦρο πρὸς μητέρα καθίστω ποδός μου.* sic enim constructionem ordinat Markl. Tum quis unquam dixit *μακαρίαν τινὰ διδόναι*? Tota vero sententia inepta est. Hoccine apparatu opus erat, ut Chalcidicæ mulieres, etiam ob filiæ formam matrem beatam prædicarent?" Et hæc vitia, quæ Matth. indicavit, et alia plura, quæ omisit, faciunt, ut vix credam fieri posse, ut quivis, Græcæ Tragœdiæ probe gnarus, istos

ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ,
ἥκομεν, ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ μῆτερ, ὑποδραμοῦσά σ' (ὀργισθῇς δὲ μὴ)
πρὸς στέρνα πατρὸς στέρνα τἀμὰ προσβαλῶ.
ΚΛ. ἀλλ', ὦ τέκνον, χρή· φιλοπάτωρ δ' ἀεί ποτ' εἶ
μάλιστα παίδων, τῷδ' ὅσους ἐγὼ 'τεκον.
ΙΦ. ὦ πάτερ, ἐσεῖδόν σ' ἀσμένη πολλῷ χρόνῳ.
ΑΓ. καὶ γὰρ πατὴρ σέ· τόδ' ἴσον ὑπὲρ ἀμφοῖν λέγεις.
ΙΦ. χαῖρ'· εὖ δέ μ' ἀγαγὼν πρός σ' ἐποίησας, πάτερ.
ΑΓ. οὐκ οἶδ' ὅπως φῶ τοῦτο, καὶ μὴ φῶ, τέκνον.
ΙΦ. ἔα. ὡς οὐ βλέπεις εὔκηλον, ἄσμενός μ' ἰδών.

Post v. 546. ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σὰ στέρν', ὦ πάτερ,
ὑποδραμοῦσα, προσβαλεῖν διὰ χρόνου.
ποθῶ γὰρ ὄμμα δὴ σόν. ὀργισθῇς δὲ μή.

versus esse genuinos arbitratur. Eos tamen esse Euripidis revera censet Hermannus, sed non satis emendate scriptos; et idcirco mutat *κάθησο* in *καθεῖσα* et *δέ με* in *ἐμὲ*, et statuit *τέκνον* esse accusativum ad parvulum Orestem infantem referendum.

543. Interpolator, quisquis ille fuerit, non modo sua inter Euripidea inseruit, sed et verborum ipsius Tragici ordinem in pejus adeo mutavit, ut locum omnem etiam magis implicitum redderet; quem tamen explicuit solita sagacitate Porsonus. Heptastichon ita vulgo se habet: ΙΦ. *Ὦ μῆτερ, ὑποδραμοῦσά γ', ὀργισθῇς δὲ μὴ, Πρὸς στέρνα πατρὸς στέρνα τἀμὰ περιβαλῶ;* ΚΛ. *Ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ, Ἥκομεν ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν.* ΙΦ. *Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σὰ στέρν', ὦ πάτερ, Ὑποδραμοῦσα προσβαλεῖν διὰ χρόνου. Ποθῶ γὰρ ὄμμα δὴ σόν· ὀργισθῇς δὲ μή.* Horum autem versuum vitia et multa et gravia labor esset plane supervacaneus indicare. Etenim per se satis patent; neque quisquam repertus est, nisi Camper. ille, quem allegat Herm. ad Eurip. El. 655. qui sit ausus tristichon ultimum tueri et mortuo medicinam afferre; ubi voces hauriri e vicinis ut solet, videntur, et sic tautologum ineptum præ se ferunt, et versus rhythmum exhibent mendosum simul et Euripide indignum.

544. Confer Med. 927. *Δράσω τάδ', οὔτοι σοῖς ἀπιστήσω λόγοις.*

545. Reisk. *γ'* post *ὑποδραμοῦσα* inutile resecuit, et *σ'*, quod abesse non debuit, inseruit.

546. Vulg. *περιβαλῶ*, interrogative. At *προσβαλῶ* in codice suo reperit Interpolator, uti patet e suo *προσβαλεῖν*: et *προσβάλω* esset interrogantis vox.

547, 8. Hoc distichon primus Porson. Clytæmnestræ, non ut vulgo, Agamemnoni tribuit.

547. Ald. *χρῶ*. At MSS. omnes *χρή*, quod præstat. Redde *æquum est*.

548. Vice *τῶνδ'*, Elmsl. *τοῦδ'*, improbante Herm. Reposui *τῷδ'*, propter v. 1112. *Τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὅπερ ἔτικτεν ἥδε σοί.*

551. Confer Med. 472. *εὖ δ' ἐποίησας μολών.*

553. In hunc versum sic Matth.

ΑΓ. πόλλ' ἀνδρὶ βασιλεῖ καὶ στρατηλάτῃ μέλει.
ΙΦ. παρ' ἐμοὶ γενοῦ νῦν, μὴ 'πὶ φροντίδας τρέπου.
ΑΓ. ἀλλ' εἰμὶ παρὰ σοὶ νῦν ἅπας, κοὐκ ἄλλοθι.
ΙΦ. μέθες νυν ὀφρὺν, ὄμμα τ' ἔκτεινον φίλον.
ΑΓ. ἰδού· γέγηθά σ' ὡς γέγηθ' ὁρῶν, τέκνον.
ΙΦ. κἄπειτα λείβεις δάκρυ' ἀπ' ὀμμάτων σέθεν;
ΑΓ. μακρὰ γὰρ ἡμῖν ἡ 'πιοῦσ' ἀπουσία.

[1] οὐκ οἶδα, φίλταθ', ὅ τι λέγεις σύ μοι, πάτερ.

ΙΦ. [1]οὐκ οἶδ' ὅ τι φῂς, οὐκ οἶδα, φίλτατ' ἐμοὶ πάτερ.
ΑΓ. ξυνετὰ λέγουσα μᾶλλον εἰς οἶκτόν μ' ἄγεις.
ΙΦ. ἀσύνετα νῦν ἐροῦμεν, εἰ σέ γ' εὐφρανῶ.
ΑΓ. παπαί· τὸ σιγᾷν οὐ σθένω· σὲ δ' ᾔνεσα.

"*βλέπεις μ' εὔκηλον*, Ald. rell. at *μ'* omittunt Parr. A. B. Florr. 1, 2. *βλέπειν εὔκηλον* est 'placido vultu esse,' ut *πεφροντικὸς βλέπειν* Alc. 773. (789.) *δριμὺ βλέπειν* apud Aristoph. Vid. Bergler. ad Ach. 565. Plut. 328. Brunck. ad Av. 1169. Schaefer. ad Bos. p. 63. *Placide aliquem adspicere* esset *εὐκήλως βλέπειν εἴς τινα*." Hic Blomf. ad Glossar. Æsch. S. Th. 224. legere vult *ἔκηλον*: verum Hesych. *Εὔκηλος· ἥσυχος, πρᾶος*, et Hom. Od. Ξ. 479. *Εὗδον δ' εὔκηλοι.*

555. Ald. *πρὸς ἐμοῦ*. Markl. e MSS. *παρ' ἐμοί*. Mox vulg. *καὶ μὴ 'πί*. Barnes. ejecit *καὶ* metro noxium.

556. MS. Vict. *'Αλλ' εἶμι*. Mox MS. Flor. 1. *οὐκ* vice *κοὐκ*. Perperam uterque.

558. Edd. vett. *γέγηθ', ἕως γέγηθα σ'*. At Musgr. *γέγηθά σ', ὡς γέγηθ'*. Hoc præstat Gaisfordiano *Γέγηθ' ὅπως γέγηθά σ' εἰσορῶν, ἰδοὺ* extra versum posito. Etenim in hac formula *ὡς* non *ὅπως* exstare solet, uti patet ex Iph. T. 575. (557.) et Tro. 626. *"Ολωλεν, ὡς ὄλωλεν*. El. 289. *"Εκυρσεν, ὡς ἔκυρσεν*. 1122. *δέδοικα γάρ νιν, ὡς δέδοικ', ἐγώ*: ubi consulendus Seidler. Phrasis variatur in Med. 1011. *"Ηγγειλας, οἷ' ἤγγειλας*, et in Soph. Œd. C. 273. *ἱκόμην, ἵν' ἱκόμην*. ubi Schaefer. "Sic solent Græci, quando de rebus injucundis brevi præcidunt."

561. Vulg. *Οὐκ οἶδ' ὅ τι φῂς, οὐκ οἶδα, φίλτατ' ἐμοὶ πάτερ*. cum duplice anapæsto; quos ut amoverent, Heath. legit *ὃ φῂς* et Markl. *φίλτατ' ὦ*, probante Porsono et Gaisf. edente. Verum et *οὐκ οἶδα* postulant *ὅ τι φῂς*, uti patet e *σήμαιν' ὅ τι φῂς* v. 126. nec lingua sinit *φίλτατ' ὦ πάτερ* pro *ὦ φίλτατε πάτερ*. Verum, utcunque proba sit locutio *οὐκ οἶδ' ὅ τι φῂς*, tamen sententiæ nexus poscit potius, *οὐκ οἶδ' ὅ, τι λέγεις*. Mihi quoque scrupulum injecit *οὐκ οἶδα* repetitum. Cum vero incertum sit, quid scripserit Euripides, in margine posui, quod scribere saltem poterat. At Herm. edidit *Οὐκ οἶδά σ' ὅ τι φῂς, φίλτατ', οὐκ οἶδ', ὦ πάτερ*. verba in eam scilicet, formam redacta, quam, ipso judice, et linguæ ratio et sermo poetis usitatus præscriberent. Verum, licet bene Græce dici possit *οἶδά σε, ὅστις λέγεις*, non æque bene potest dici *οἶδά σε, ὅ τι φῂς*, vice *οἶδα ὅ τι σὺ φῂς*: neque longa syllaba *οἶδ'* ita præcedere potuit creticum, quo senarius claudatur, uti Elmsl. indicavit ad Med. 326.

563. Ald. *ἀσύνετα μέν γ'*. MSS. 5. *ἀσύνετα νῦν*, et unus *συνετὰ νῦν*: unde Herm. *νυν*. Verum *νυν* encliticum vix cum futuro sic jungi potest.

564. Quod ad locutionem *τὸ σιγᾷν οὐ σθένω*, similiter ante verbum inseritur articulus, quo non opus erat, in Soph. Phil. 1241. *ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾷν*. Antig. 1106. *Τὸ δρᾷν ἀνάγκη*. El. 1030. *Μακρὸς τὸ κρῖναι ταῦτα—χρόνος*. Quod ad histrionis gestum "verba *παπαῖ· τὸ σιγᾷν οὐ σθένω*, aversus a filia dicit; non eam audire vult." Herm.

ΙΦ. μέν', ὦ πάτερ, κατ' οἶκον ἐπὶ τέκνοις σέθεν.
ΑΓ. θέλω· τὸ δὲ θέλειν οὐκ ἔχων ἀλγύνομαι.
ΙΦ. ὄλοιντο λόγχαι, καὶ τὰ Μενέλεω κακά.
ΑΓ. ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ', 'ἀμὲ διολέσαντ' ἔχει.
ΙΦ. ὡς πολὺν ἀπῆσθα χρόνον ἐν Αὐλίδος μυχοῖς.
ΑΓ. καὶ νῦν γέ μ' ἴσχει δή τι μὴ στέλλειν στρατόν.
ΙΦ. ποῦ τοὺς Φρύγας λέγουσιν ᾠκίσθαι, πάτερ;
ΑΓ. οὗ μήποτ' οἰκεῖν ὤφελ' ὁ Πριάμου Πάρις.
ΙΦ. μακράν γ' ἀπαίρεις, ὦ πάτερ, λιπὼν ἐμέ.
ΑΓ. [1]εἰς ταὐτὸν, ὦ θύγατερ, σύ θ' ἥκεις σῷ πατρί.
ΙΦ. φεῦ. εἴθ' ἦν καλὸν ἐμοὶ σοί τ', ἄγειν ξύμπλουν ἐμέ.
ΑΓ. ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς, ἵνα μνήσει πατρός.
ΙΦ. ξὺν μητρὶ πλεύσασ', ἢ μόνη πορεύσομαι;
ΑΓ. μόνη, μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητέρος.
ΙΦ. ἦπού μ' ἐς ἄλλα δώματ' οἰκίζεις, πάτερ;

[1] εἰς ταὐτὸν ἥκεις, ὦ κόρη, σὺ σῷ πατρί.

566. Vulg. Θέλω γε· τὸ δὲ θέλειν. At γε ita pro μὲν usurpari nequit. Scaliger. Θέλω· τὸ δ' ἐθέλειν, at Herm. Θέλων γε, τὸ θέλειν.

568. Vice πρόσθεν ἅ με, reposui Porsonianum πρόσθ' 'ἀμὲ, quo tribrachys post dactylum amovetur, et pronomini emphasis restituitur, quam poscit ἄλλους. Hermannus edidit, πρόσθ', ἵνα με διολέσαντ', ut ἵνα ubi sit *hic Aulide*.

571. Elmsl. ποῦ γῆς, quo non opus est, vice ποῦ τοὺς, et vice ᾠκῆσθαι Porson. ᾠκίσθαι, allegatis v. 615. et Hec. 2.

572. Nequeo non suspicari Poetam scripsisse, Οὗ μήποτ' ὤφελ' ὁ Πριάμου φῦναι Πάρις.

573. Ald. omittit γ' in MSS. repertum; unde fit, ut Elmsl. interrogandi signum rejecerit.

574. Ne peccet h. v. suam de Cretico finali legem, Porson. in Supplem. Præf. Hec. p. xxxvii. (35.) legit Ὦ θύγατερ ἥκεις καὶ σύ γ' εἰς ταὐτὸν πατρί, quæ in textum admisit Gaisf. At in formula εἰς ταὐτὸν ἥκειν voces disjungi nequeunt uti patet e v. 1254. εἰς ταὐτὸν ἥξει et Hec. 748. Or. 1280. El. 787. Dein γε est plane inutile; neque σῷ ante πατρὶ potest omitti. Pariter infelix est Hermannus, cum suo Εἰς ταὐτὸν ἡμεῖς σοί, σύ θ' ἥκεις σῷ πατρί: qui versus ad meas quidem aures minime Tragicum sonat. In margine posui, quod et sententiæ succurrit, neque metro et linguæ occurrit. Nihil ultra facere volui. Id enim Euripidem scripsisse, minime dicere ausus sim; utcunque σὺ σῷ πατρὶ similiter versum claudant in Hipp. 1167. (1162.)

575. Propter antithesin reposui καλὸν ἐμοὶ vice καλόν μοι. confer v. 1340. Μέν', ὡς ἐμοί τε σοί τε κάλλιον τόδε. Herm. Εἴθ' ἦν καλόν μοι σοί γ' ἄγειν σύμπλουν ἐμέ: quas voces vereor ne non satis intelligam.

576. Vulg. Αἰτεῖς τί; καὶ σοὶ πλοῦς, unde Porson. in Supplem. Præf. Hec. p. xxxvii. (35.) Ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς, advocato Med. 366. Ἔτ' εἰσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις. Herm. Ἀλλ' ἔστι καί. qui minus presse vestigiis vulgatæ scripturæ insistit.

577. Post πλεύσασ' interrogationis notam ponit Elmsl. sine causa; etenim πλεύσασα est Anglice, *having set sail*.

579. "Parum aut nihil refert," inquit Elmsl. ad Heracl. 56. "interrogative, necne, particulæ ἦ που accipiantur. Anglice verto, *I suppose*." Hic vero MSS. omnes οὔ που, quod recepit Herm. "quia ἦπου est exspectantis

ΑΓ. ἔασον· οὔ τοι χρὴ τάδ' εἰδέναι κόρας.
ΙΦ. σπεῦδ' ἐκ Φρυγῶν μοι, θέμενος εὖ τἀκεῖ, πάτερ.
ΑΓ. θῦσαί με θυσίαν πρῶτα δεῖ τιν' ἐνθάδε.
ΙΦ. ἀλλὰ ξὺν ἱεροῖς χρὴ τό γ' εὐσεβὲς σκοπεῖν.
ΑΓ. εἴσει σύ· χερνίβων γὰρ ἑστήξεις πέλας.
ΙΦ. στήσομεν ἄρ' ἀμφὶ βωμὸν, ὦ πάτερ, χορούς;
ΑΓ. ζηλῶ σὲ μᾶλλον ἢ 'μὲ, τοῦ μηδὲν φρονεῖν.
χώρει δὲ μελάθρων ἐντὸς, ὀφθῆναι κόραις,
πικρὸν φίλημα δοῦσα δεξιάν τε μοι,
μέλλουσα δαρὸν πατρὸς ἀποικήσειν χρόνον.
ὦ στέρνα, καὶ παρῇδες, ὦ ξανθαὶ κόμαι,
ὡς ἄχθος ἡμῖν ἐγένεθ' ἡ Φρυγῶν πόλις,
Ἑλένη τε. παύω τοὺς λόγους, ταχεῖα γὰρ
νοτὶς διώκει μ' ὀμμάτων ψαύσαντά σου·
ἴθ' εἰς μέλαθρα. σὲ δὲ παραιτοῦμαι τάδε,
Λήδας γένεθλον, εἰ κατῳκτίσθην ἄγαν,
μέλλων Ἀχιλλεῖ θυγατέρ' ἐκδώσειν ἐμήν·

affirmationem, οὔ που metuentis." Quæ quidem ratio erat, cur is ἦπου prætulerit.

Ibid. Locutio ἄλλα δώματα et similes sæpe pertinent ad novas sedes, quas nova nupta intrabat, uti patet e v. 598. ὅταν ἄλλοις δόμοις Παῖδας παραδιδῷ—πατήρ. Hic vero non ab re erit notare, quod, Iphigenia, licet præ pudore de suis nuptiis nihil dicat, non penitus, cur ad Aulidem fuerit arcessita, nescit. Confer v. 527.

580. Ald. Ἔα γε τ'· οὐ χρή τοι τάδ'. At MSS. 5. omittunt τ'. In tali loco difficile est Editori vitia corrigere, adeo ut sibi satisfaciat. Etenim poeta scribere potuit vel ἔα vel ἔασον, et similiter vel τοιάδε vel τοι τάδ'. Quod optimum esse videatur, aliquantisper hæsitans dedi, Ἔασον· οὔ τοι χρὴ τάδ' εἰδέναι. ubi ἔασον est Blomfieldii, et meum οὔτοι χρή. Matth. edidit Ἔα γε ταῦτ'· οὐ χρὴ τάδ'. Herm. Ἔα γε τ'· οὐ χρὴ τοιάδ'. At γε post imperativum est inutile, et γέ τε nusquam in sermone Attico sic conjungi solent.

583. Pro τόδ' εὐσεβὲς in Ald. et MSS. 5. unus Par. B. τό γ' εὐσεβὲς, quod cum Herm. recepi. Sensus esse videtur, *In re divina haruspices, non me, consulas.*

584. Vice ἑστήξῃ unus Par. MS. A. ἑστήξει, unde eruit Elmsl. ἑστήξεις, quam futuri formam allegat ex Aristoph. Lys. 634. ὡδέ θ' ἑστήξω παρ' αὐτόν.

586. Similis syntaxis in Ζηλῶ σὲ τοῦ νοῦ apud Soph. El. 1016. et similis sententia in Soph. Aj. 552. Καί τοι σε καὶ νῦν τοῦτό γε ζηλοῦν ἔχω, Ὁθ' οὕνεκ' οὐδ' ἐν τῶνδ' ἐπαισθάνει κακῶν.

587. Post ὀφθῆναι sententiam explet Brodæus verbis, *non, ut hic, a viris et exercitu.*

588. Vulg. δεξιάν τ' ἐμοί. Sequor hic Matth. Contra in 586. Ald. ἢ 'μὲ, ubi reliquæ edd. ἤ με. Et mox Barnes. παρῇδες vice παρηΐδες.

591. Male Musgr. probante tamen Herm. vice ἡμῖν legit ὑμῖν i. e. στέρνα καὶ παρῇδες καὶ κόμαι.

594. Junge σε παραιτοῦμαι τάδε. ubi accusativus alter est personæ, rei vero alter. At Markl. quem sequitur Herm. construere τάδε cum κατῳκτίσθην voluit, quæ syntaxis mihi esse videtur maxime contorta.

ἀποστολαὶ γὰρ μακάριαι μὲν, ἀλλ' ὅμως
δάκνουσι τοὺς τεκόντας, ὅταν ἄλλοις δόμοις
παῖδας παραδιδῷ πολλὰ μοχθήσας πατήρ.
ΚΛ. οὐκ ὧδ' ἀσύνετός εἰμι· πείσεσθαι δ' ἐμὲ
καὐτὴν δόκει τάδ', (ὥστε μὴ σὲ νουθετεῖν,)
ὅταν ξὺν ὑμεναίοισιν ἐξάγω κόρην.
ἀλλ' ὁ νόμος αὐτὰ τῷ χρόνῳ ξυνισχανεῖ.
τοὔνομα μὲν οὖν παῖδ' οἶδ' ὅτῳ κατήνεσας,
γένους δὲ ποίου, χὠπόθεν, μαθεῖν θέλω.
ΑΓ. Αἴγινα θυγάτηρ ἐγένετ' Ἀσωποῦ πατρός.
ΚΛ. ταύτην δὲ θνητῶν ἢ θεῶν ἔζευξε τίς;
ΑΓ. Ζεύς· Αἰακὸν δ' ἔφυσεν, Οἰνώνης πρόμον.
ΚΛ. τοῦ δ' Αἰακοῦ παῖς τίς κατέσχε δώματα;
ΑΓ. Πηλεύς. ὁ Πηλεὺς δ' ἔσχε Νηρέως κόρην.
ΚΛ. θεοῦ διδόντος, ἢ βίᾳ θεῶν λαβών;
ΑΓ. Ζεὺς ἠγγύησε, καὶ δίδωσ' ὁ κύριος.
ΚΛ. γαμεῖ δὲ ποῦ νιν; ἦ κατ' οἶδμα πόντιον;
ΑΓ. Χείρων ἵν' οἰκεῖ σεμνὰ Πηλίου βάθρα.

600. Hic *μὲ*, et in v. 601. *σὲ* emphasin postulat. Illud sensit et Matth. cujus est *δ' ἐμὲ*, hic vero dedi *σέ*.

ἐλευθέραν γὰρ δεῖ νιν, ὅσον ἐν σοὶ, τέκνον,
κἀμοὶ, γενέσθαι, μηδὲ βαρβάρων ὕπο
Ἕλληνας ὄντας λέκτρα συλᾶσθαι βίᾳ.

ΚΛ. ὦ τέκνον, ὦ τέκνον·
οἲ 'γὼ θανάτου τοῦ σοῦ μελέα.
φεύγει σε πατὴρ Ἅιδῃ παραδούς.

ΙΦ. οἲ 'γὼ, μῆτερ, μῆτερ, ταὐτὸν
μέλος εἰς ἄμφω πέπτωκε τύχης,
κοὐκέτι μοι φῶς,
οὐδ' ἀελίου τόδε φέγγος.
ἰὼ, ἰὼ,
νιφόβολον Φρυγῶν νάπος,

Post v. 1179. Ἴδας τ' ὄρεα

1169. Vice βαρβάροις Markl. βαρβάρων, quia, ut ait, "usitatior est constructio;" at "in poetis," respondit Matth. "altera est non minus usitata; vid. Gr. Gr. s. 392. et Blomf. ad Æsch. Pers. 58." Verum loca, ad quæ provocat, minime tuentur ὑπὸ cum dativo; ibi enim ὑπὸ est *sub*, cum verbis passivæ vocis juncta; neque erat, cur hic Euripides suum morem desereret. Conf. Hel. 600. ἤ που βαρβάρων συλᾶσθ' ὕπο. Orest. 1580. μὴ θεῶν κλεφθεὶς ὕπο. Sententia fere similis in Heracl. 243. Εἰ γὰρ παρήσω τόνδε συλᾶσθαι βίᾳ Ξένου πρὸς ἀνδρὸς βωμὸν, οὐκ ἐλευθέραν Οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν.

1171. Vulg. ὦ τέκνον, ὦ ξέναι. At quum nusquam Clytæmnestra Chorum allocuta erat post tempus, quo, in scenam intrans, Fœminis exteris salutantibus e curru descendens responsum dedit, parum veri simile est eam ad illas orationem nunc convertere, mente non leviter agitata propter mortem filiæ jam impendentem; et quum quæ sequuntur ad Iphigeniam sunt unam dicta, nihil dubitans censeo voces ὦ ξέναι esse Interpolatoris, qui ad v. 542. supplevit nonnulla, ne Clytæmnestra fastu regio exteras negligere videretur. Idcirco edidi ὦ τέκνον, ὦ τέκνον, cui simile est ὦ μᾶτερ, ὦ μᾶτερ in v. 1201.

1172. Ald. et MSS. θανάτου σου. Heath. θανάτου τοῦ σοῦ, propter metrum.

1174. Vulg. ταὐτὸ γὰρ, lege τῆς συναφείας reclamante. Porson. igitur voluit ταὐτὸν, deleto γὰρ, quem una cum Gaisf. et Herm. ipse sequor. Dobræus prætulit, altero μῆτερ expulso, ταὐτὸν γὰρ δή.

1178. et sqq. Hoc carmen, venustate simul et affectu plenum, Critici tam vetustiores quam recentiores non leniter tractaverunt. Etenim Seidler. De Vers. Dochm. p. 52. statuit exordium de Dochmiacis constare, cujus quidem metri ne vestigium per totam fabulam reperire queo; at Elmsl. ad Med. 4. versus omnes usque ad 1206. in formam Trochaicorum cogere vult. Ordinem, quem plerumque sequor, exhibuit libellus noster nomine *Cambridge Classical Examinations*, p. 142.

1179. Ejeci Ἴδας τ' ὄρεα, utpote

Πρίαμος ὅθι ποτὲ βρέφος
ἀπαλὸν ἔβαλε, ματρὸς ἀποπρὸ
νοσφίσας, ἐπὶ μόρῳ
θανατόεντι Πάριν, ὃς
Ἰδαῖος Ἰδαῖος
ἐλέγετ' ἐλέγετ' ἐν Φρυγῶν πόλει,
μήποτ' ὤφελες τὸν ἀμφὶ
βουσὶ βουκόλον τραφέντ'
οἰκίσαι ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι
κρῆναι Νυμφᾶν κεῖνται, λειμών τ'
ἄνθεσι θάλλων χλωροῖς,
ἔνθα ποτὲ Παλλὰς ἔμολεν, δολιόφρων τε Κύπρις,
Ἥρα θ', ὁ Διός τ' ἄγγελος Ἑρμᾶς,
(ἁ μὲν ἐπὶ πόθῳ τρυφῶσα
Κύπρις, ἁ δὲ δουρὶ Παλλάς,

Post v. 1187. Ἀλέξανδρον
Post v. 1190. *καὶ ῥοδόεντ' ἄνθεα ὑακίνθινά τε θεαῖσι δρέπειν·*

glossa vocum *Φρυγῶν νάπος*, et non modo ista verba sunt a poesi aliena, sed et syntaxin pariter turbant, utrum legatur *ὤφελεν* an *ὤφελες* in v. 1186.

1182. Versus est Creticus dim. quod metrum sæpe Trochaico immiscetur.

1184. H. v. sicut 1201. *ὦ μᾶτερ, ὦ μᾶτερ* est Antibacch. dim.

1186. Vulg. *μήποτ' ὤφειλε*. At Trochaico convenientius esset vel *ὤφελες* ab Elmsl. propositum, vel *ὤφελεν* ab Herm. editum. Si vero Ida Mons invocari fingatur, quod quidem magis poesin spirat, legere præstabit *ὤφελες*, sicut in Phœn. 801. Ὦ—*Κιθαίρων, Μήποτε*—Ὤφελες. Confer et Soph. Œd. T. 1391. Si cui tamen potius esse videatur invocationem inchoare cum ὦ, is legat *ὤφελεν*, et *νάπος* pro nominativo capiat.

1187. Ejeci Ἀλέξανδρον, vocem plane inutilem post Πάριν et Ἰδαῖος—*βουκόλον*. Ex Ἀλέξανδρον *οἰκίσαι* eruit Elmsl. *παῖδ'* Ἀλέξανδρον *κτίσαι*.

1188. Vide supra 178. *ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις* et Hel. 676. *λούτρων καὶ κρηνῶν*, Ἵνα *θεαὶ μορφὰν ἐφαίδρυναν*.

1190. Post *χλωροῖς* sequuntur vulgo *καὶ ῥοδόεντ' ἄνθεα ὑακίνθινά τε θεαῖσι δρέπειν*: quæ verba interpolari ex eo patet, quod abundant post *λειμών τ' ἄνθεσι θάλλων χλωροῖς*, et quod mentio ante est facta de deabus flores decerpentibus, quam dearum ipsarum nomina commemorentur; et postremo quod vox Euripidea sit *ῥοδέα*, non *ῥοδόεντα*, in Hel. 245. *ῥοδέα πέταλα*, et Med. 842. *ῥοδέων πλόκον ἀνθέων*.

1191, 2. Vulg. *καὶ δολιόφρων Κύπρις*, Ἥρα *θ'*, Ἑρμᾶς *θ' ὁ Διὸς ἄγγελος*. At propter metrum, quod nullum fuit olim, nunc vero in primo versu, Cretic. tetram. et in secundo anapæst. dim. legitur *δολιόφρων τε Κύπρις* et *ὁ Διός τ' ἄγγελος* Ἑρμᾶς, cui simile est *Διὸς ἀγγέλῳ ξὺν* Ἑρμᾷ in El. 462: et notari meretur præstare *τε*, ubi eadem particula bis postea repetitur.

1194. Vice *ἁ δὲ δουρὶ* Elmsl. *δορὶ δὲ*, at *δουρὶ* postulat metrum Trochaicum. Et sic Burges. (ad Tro. App. p. 192. D.)

῞Ηρα δὲ Διὸς ἄνακτος εὐναῖς βασιλίσιν)
κρίσιν ἐπὶ στυγνὰν ἔριν τε
καλλονᾶς, ἐμὸν δὲ θάνατον.
ΧΟ. ὦ κόρα, πρόθυμά σ' ἔλαβεν
Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον.
ΙΦ. ὁ δὲ τεκών με τὰν τάλαιναν,
ὦ μᾶτερ, ὦ μᾶτερ,
οἴχεται προδοὺς ἔρημον.
ὦ δυστάλαιν' ἐγώ, πικρὰν
πικρὰν ἰδοῦσα δυσελέναν,
φονεύομαι, διόλλυμαι
σφαγαῖσιν ἀνοσίοισιν ἀνοσίου πατρός.
μή μοι ναῶν χαλκεμβολάδων
πρύμνας Αὐλὶς δέξασθαι

Post v. 1197. ὄνομα μὲν φέροντα Δαναΐδαισιν

1195. Vulg. Ἥρα τε. Beck. Ἥρα δέ. At Elmsl. ἁ δὲ Διὸς ἄ|νακτὸς εὐναῖσι βασιλίσι. Sed nomen Junonis vix abesse poterat, rivalium ejus nominibus diserte memoratis. Suspicor tamen huic loco vim aliquam esse illatam, ut claudicans scilicet senarius efficeretur, vice trochaici. Soleo igitur legere ἁ δὲ Διὸς ἄνακτὸς εὐναῖ|σιν βασιλίσι πότνι' Ἥρα.

1196, 7. Vulg. τᾶς Καλλονᾶς. Primus Matth. ejici voluit τᾶς, "non solum ob metrum, sed etiam quod articulus abhorret a more Tragicorum." Confer v. 179. ἔριν μορφᾶς et Andr. 279. ἔριδι—εὐμορφίας. Mox accepi Elmsleii ἐμὸν vice ἐμοί.

1197. Post h. v. sequitur vulgo alter, quem rejeci, Ὄνομα μὲν φέροντα Δαναΐδαισιν, ὦ κόραι. Ibi primus hæsit Porsonus propter μὲν sic post δὲ positum; cui vitio ut medeatur Musgr. legit Δαναΐδαισιν ὄνομα μὲν φέροντ', ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὦ κόραι. At tunc legi debuit φέρουσαν. Interpolatum autem esse versum lector quivis fatebitur, qui secum reputaverit Iphigeniam hoc quidem in loco vix quidquam dicere posse de sua morte quasi Græcis gloriam latura; quod argumentum in scena sequente tractatur; hic vero tota est in casu suo infelici plorando; neque, scribi Græce ὄνομα simpliciter pro κλέος potuisset; neque veri simile esse videtur eam voluisse Chorum hic alloqui, ad quem ne unum quidem verbum convertebat. Igitur edidi ὦ κόρα, πρόθυμά σ' ἔλαβεν | Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον ex ore Chori, Iphigeniam alloquentis. Et ne quis hæreat in lyrico metro, quia Chorus senario Iambico plerumque solet uti, conferantur infra 1365. et sqq.

1204. Vehementer mihi suspicionem excitat de corruptela verbum ἰδοῦσα, quod et per se inutile est et sententiam enervat. Cur enim dicit Iphigenia se Helenam videre? Literæ ιδοῦσα poterant esse relliquiæ τῶν [ἀραῖς δ]ιδοῦσα, ubi, postquam ἀραῖς δ situ vel humore erant obliteratæ, πικρὰν interpolator quis supplevisse videtur voce e versu præcedenti hausta.

Ibid. Helena nuncupatur δυσελένα in Orest. 1388. sicut Paris δύσπαρις ab Homero in Il. Γ. 39.

1208. Propter metrum, quod est anapæst. dim. delevi ἅδ' ante Αὖλις. Pronomen satis exprimitur in τούσδ' εἰς ὅρμους. Versus est Spondaic. dim. catalect. sicut 1210 et 1211.

τούσδ᾽ εἰς ὅρμους
ὤφελεν ἐλάταν πομπαίαν
μηδ᾽ ἀνταίαν Εὐρίπῳ
πνεῦσαι Ζεὺς αὔραν ἄλλοις
ἄλλαν θνατῶν,
τοῖς μὲν χαίρειν, τοῖσι δ᾽ ἀνάγκαν.
ἦ πολύμοχθον ἄρ᾽ ἦν γένος,
ἦ πολύμοχθον πᾶν ἁμερίων,
[1] * χρεὼν δέ τι
δύσποτμον [2] ἀνδράσιν * * ἀνευρεῖν.
ἰὼ, ἰὼ,

[1] οὐδὲ χρεὼν ἔτι
[2] ἀνδράσι νεῖκος

Post v. 1211. sequentia sic se habent

πνεῦσαι πομπὰν
Ζεὺς μειλίσσων αὔραν ἄλλοις
ἄλλαν θνατῶν λαίφεσι χαίρειν,
τοῖς δὲ λύπαν, τοῖς δ᾽ ἀνάγκαν,
τοῖς δ᾽ ἐξορμᾷν, τοῖς δὲ στέλλειν,
τοῖσι δὲ μέλλειν.
ἦ πολύμοχθον κ.τ.λ.

1209. Post h. v. rejeci *εἰς Τροίαν*, quod *εἰς ὅρμους* vix sequi poterat; neque duo versus contigui simili sono claudi, *οιαν* et *αιαν*.

1211. Vice *μήτ᾽* Herm. recte *μήδ᾽*.

Ibid. Vulg. *πνεῦσαι πομπὰν* | *Ζεὺς μειλίσσων αὔραν ἄλλοις* | *ἄλλαν θνατῶν λαίφεσι χαίρειν* | *τοῖς δὲ λύπαν, τοῖς δ᾽ ἀνάγκαν* | *τοῖς δ᾽ ἐξορμᾷν, τοῖς δὲ στέλλειν* | *τοῖσι δὲ μέλλειν* | e quo hexasticho tristichon effeci verba delendo, quæ mihi esse videntur interpolata partim ab eo, qui voluit hic esse anapæstorum systema dimetrorum, et partim propter glossas in textum illatas. Etenim vix, opinor, Euripidis est *πνεῖν πομπὰν*, qui scripsisset potius *πνεῖν αὔραν*. Igitur *πομπὰν* Interpolatori tribuo, qui vocem eam hausit e vicina *πομπαίαν*. Dein *μειλίσσων* est ab hoc loco plane alienum; quod inseruit idem male sedulus homo, poetam arbitratus hic de mari tranquillo loqui; ubi sermo Iphigeniæ ad ventos adversos pertinet; et, quanquam *μειλίξας* postulat syntaxis, tamen is bene sibi visus est egisse huc inferendo *μειλίσσων* ex Hel. 1339. *Ζεὺς μειλίσσων στυγίους ὀργάς*. Nihil hic aliud voluit Tragicus quam sententiam fere talem—*Aura, quam mittit Jupiter, alios mortales felices reddit, alios infelices:* quæ duo solere evenire glossæ indicant illis alta petentibus, his vero propter ventos adversos moratis; sed et in linguam peccant *ἐξορμᾷν* et *στέλλειν*, nam scribi debebant *ἐξορμᾶσθαι* et *στέλλεσθαι*. Præterea *τοῖσι δὲ λύπαν* mihi videtur esse gl. manifesta pro *τοῖσι δ᾽ ἀνάγκαν*. Postremo *λαίφεσι* suspicer fuisse perperam super *τοῖς μὲν* scriptum.

1216. Vulg. deest *πᾶν*, quod propter metrum inserui; Markl. *τῶν*.

1217, 8. Lacunam hic esse tam sententia imperfecta, quam metrum inusitatum indicant. Vulg. *χρεὼν δέ τι Δύσποτμον ἀνδράσιν ἀνευρεῖν*. At Barnes. *χρεὼν δὲ τί*; reddens, *quorsum igitur opus est hominibus accersere malam sortem?* Herm. *τὸ χρεὼν δέ τι*. Sunt fortasse, qui credant Euripidem scripsisse, *οὐδὲ χρεών σ᾽ ἔτι Δύσποτμον ἀνδράσι νεῖκος ἀνευρεῖν* (*ἰὼ, ἰὼ*) *Μεγάλα πάθεα*. adeo ut *σε* diceretur de Helena, cujus mentio mox facta est. Verum licet sententiæ vis sic augeatur, hæreo tamen in *ἰὼ*, sic interpositis; neque bene transiri arbitror

μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα
Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.

ΧΟ. ἐγὼ μὲν οἰκτείρω σε συμφορᾶς κακῶν
τυχοῦσαν, οἵας μήποτ' ὤφελες τυχεῖν.

ΙΦ. ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας.
ΚΛ. τόν τε τῆς θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ σὺ δεῦρ' ἐλήλυθας.
ΙΦ. διαχαλᾶτέ μοι μέλαθρα, δμῶες, ὡς κρύψω δέμας.
ΚΛ. τί δὲ, τέκνον, φεύγεις; ΙΦ. Ἀχιλλέα τόνδ' ἰδεῖν αἰσχύνομαι.
ΚΛ. ὡς τί δή; ΙΦ. τὸ δυστυχές μοι τῶν γάμων αἰδῶ φέρει.
ΚΛ. οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.
ἀλλὰ μίμν'· οὐ σεμνότητος ἔργον, ἢν δυνώμεθα

ΑΧ. ὦ γύναι τάλαινα, Λήδας θύγατερ. ΚΛ. οὐ ψευδῆ θροεῖς.
ΑΧ. δείν' ἐν Ἀργείοις βοᾶται. ΚΛ. τίνα βοήν; σήμαινέ μοι.
ΑΧ. ἀμφὶ σῆς παιδός. ΚΛ. πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγων.

ab anapæstis ad trochaicos, nisi pausa quædam interponatur.

1219–1221. Hos versus primus vidit Blomf. Iphigeniæ tribuendos esse, non, quod vulgo fit, Choro: eumque et Hermannus et ego sequimur.

1221. Unus e MSS. Par. omittit τοῖς ante Δαναΐδαις, alter e manu secunda agnoscit; quem articulum a metricis, ut trimetrum facerent, adjectum ipse cum Herm. ejeci.

1222. MSS. 2. Florr. κακῆς.

1225. Ald. et MSS. Τόν τε τῆς θεᾶς παῖδ', ὦ τέκνον γ', ᾧ δεῦρ' ἐλήλυθας. Heath. metrum sanavit legendo παῖδα, τέκνον, ᾧ γε, at Herm. melius ᾧ σύ. Versus initio Reisk. τόν γε τῆς, receptum a Matth. qui reddit *et quidem*, quasi esset καὶ τόν γε—.

1227. Ald. τί δὲ φεύγεις, τέκνον; τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἰδεῖν αἰσχύνομαι. At MSS. plerique τὸν priorem omittunt. Porson. ΚΛ. Τί δὲ, τέκνον, φεύγεις; ΙΦ. Ἀχιλλέα τόνδ' ἰδεῖν. ubi debetur Heathio τί δὲ, τέκνον, φεύγεις; et Musgravio Ἀχιλλέα τόνδ'.

1228. Confer Iph. T. 557. (538.) ὡς τί δὴ θέλων; Or. 796. ὡς τί δὴ τόδε;

1229. Barnes. citat Phœn. 1276. Αἰδούμεθ' ὄχλον. Οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά. Reddas ἁβρότης, Anglice, *delicacy*, σεμνότης *reserve*.

Ibid. Ald. τὰ νῦν πεπραγμένα. Markl. e MSS. τὰ νῦν πεπτωκότα, citatis et Hipp. 718. (715.) πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα, et El. 639. πρὸς τὸ πίπτον: et Plutarch. II. p. 112. E. ubi respicitur ad Platon. Rep. X. p. 604. C. indicante Porsono, qui addit Alexin apud Stob. 104, 4. p. 560. et Terent. Adelph. IV. 7. 21.

1230. Post ἢν δυνώμεθα est ἀποσιώπησις: etenim Clytæmnestræ, dicturæ σὸν σῶσαι βίον vel simile quid, orationem interrumpit, subito in scenam intrans, Achilles. Hermannum edentem ἵν' ὀδυνώμεθα satis mirari nequeo.

1233. "Libri πονηρὸν οἰωνὸν λόγον. Markl. λόγων vel λόγου, verissime; probavitque Musgr. nec quisquam debebat non probare. Nam λόγον prorsus putide adjectum esset. Quod dicit Clytæmnestra οἰωνὸν, ipsa hæc verba Achillis intelligit ἀμφὶ σῆς παιδός. Nam ubi de filia sua sermonem esse audiit, animo præsagit, quid porro narraturus sit Achilles. Ea narratio est, quam λόγων vel λόγου

ΑΧ. ὡς χρεὼν σφάξαι νιν. ΚΛ. οὐδεὶς τοῖσδ' ἐναντίον λέγει;
ΑΧ. εἰς θόρυβον ἐγώ τιν' αὐτὸς ἦλθον. ΚΛ. εἰς τίν', ὦ ξένε;
ΑΧ. σῶμα λευσθῆναι πέτροισι. ΚΛ. μῶν κόρην σώζων ἐμήν;
ΑΧ. αὐτὸ τοῦτο. ΚΛ. τίς δ' ἂν ἔτλη σώματος τοῦ σοῦ θιγεῖν; 1237
ΑΧ. πάντες Ἕλληνες. ΚΛ. στρατὸς δὲ Μυρμιδόνων οὔ σοι παρῆν;
ΑΧ. πρῶτος ἦν ἐκεῖνος [1] ἐχθρός. ΚΛ. δι' ἄρ' ὀλώλαμεν, τέκνον.
ΑΧ. οἵ με τὸν γάμων ἀπεκάλουν ἥσσον'. ΚΛ. ἀπεκρίνω δὲ τί;
ΑΧ. τὴν ἐμὴν μέλλουσαν εὐνὴν μὴ κτανεῖν, ΚΛ. δίκαια γάρ.
ΑΧ. ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι, ΚΛ. κἀργόθεν γ' ἐπέμψατο.
ΑΧ. ἀλλ' ἐνικώμην κεκραγμοῦ. ΚΛ. τὸ πολὺ γὰρ δεινὸν κακόν. 1243

[1] ἐχθρῶν.

nomine significat, *malum dixisti augurium rei, quam sis narraturus.*" Herm.

1234. Vulg. *νιν, κοὐδεὶς*. At ne sit spondæus in tertio pede trochaici, Heath. *οὐδεὶς*, "quæ rudis est emendatio," ait Herm. "nam necessarium est *κοὐδεὶς*, nisi dicatur *τί δέ*; *οὐδεὶς*, aut *ἢ οὐδεὶς*." Minime assentior. Aptum est *καί*, sed non necessarium; et *οὐδεὶς δὲ* magis ad morem Tragicorum; qui tamen non nunquam particulas conjunctivas omittunt, dictionis vim augendi causa. Quod vero edidit Herm. *σφάξαι σφε*, e conjectura Musgraviana, mihi quidem ad aures ingratum venit.

1235. Ald. et MSS. *ἐγώ τοι καὐτὸς ἤλυθον*, ubi bis in metrum peccatur; priori medetur Markl. legendo *ἔγωγε καὐτὸς*, quod confirmat Dobræus citato Platon. Gorg. T. I. p. 506. *ἔγωγε καὶ αὐτός*; at posteriori Heath. suo *ἦλθον*.

1236. Canter. vidit legi debere *σώζων* vice *σώζειν*. Sensus est, *What! in endeavouring to preserve my daughter!*

1237. Redde *τίς δ' ἂν ἔτλη*, *quis vero ausus esset!* minime, quod vulgo fit, *quis vero ausus est!*

1238. Hic dactylus in Trochaic. tetram. una voce, nomen proprium significante, comprehenditur, et similiter v. 784. Εἰς ἄρ' Ἰφιγένειαν. Ea quidem res scrupulum frustra injecit Elmsleio in *Edinb. Rev.* T. XIX. p. 71. qui, dum concedit iambico senario, ut anapæstum una voce nomen proprium significante, comprehensum, in quovis pede, præter ultimum, habeat, eandem tamen licentiam Trochaico tetrametro negat. Quum vero talis licentiæ causa sit eadem, scilicet ne nomina propria, qualia sunt Βελλεροφόντης et Πρωτεσίλαος, et, una syllaba minores, Ἀντιόπη et Ὑψιπύλη, penitus e scena Tragica excludantur, non erat, cur licentia Iambico versui concessa Trochaico negaretur; et, licet apud fabulas superstites Euripidis licentiæ hujus exempla sint rara, plura proculdubio fabulæ deperditæ essent daturæ; neque bene fecit Elmsleius, hac raritate inductus, qui duos jam citatos hujus fabulæ versus pro mendosis habuerit, et hic legerit Μυρμιδῶν, ab Herm. receptum.

1239. Dubito annon rectius *ἐχθρῶν*.

1240. Pro *τῶν γάμων—ἥσσον'* Matth. *τὸν*, allegatis Soph. Aj. 725. Τὸν τοῦ μανέντος — Ξύναιμον ἀποκαλοῦντος. et Eurip. Hipp. 589. (585.) Τὴν δεσπότου προδοῦσαν ἐξαυδᾷ λέχος. Præterea melius in tali phrasi deest articulus ante *γάμων*, quod indicavit Herm. sed non citavit Androm. 631. Ἥσσων πεφυκὼς Κύπριδος.

1243. De *νικᾶσθαι* cum genitivo sine

ΑΧ. ἀλλ' ὅμως ἀρήξομέν σοι. ΚΛ. καὶ μαχεῖ πολλοῖσιν εἷς;
ΑΧ. εἰσορᾷς τεύχη φέροντας τούσδ'; ΚΛ. ὄναιο τῶν φρενῶν.
ΑΧ. ἀλλ' ὀνησόμεσθα. ΚΛ. παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται;
ΑΧ. οὔκ, ἐμοῦ γ' ἑκόντος. ΚΛ. ἥξει δ' ὅστις ἅψεται κόρης;
ΑΧ. μυρίοι γ'· ἄξει δ' Ὀδυσσεύς. ΚΛ. ἆρ' ὁ Σισύφου γόνος;
ΑΧ. αὐτὸς οὗτος. ΚΛ. ἴδια πράσσων, ἢ στρατοῦ ταχθεὶς ὕπο;
ΑΧ. αἱρεθεὶς ἑκών. ΚΛ. πονηράν γ' αἵρεσιν, μιαιφονεῖν.
ΑΧ. ἀλλ' ἐγὼ σχήσω νιν. ΚΛ. ἄξει δ' οὐχ ἑκοῦσαν ἁρπάσας;
ΑΧ. δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης. ΚΛ. ἐμὲ δὲ χρὴ τί δρᾷν τότε;
ΑΧ. ἀντέχου θυγατρός. ΚΛ. ὡς τοῦδ' οὕνεκ' οὐ σφαγήσεται.
ΑΧ. ἀλλὰ μὴν εἰς ταὐτὸν ἥξεις.

præpositione, conf. Tro. 23. νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεᾶς. Cycl. 454. βακχίου νικώμενος. Heracl. 233. τῆς τύχης νικωμένην.

1244. Vice μάχῃ vel μάχει primus Elmsl. μαχεῖ.

1246. Pro ὀνησόμεσθα Elmsl. ὀνήσομεν σε. At jure vulgatum tuetur Matth. "ὀνησόμεσθα dicit Achilles, respiciens ad id, quod Clyt. dixerat, ὄναιο τῶν φρενῶν, *Utinam fructum capias probi animi tui*. Respondet, *Ego vero fructum capiam*. Fructum autem intelligit eum, quem e servata Iphig. capiet."

1247. Primus edidit Herm. οὔκ vice οὐκ.

1248. Ulyssi simile munus imponi fingitur in Hec. 143. Ἥξει δ' Ὀδυσσεὺς— Πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν.

1249. Vice ἰδίᾳ Heath. ἴδια, propter metrum.

1250. Infinitivus similiter usurpatur in Hel. 1633. Ἢ με προὔδωκεν; Καλήν γε προδοσίαν, δίκαια δρᾷν.

1252. Primus propter metrum Gaisf. χρὴ τί vice τί χρή.

1253. De ὡς οὐ cum futuro vid. Elmsl. ad Med. 596. quo judice ὡς οὐ est affirmantis fortiter. Brodæus reddit τοῦδ' οὕνεκα *quod attinet ad hoc*, et explicat Matth. τοῦδε per τοῦ ἐμὲ αὐτῆς ἀντέχεσθαι. In re simili Hec. 400. Ὡς τῆσδ' ἑκοῦσα παιδὸς οὐ μεθήσομαι.

1254. Vulg. εἰς τοῦτό γ' ἥξει, quod explicat Barnes. fingendo Achillem, his dictis, vel ad suum ensem vel ad satellites armatos digito intendit, ut indicet et se et eos esse pro puella pugnaturos; quam sententiam pro rata nonnulli habuerunt; inter quos est Gallicus interpres Brumoy, qui reddit *Voici, qui me repondra d'elle*. Musgr. probante Matth. voluit ταὐτό γ'. Ipse vero aliquando proposui εἰς ταὐτὸν ἥξει *eodem recidet*. At postea prætuli ἥξεις. Quas ineptias sibi visus est hic reperisse Herm. ipse reperire nequeo. Etenim, licet Achilles Clytæmnestram quærentem quid faciendum sit, jusserit, ut suæ filiæ adhæreret, tamen non de nihilo subdit, aliud esse agendum, ne maneat penitus auxilii inops, et ad ultimum pereat.

Ibid. Etsi εἰσακούσατε post μῆτερ stare potuisset si forte sermo ad matrem una cum aliis esset conversus, hic tamen, quia Iphigenia matrem solam alloquitur, reposui εἰσακουστέον. Quod ad orationis argumentum Elmsl. comparat similem Macariæ in Heracl. 535. et Polyxenæ in Hec. 342. et Praxitheæ in Erechthei fragmento; "quæ omnes locis communibus

ΙΦ. μῆτερ, εἰσακουστέον
τῶν ἐμῶν λόγων· μάτην γάρ σ' εἰσορῶ θυμουμένην
σῷ πόσει· τὰ δ' ἀδύναθ' ἡμῖν καρτερεῖν οὐ ῥᾴδιον.
τὸν μὲν οὖν ξένον δίκαιον αἰνέσαι προθυμίας·
ἀλλὰ καὶ σὲ τοῦθ' ὁρᾶν χρὴ, μὴ διαβληθῇ στρατῷ,
καὶ πλέον πράξωμεν οὐδὲν, ὅδε δὲ συμφορᾶς τύχῃ.
οἷα δ' εἰσῆλθέν μ' ἄκουσον, μῆτερ, ἐννοουμένην.
κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται· τοῦτο δ' αὐτὸ βούλομαι
εὐκλεῶς πρᾶξαι, παρεῖσά γ' ἐκποδὼν τὸ δυσγενές.
δεῦρο δὴ σκέψαι μεθ' ἡμῶν, μῆτερ, ὡς καλῶς λέγω.
εἰς ἔμ' Ἑλλὰς ἡ μεγίστη πᾶσα νῦν ἀποβλέπει,
κἀν ἐμοὶ πορθμός τε ναῶν, καὶ Φρυγῶν κατασκαφαὶ,
τάς τε μελλούσας γυναῖκας, ἤν τι δρῶσι βάρβαροι,
μηκέθ' ἁρπάζειν ἐᾷν τούσδ' ὀλβίας ἐξ Ἑλλάδος.

Post v. 1267. τὸν Ἑλένης τίσαντας ὄλεθρον, ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις.

sunt refertæ, quorum multo patientiores fuerunt Athenienses quam nostri homines."

1256. Hic *ἀδύνατα* capi videtur pro *ἀμήχανα*, quæ duo vocabula esse affinia patet ex Herc. F. 318. *ἀδυνάτων ἔοικ' ἐρᾶν*, et Alc. 203. *τἀμήχανα ζητῶν*. Et in v. 1282. *ἀλλ' ἀμήχανον* idem sonant atque *ἀλλ' ἀδύνατον*. Mox *καρτερεῖν* reddit Musgr. *obniti;* debuit reddere *sustinere*, ut in Alc. 1071. (1090.) *καρτερεῖν θεοῦ δόσιν*.

1257. Confer Phœn. 1683. *αἰνῶ μέν σε τῆς προθυμίας*.

1258. Vulgo *μὴ διαβληθῇς στρατῷ*. At minime metuit Iphigenia ne mater, verum ne Achilles in exercitus invidiam incurreret, et sui causa quid pateretur. Reposui igitur *διαβληθῇ*, in quam conjecturam postea intellexi incidere et Hartungum.

1259. Ald. *ὃς δέ*. MSS. plerique *ὁ δὲ*, unde Markl. *ὅδε δὲ*, et sic MS. unus. Confer Heracl. 420. *Ταῦτ' οὖν ὅρα σὺ—ὅπως—πολίταις μὴ διαβληθήσομαι*.

1262. Ald. *παρεῖσά γ'—δυσμενές*. MSS. *δυσγενές*. At Herm. *παρεῖσά τ'*, quod cum *εὐκλεῶς* jungit. Illud et ipse aliquando volui, propter Orest. 118. *Φόβῳ προσελθεῖν μνῆμα σὸν, ταρβοῦσά τε Ἀργεῖον ὄχλον*, ubi *φόβῳ* et *ταρβοῦσα* per copulam *τε* junguntur. At *παρεῖσά γ'* præstat. Etenim *γε* suam vim habet.

1264. Musgr. citat Hesych. *Μεγίστην· μεγάλην*: et Gaisf. allegat Æsch. Eum. 44. ubi *μεγίστῳ* accipi videtur pro *μεγάλῳ*.

1265. De phrasi *ἐν ἐμοί τι εἶναι* multa multi, inter quos est Blomf. (in Glossar. ad Æsch. Pers. 117.) quocum tamen legenti *Κἂν ἐμοὶ νεῶν τε πορθμὸς* consentire nequeo, quia et *ναῶν* et *νεῶν* apud Tragicos pariter in usu sunt.

1267. Ne cæsura Trochaica in articulum incidat, Porson. in Supplem. Præf. Hec. p. xliii. (41.) pro *τὰς* legit *τάσδ'*, quo nihil fingi molestius potest, judice Herm. qui proposuit *τιν'*, "quo nihil frigidius fingi poterat," dixisset fortasse, si vivis interfuisset Porsonus; cujus tamen conjecturam et ipse rejicio, ejusque vice sufficere malui *τούσδ'*, qua quidem voce data, puella respicit ad Achillem ejusque satellites, sicut in v. supr. 1245.

Ibid. Post hunc versum eliminavi alterum *Τὸν Ἑλένης τίσαντας ὄλεθρον, ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις*. Ibi primus hæsit Musgr. quo judice, "non satis commode Helenæ ablatio *Ἑλένης ὄλεθρος* dicitur; et caudam trahit sequens comma *ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις*." Addere poterat et *τίσαντας* sensu non proprio hic usurpari, et *ἥντινα* scribi, ubi *ἣν* scribi debuit.

ταῦτα πάντα κατθανοῦσα ῥύσομαι, καί μου κλέος,
Ἑλλάδ' ὡς ἠλευθέρωσα, μακάριον γενήσεται.
καὶ γὰρ οὐδέ τοί τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών·
πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κοινὸν ἔτεκες, οὐχὶ σοὶ μόνῃ.
ἀλλὰ μυρίοι μὲν ἄνδρες ἀσπίσιν πεφραγμένοι,
μυρίοι δ' ἐρέτμ' ἔχοντες, πατρίδος ἠδικημένης,
δρᾶν τι τολμήσουσιν ἐχθροὺς, χὑπὲρ Ἑλλάδος θανεῖν,
ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ μί' οὖσα πάντα κωλύσει τάδε;
τί τὸ δίκαιον; ἆρ' ἔχοιμεν τοῖσδ' ἂν ἀντειπεῖν ἔπος;
κἀπ' ἐκεῖν' ἔλθωμεν· οὐ δεῖ τόνδε διὰ μάχης μολεῖν
πᾶσιν Ἀργείοις, γυναικὸς οὕνεκ', οὐδὲ κατθανεῖν·
εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾷν φάος.
εἰ δ' ἐβουλήθη τὸ σῶμα τοὐμὸν Ἄρτεμις λαβεῖν,
ἐμποδὼν γενήσομαι 'γὼ θνητὸς οὖσα τῇ θεῷ;
ἀλλ' ἀμήχανον. δίδωμι σῶμα τοὐμὸν Ἑλλάδι·
θύετ', ἐκπορθεῖτε Τροίαν. ταῦτα γὰρ μνημεῖά μου
διὰ μακροῦ, καὶ παῖδες οὗτοι, καὶ γάμοι, καὶ δόξ' ἐμή.

Ex hoc tamen versu colligi potest Interpolatorem in suo codice *τούσδ'* in v. præcedenti legisse, quocum referri posset *τίσαντας*.

1270. Ald. *Καὶ γὰρ οὐδέ τοι λίαν γ' ἐμοί.* MSS. nonnulli *οὐδέ τι λίαν ἐμέ.* Elmsl. in *Edinb. Rev.* T. XIX. p. 92, *οὐδέ τι λίαν ἐμὲ*, at in Mus. Crit. T. II. p. 282. *Καὶ γὰρ οὐχ οὕτω τι λίαν ἐμέ.* Prius ipse cum Herm. prætuli.

1271. Elmsl. proposuit *κοινὴν—οὐκ ἐμοί*, quod non fecisset, si rem altius considerasset.

1274. Ald. *ἐχθροὺς τε.* Unus MS. Par. *ἐχθροὺς γε.* particulam delevit Reisk.

1276. Ald. *τί τὸ δίκαιον τοῦ γ'; ἆρ' ἔχοιμεν ἀντειπεῖν ἔπος.* Canter. *τοῦτό γ'*, inventum in 2. MSS. at 4. alii *τοῦ γ'*, supra scripto *το*. Versum, quem mendosum esse statuit Porson. aliis corrigendum reliquit; quod primus facere conatus est Burges. in Præf. ad Tro. p. XV. legendo *Τόδε δίκαιον· οὔτ' ἔχοιμ' ἆρ' ἕν γ' ἂν ἀντειπεῖν ἔπος.* Dein Elmsl. in *Edinb. Rev.* T. XIX. p. 92. priore hemistichio non tentato, in posteriore legit *ἔχομεν ἀντειπεῖν*: et sic Bremius, teste Herm. qui ipse edidit, *Τί τὸ δίκαιον τοῦτό γ'; ἆρ' ἔχοιμ' ἂν ἀντειπεῖν ἔπος*, ubi bis peccatur, *γ'* male inserto et Trochaica Cæsura neglecta. Ipse reposui *Τί τὸ δίκαιον; ἆρ' ἔχοιμεν τοῖσδ' ἂν ἀντειπεῖν.* Etenim hic, sicut in v. 1105. *ἂν*, ante *ἀντειπεῖν* omissum, fecit ut *τοῖσδ'* expelleretur. Sed et alia erat corruptelæ origo. Etenim is, qui male intellexerat *τί τὸ δίκαιον*, et ceperat, quasi esset *τί δίκαιον*, inseruit *τοῦτο*, ut sensus esset, *How is this just?* At *τί τὸ δίκαιον*; valet, *What is justice?* sicut in Phœn. 548. *κᾆτα ποῦ 'στιν ἡ δίκη;*

1279. Vice *ὁρᾷν* Dobræus *ὁρῶν*. Sed alterum præstat, uti patet e simili syntaxi in Or. 805. *ἀνὴρ—Μυρίων κρείσσων ὁμαίμων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος.* Paulo ante Herm. delet *γ'* post *εἷς*, quod et ipse aliquando facere volui; quia sine particula, quæ tamen non penitus est otiosa, sententia foret melius expressa. Unus e MSS. Par. *εἷς γὰρ ἀνήρ.*

1281. Pro *γενήσομ' ἐγὼ* primus Reisk. *γενήσομαι 'γώ.*

1284. Confer verba Macariæ Heracl. 591. *Τάδ' ἀντὶ παίδων ἐστί μοι κειμήλια.*

βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ἀλλ' οὐ βαρβάρους,
μῆτερ, Ἑλλήνων· τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι.

ΧΟ. τὸ μὲν σὸν, ὦ νεᾶνι, γενναίως ἔχει· 1287
τὸ τῆς τύχης δὲ, καὶ τὸ τῆς θεοῦ, νοσεῖ.
ΑΧ. Ἀγαμέμνονος παῖ, μακάριόν μέ τις θεῶν
ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων.
ζηλῶ δὲ σοῦ μὲν Ἑλλάδ', Ἑλλάδος δὲ σέ·
εὖ γὰρ τόδ' εἶπας, ἀξίως τε πατρίδος.
μᾶλλον δὲ λέκτρων σῶν πόθος μ' εἰσέρχεται,
εἰς τὴν φύσιν βλέψαντα· γενναία γὰρ εἶ.
ὅρα δ'· ἐγὼ γὰρ βούλομαί σ' εὐεργετεῖν,
λαβεῖν τ' ἐς οἴκους· ἄχθομαι δ', ἴστω Θέτις,
εἰ μή σε σώσω Δαναΐδαισι διὰ μάχης
ἐλθών. ἄθρησον· ὁ θάνατος δεινὸν κακόν.
ΙΦ. λέγω τάδ', οὐδὲν οὐδέν' εὐλαβουμένη·

Post v. 1292. τὸ θεομαχεῖν γὰρ ἀπολιποῦσ', ὅ σου κρατεῖ,
ἐξελογίσω τὰ χρηστὰ, τά τ' ἀναγκαῖά γε.

1285. Ald. et MSS. εἰκὸς ἄρχειν contra metrum, quod primus Dan. Heinsius restituit ope Aristot. Pol. I. 2. ubi h. v. citatur.

1286. Τὸ μὲν i. e. τὸ βάρβαρον γένος.

1288. Confer Phœn. 1202. Καλῶς τὰ τῶν θεῶν καὶ τὰ τῆς τύχης ἔχει.

1289. Redde, *beatum me facturus erat, si mihi nuptiæ tuæ contigissent*, minime, quod vulgo fit, *beatum me Deorum aliquis facturus esset, si tuas nuptias possem habere.*

1291. Ald. et MSS. e quibus tamen unus Par. habet σοῦ supra scriptum, quomodo conjecit Canter.

1292. Post h. v. delevi distichon Τὸ θεομαχεῖν γὰρ ἀπολιποῦσ', ὅ σου κρατεῖ Ἐξελογίσω τὰ χρηστὰ, τά τ' ἀναγκαῖά γε: ubi, licet Editores inter se dissentiant de τἀναγκαῖά γε et τἀναγκαῖά τε, ex iis tamen ne uni quidem τῆς νοθείας quidquam suboluit; quod quidem miror; quia interpolata vim orationis Achillese minuunt, et faciunt ut is non tantum virginis magnanimæ spiritum admirari videatur, quantum ejus prudentiam, quæ necessitati cedere visa est; quæ quidem sententia moralis adeo a persona Achillis abhorret, ut exinde tuto per se colligi possit distichon esse interpolatum, etiamsi suaviores numeri fuissent, et dictio parum reprehensioni obnoxia esset: verum neque ἀπολείπειν significat, quod Interpolator voluit, *omittere*; neque conjungi potest, sicut verbum id Latinum, cum infinitivo; neque ἐξελογίσω ad Interpolatoris mentem valet *reputasti*. Illud etiam adjungo, quod, licet γὰρ ad causale quid spectet, hic tamen nihil tale reperitur; neque potuit reperiri post illa Εὖ γὰρ τόδ' εἶπας, ἀξίως τε πατρίδος.

1294. Pro τὴν Scaliger. et Canter. σὴν, quos sequitur Barnes.

1296. Vulg. ἄχθομαί τ'. Ipse dedi ἄχθομαι δ'.

1298. Ald. ἄθροισον. H. Steph. et Canter. ἄθρησον, MSS. confirmantibus.

ἡ Τυνδαρὶς παῖς διὰ τὸ σῶμ' ἀρκεῖ μάχας
ἀνδρῶν τιθεῖσα, καὶ φόνους· σὺ δ', ὦ ξένε,
μὴ θνῆσκε δι' ἐμὲ, μηδ' ἀποκτείνῃς τινά·
ἔα δὲ σῶσαί μ' Ἑλλάδ', ἢν δυνώμεθα.
ΑΧ. ὦ λῆμ' ἄριστον, οὐκ ἔχω πρὸς τοῦτ' ἔτι
λέγειν, ἐπεί σοι τάδε δοκεῖ· γενναῖα γὰρ
φρονεῖς· τί γὰρ τἀληθὲς οὐκ εἴποι τις ἄν;
ὅμως δ' ἴσως σὺ κἂν μεταγνοίης τάδε.
ὡς οὖν ἂν εἰδῇς τἀπ' ἐμοῦ λελεγμένα,
ἐλθὼν τάδ' ὅπλα θήσομαι βωμοῦ πέλας,
ὡς οὐκ ἐάσων σ', ἀλλὰ κωλύσων θανεῖν·
χρήσει δὲ καὶ σὺ τοῖς ἐμοῖς λόγοις τάχα,
ὅταν πέλας σῆς φάσγανον δέρῃς ἴδῃς.
ΙΦ. μῆτερ, τί σιγῇ δακρύοις τέγγεις κόρας;
ΚΛ. ἔχω τάλαινα πρόφασιν, ὥστ' ἀλγεῖν φρένα.
ΙΦ. παῦσαι, 'μὲ μὴ κάκιζε· τάδε δέ μοι πιθοῦ.

Post v. 1312. *οὔκουν ἐάσω σ' ἀφροσύνῃ τῇ σῇ θανεῖν·*
ἐλθὼν δὲ σὺν ὅπλοις τοῖσδε πρὸς ναὸν θεᾶς,
καραδοκήσω σὴν ἐκεῖ παρουσίαν.

1300. Ald. et MSS. ἄρχει. Primus ἀρκεῖ Hardouinus in *Memoir. de l'Academ. des Inscript.* T. IV. p. 246. Conf. Alc. 383. Ἀρκοῦμεν ἡμεῖς οἱ προθνήσκοντες σέθεν. Soph. Antig. 547. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ.

1304. Confer Iph. T. 609. (588.) Ὦ λῆμ' ἄριστον.

1307. Ald. et MSS. plerique Ὅμως δ' ἴσως γε κἄν. At unus e Parr. Ὅμως γ' ἴσως κἄν. Unde Markl. Ὅμως γ' ἴσως σύ. Recte quidem σὺ, sed perperam γ', quod nihil hic habet. Herm. Ὅμως δ' ἴσως γάρ. Edidi ἴσως σύ. Confunduntur γε et σὺ in v. 1317. et alibi.

1308. Redde τὰ ἀπ' ἐμοῦ, Anglice, *What is in my power*, et conf. v. 1109. τἀπ' ἐμοῦ σοφὰ, necnon Tro. 74. 1154.

1308, 1311, 1312. Hos tres versus pro spuriis habet Hermannus in quibus tamen ipse nihil reperire queo, quod objici possit, vel suspicioni esse obnoxium.

1312. Tres versus interpolatos rejeci, Οὔκουν ἐάσω σ' ἀφροσύνῃ τῇ σῇ θανεῖν· Ἐλθὼν δὲ σὺν ὅπλοις τοῖσδε πρὸς ναὸν θεᾶς, Καραδοκήσω σὴν ἐκεῖ παρουσίαν. Idemque suasit Herm. ob rationes tamen non easdem. Quod ad numeros quidem et linguam attinet, versus isti pro Euripideis venditari possunt; eos tamen non Euripidis esse, indicia satis certa monstrant. Primo nihil aliud dicunt quam quod jam dictum sit. Deinde vocabulorum prope dimidium e versibus vicinis haustum est. Mox Iphigeniæ imputari minime ἀφροσύνη debet, ne tale crimen adversari videatur iis, quæ Achilles jam dixerat in vv. 1292. et 1305. Postremo voces πρὸς ναὸν θεᾶς genuinæ esse nequeunt; quia non alibi in hac fabula mentio facta templi Aulide, Dianæ sacri.

1315. Porsonum sequor legentem Παῦσαι· 'μὲ μὴ κάκιζε. Markl. ut sensum aliquem eliceret e verbis Παῦσαι

ΚΛ. λέγ', ὡς παρ' ἡμῶν οὐδὲν ἀδικήσει, τέκνον.
ΙΦ. μήτ' οὖν σὺ τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμῃς τριχὸς,
ΚΛ. τί ποτε τόδ' εἶπας, τέκνον; ἀπολέσασά σε—
ΙΦ. οὐ σύ με· σέσωσμαι· κατ' ἐμὲ δ' εὐκλεὴς ἔσει.
ΚΛ. πῶς εἶπας; οὐ πενθεῖν με σὴν ψυχὴν χρεών;
ΙΦ. ἥκιστ', ἐπεί μοι τύμβος οὐ χωσθήσεται.
ΚΛ. τί δὴ τὸ θνήσκειν; οὐ τάφος νομίζεται;
ΙΦ. βωμὸς θεᾶς μοι μνῆμα τῆς Διὸς κόρης.
ΚΛ. ἀλλ', ὦ τέκνον, σοι πείσομαι· λέγεις γὰρ εὖ.
ΙΦ. ὡς εὐτυχοῦσά γ', Ἑλλάδος τ' εὐεργέτις.
ΚΛ. τί δὴ κασιγνήταισιν ἀγγελῶ σέθεν;
ΙΦ. μηδ' ἀμφὶ κείνας μέλανας ἐξάψῃς πέπλους.

Post v. 1317. *μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους.*

με· μὴ κάκιζε, sic interpunxit Παῦσαι· *μὲ μὴ κάκιζε*. At sententia postulat *ἐμὲ* emphaticum.

1316. Post *παρ' ἡμῶν* deesse videtur *γ'*. Mox Elmsl. (ad Heracl. 461.) comprobat Canteri conjecturam *ἀτυχήσεις*. At *ἀδικήσει* est fut. pass. pro *ἀδικηθήσει*, et in censum verborum similium referri debuit quæ collegi ad Hipp. 1460. (1458.)

1317. Vice *Μήτ' οὖν γε* Elmsl. *Μήτ' οὖν σύ*.

Ibid. Post hunc versum rejeci alterum *Μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους*, quem primus interpolatum esse vidit Burges. in *Classical Journal*, T. II. p. 613. haustumque e v. 1327. Verum, licet legem *τῆς στιχομυθίας* violet, non erat ob eam causam solam damnandus; quia similis licentiæ exempla, pauca quidem, sed satis certa, reperiri possunt. Burgesii sententiam sequitur et Herm. qui tamen male legit *Μή μοι* pro *Μήτ' οὖν*. Etenim *μήτε* habuisset sibi quid responsurum, nisi filiæ sermonem mater interrupisset.

1318. Ald. et MSS. *Τί δῆτα τόδ' εἶπας ὦ τέκνον, ἀπολέσασά σε*, cum duplice anapæsto; e quibus alterum exemit Barnes. legendo *δὴ*, alterum Markl. delendo *ὦ*. At pro *δὴ*, utcunque ab aliis omnibus acceptum, malim *ποτε*, quod *δῆτα* expulit et hic et in v. 238.

1319. Vice *γε*, quod nemo vidit ab hoc loco esse alienum, reposui *με*, scil. *ἀπώλεσας*.

1322. Pro *δαί*, quod Comicis, non Tragicis, esse proprium statuerunt Brunck. et Porson. ad Med. 1012. (1008.) Gaisf. et hic et in v. 1326. *δή*. Et quanquam, judice Gaisfordio, "hic locus graviori vulnere adhuc fortasse laborat," non alia opinor medicina opus est quam ut interrogandi signum ponatur post *θνήσκειν* vel, quod prætulerim, ut legatur *Τί γὰρ τὸ θνήσκειν*. In animo habuisse videtur Euripides Homericum in Il. II. 456. *Ἔνθα ἑ ταρχύσωσι κασίγνητοί τε ἔται τε Τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων*.

1327. Vice *κείναις* et *ἐξάψῃ* ipse reposui *κείνας* et Reisk. *ἐξάψῃς*. Etenim ad *κείνας* me duxit non modo loquendi usus, quia in talibus locus *ἀμφὶ* potius cum quarto quam tertio casu jungi solet, sed et versus interpolatus post 1317. exhibet *ἀμφὶ σῶμα*, quod fuisset proculdubio *ἀμφὶ σώματι*, nisi fabricator illius versus hic *ἀμφὶ κείναις* in suo codice reperisset. Quod vero objicitur Reiskiano *ἐξάψῃς*, id nihili facio. Etenim minime Gaisf. aliique receperunt *ἐξάψῃς*, utpote immemores, quod putabat Herm. mediæ vocis eam vim esse, ut significet *ne illas quidem jubeas atras vestes induere*, verum, quia probe noverant activam vocem in hac re esse usitatiorem.

ΚΛ. εἴπω δὲ παρὰ σοῦ φίλον ἔπος τι παρθένοις;
ΙΦ. χαίρειν γ'. Ὀρέστην δ' ἔκτρεφ' ἄνδρα τόνδε μοι.
ΚΛ. προσέλκυσαί νιν, ὕστατον θεωμένη.
ΙΦ. ὦ φίλτατ', ἐπεκούρησας, ὅσον εἶχες, φίλοις.
ΚΛ. ἔσθ' ὅ τι κατ' Ἄργος δρῶσά σοι χάριν φέρω;
ΙΦ. πατέρα γε τὸν ἐμὸν μὴ στύγει, πόσιν τε σόν.
ΚΛ. δεινοὺς ἀγῶνας διὰ σὲ δεῖ κεῖνον δραμεῖν.
ΙΦ. ἄκων μ' ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος διώλεσεν.
ΚΛ. δόλῳ δ', ἀγεννῶς, Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως.
ΙΦ. τίς μ' εἶσιν ἄξων, πρὶν σπαράσσεσθαι κόμης;
ΚΛ. ἔγωγε μετὰ σοῦ— ΙΦ. μὴ σύ γ'· οὐ καλῶς λέγεις.
ΚΛ. πέπλων ἐχομένη σῶν— ΙΦ. ἐμοί, μῆτερ, πιθοῦ·
μέν', ὡς ἐμοί τε σοί τε κάλλιον τόδε.
πατρὸς δ' ὀπαδῶν τῶνδέ τίς με πεμπέτω
Ἀρτέμιδος εἰς λειμῶν', ὅπου σφαγήσομαι.
ΚΛ. ὦ τέκνον, οἴχει; ΙΦ. καὶ πάλιν γ' οὐ μὴ μόλω.
ΚΛ. λιποῦσα μητέρ'; ΙΦ. ὡς ὁρᾷς γ', οὐκ ἀξίως.

1328. Vice ἔπος τί H. Steph. ἔπος τι, ante Elmsl. in *Quarterly Review*, T. VII. p. 446.

1329. Vulg. Ὀρέστην τ'. Edidi Ὀρέστην δ', quia sermo ad rem novam convertitur.

1333. Ald. et MSS. nonnulli Πατέρα τὸν ἐμὸν, metrum supplevit Scaliger. legendo ἀμὸν, quem sequuntur Markl. Elmsl. At Barnes. Πατέρα γε τὸν, MSS. 4. confirmantibus: unde Herm. Πατέρα τε τόν. Si MSS. deserendi sint, malim Πατέρα σὺ τὸν (de γε et σὺ vid. ad v. 1307.) et πόσιν δὲ σόν: vid. ad v. 1049.

1334. Ne suus canon de finali Cretico violaretur transposuit Porson. κεῖνον δεῖ δραμεῖν in δεῖ κεῖνον δραμεῖν in Supplem. Præf. Hec. p. xxxv. (32.) ἀγῶνα θανάσιμον δραμούμενον est in Orest. 878.

1336. "Elmsl. Δόλῳ γ', ἀγεννῶς τ', non recte; nam sensus est ἄκων μὲν, δόλῳ δέ." Herm.

1337. Vulg. σπαράξεσθαι. Elmsl. σπαράσσεσθαι, quia πρὶν cum futuro est solœcum. Mox Herm. cum MSS. 2. Florr. κόμης vice κόμας. Factum miror. Poterat Iphigenia dicere πρίν μ' ἀποσπᾶσθαι κόμης, vel ἄγεσθαι κόμης, sicut in v. 1252. ἄξει ἐθείρης; at aliud significat πρὶν σπαράσσεσθαι κόμας, *before my hair is torn.*

1338. Vulg. Ἐγὼ μετά γε. At Markl. Ἔγωγε μετὰ, quod numerosius est. Vid. ad v. 1060. Cum scenæ hujus fine confer simile in Hec. 402–440.

1343. Et hic et in v. 1380. οὐ μὴ cum aor. subj. locum futuri negativi supplent; cujus formulæ Elmsl. (ad Soph. Œd. T. 870.) exempla multa congessit, his tamen duobus locis omissis. Etiam tirones nunc, uti spero, non opus est, ut moneam, ne confundant, quod fecit Dawes. in Misc. Crit. p. 222. hanc syntaxin cum illa, ubi οὐ μὴ futuro indicativo jungitur.

1344. Redde ὡς ὁρᾷς γ', οὐκ ἀξίως, Anglice, *Yes, as you see, in not a fitting manner*, i. e. *not for my wedding, but for my slaughter*. Hoc non monuissem, nisi vidissem et Bremium et Hermannum in οὐκ ἀξίως, utpote loquenti parum convenientia, offensos; unde evenit ut Herm. legat εὖ κἀξίως, quod tueri conatur ope loci in Hec. 990. maxime alieno;

ΚΛ. σχὲς, μή με προλίπῃς. ΙΦ. οὐκ ἐῶ στάζειν δάκρυ.
ὑμεῖς δ' ἐπευφημήσατ', ὦ νεάνιδες,
παιᾶνα τῇ 'μῇ ξυμφορᾷ Διὸς κόρην
Ἄρτεμιν· ἴτω δὲ Δαναΐδαις εὐφημία.
κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις, αἰθέσθω δὲ πῦρ
προχύταις καθαρσίοισι καὶ πατὴρ ἐμὸς
ἐνδεξιούσθω βωμόν· ὡς σωτηρίαν
Ἕλλησι δώσουσ' ἔρχομαι νικηφόρον.

ἄγετέ με τὰν Ἰλίου
καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν·
στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρε-
τε, (πλόκαμος ὅδε καταστέφειν)
χερνίβων τε παγάς.
ἑλίσσετ' ἀμφὶ βωμὸν,

ubi voces *εὖ κἀξίως σέθεν λέγεις* maxima cum ironia ab Hecuba ad Polydorum dicta sunt, quem mendaciter loqui cognovit, dicentem vivere et valere Polymestorem, quem ipse trucidaverat.

1347. Toup. in Cur. Posterior. in Theocr. p. 29. statuit per vocabula *Διὸς κόρην Ἄρτεμιν* intelligendum esse hymnum sive pæana in Dianam, qui ab istis verbis inchoabat; et huc respexisse poetam in v. 1400. "Mihi vero," inquit Matth. "*ἐπευφημήσατε* dictum esse videtur pro *παιανίζετε*, hinc *Ἄρτεμιν* additum." Hujusmodi explicationibus nihil opus est. Accusativi duo, *παιᾶνα* et *Ἄρτεμιν*, quorum utervis poterat singulatim *ἐπευφημήσατε* sequi, hic ambo de uno verbo pendent. Conf. Iph. T. 1403. (1369.) *Ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης Παιᾶνα.*

1348. Vocum *Ἴτω Δαναΐδαις εὐφημία* sensus, de quo inter se dissentiunt Portus, Markl. et Musgr., mihi videtur hujusmodi, *Let the joyful strain go forth to the Greeks*, i.e. *Let the army join in the Pæan*. Confer Nost. El. 879. *Ἀλλ' ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ.* Euripides, qui per totam hanc fabulam sæpius quam in aliis Homerica in animo habuisse videtur, hic respexit, opinor, ad Il. A. 472. *Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο, Καλὸν ἀείδοντες παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν, Μέλποντες ἑκάεργον.* et ad Il. A. 22. *ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί.*

1349. Vide supra ad v. 1008.

1353. et sqq. Hoc carmen et Seidler. de Vers. Dochm. p. 285. et Herm. in formam Antistrophicam cogere conati sunt. Quum vero uterque id, quod voluerunt efficere nequiverunt, nisi multa omittendo, transponendo, et ad libitum mutando, satius duxi cantum relinquere Monostrophicum; eoque magis, quo nondum mihi persuadere possim Tragicos inter hos, qui dicuntur, *κόμμους*, aliam sequi rationem.

1354. *ἑλέπτολις* vox Æschylea ab Æsch. Agam. 689.

1356. "Recte Markl. explicat *πλόκαμος ὅδε καταστέφειν*, Anglice, *Here is my hair to crown*. Sic in Androm. 411. *ἥδε χειρία Σφάζειν, φονεύειν, δεῖν, ἀπαρτῆσαι δέρην*: et in Hipp. 293. si retineatur, quæ rejici non temere debet, lectio vulgata, *Γυναῖκες αἵδε συγκαθιστάναι νόσον.*" Elmsl.

1357. Pro *παγαῖσιν* Reisk. et Seidler. *παγάς*.

1358. Vulg. *ἀμφὶ ναὸν ἀμφὶ βωμὸν*, ubi Herm. delet *ἀμφὶ βωμὸν* utpote var. lect. pro *ἀμφὶ ναόν*. Ipse vero edidi *ἀμφὶ βωμὸν, ἀμφὶ βωμόν*. Si cui tamen hoc displiceat, is *βωμὸν* retineat potius quam, quod fecit Herm. *ναόν*. Etenim

ἀμφὶ βωμὸν Ἄρτεμιν,
τὰν ἄνασσαν Ἄρτεμιν,
τὰν μάκαιραν·
ὡς ἐμοῖς, εἰ χρεὼν,
αἵμασιν θύμασί τε
θέσφατ' ἐξαλείψω.

ΧΟ. ὦ πότνια, πότνια μᾶτερ, ὡς
δάκρυά σοι
δώσομεν ἀμέτερα,
παρ' ἱεροῖς γὰρ οὐ πρέπει.
ὦ νεάνιδες,
ξυνεπαείδετ' Ἄρτεμιν

* * * * * *

Χαλκίδος ἀντίπορον,
ἵνα τε δόρατα μέμονε δάϊ',

Post v. 1372. δι' ἐμὸν ὄνομα τᾶσδ'

circum altare choreæ fieri solebant, uti patet e v. 585. *Στήσομεν ἄρ' ἀμφὶ βωμὸν, ὦ πάτερ, χορούς*. cujus loci fortasse memor Markl. (ad Suppl. 1215.) reddit hic *ἑλίσσετ' ἀμφὶ βωμὸν Ἄρτεμιν celebrate Dianam, saltantes circum aram*. Ni fallor, is, qui interpolavit *ἀμφὶ ναὸν*, in animo habuit Hec. 143. *Ἀλλ' ἴθι ναοὺς, ἴθι πρὸς βωμούς*.

1362, 3. Hi duo versus sunt Cretici.

1365–8. Hos vv. Iphigeniæ tribuunt Seidler. et Herm. propter verba, ut opinor, *ὦ πότνια, πότνια μᾶτερ*: quæ tamen Choro magis conveniunt quam filiæ, quæ dictura erat vel *ὦ φιλτάτα* vel *ὦ δύστανε μᾶτερ*. Et in Phœn. 296. Jocastam simili fere modo Chorus alloquitur, et in Hipp. 1144. (1139.) Chorus *ὦ τάλαινα μᾶτερ*, de Hippolyti matre.

1366. Ald. et MSS. *δάκρυά γέ σοι*. Blomf. delet *γε*, insertum trimetri efficiendi causa. Monendum est eam particulam adeo parce inter Melica usurpari, ut suspicionem, ne sit genuina, movere possit. Quater hic reperiuntur inter versus quinquaginta. Pariter raræ sunt *τοι* et *μὴν* in carminibus; contra *ἄρα* et *δὴ* abundant.

1368. Post *οὐ πρέπει* supple *δακρύειν*. conf. Eur. Suppl. 289. *μὴ δακρυρρόει Σεμναῖσι Δηοῦς ἐσχάραις παρημένη*.

1369–1373. Hi quinque versus vulgo tribuuntur Iphigeniæ; cui tamen minime conveniunt. Etenim nihil aliud exprimunt quam quod jusserat Chorum Iphigenia, ut secum Dianam celebraret. Quod autem subditur de Chalcidis situ, melius est Chalcidicarum, quam exteræ Iphigeniæ, quam patet e v. 571. fuisse rei Geographicæ non admodum peritam, et illius loci mentio fuit ex ore Chori opportuna maxime.

1371. *ἀντίπορον* epitheton est loci vel regionis, ut Med. 210. *Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον*. Æsch. Pers. 67. *ἀντίπορον— χώραν*. Suppl. 544. *ἀντίπορον γαῖαν*. Deest igitur versus in quo vox ejusmodi exstabat.

1372, 3. Ald. et 2. MSS. *τᾶσδ' Αὐλίδος*: duo alii, *τὰς δ' Αὐλίδος*. Reddit Portus *ubi hastæ* (i. e. *turmæ hastatæ*) *manent propter meum nomen*. At Musgr. *ubi naves bellicæ manserunt propter meum nomen*. Hoc præstat, quod ad *δόρατα*, quia, licet *δόρατα* et *hastas* et *naves* significet, hic tamen ad sensum posteriorem *ὅρμοις* ducit. At in *μέμονε* peccat

Αὐλίδος στενοπόροισιν ὅρμοις.
ΙΦ. ἰὼ, ἰώ.
γᾶ μᾶτερ ὦ Πελασγία,
ΧΟ. καλεῖς πόλισμα Περσέως,
Κυκλωπίων πόνον χερῶν;
ΙΦ. ἔθρεψας Ἑλλάδι μέγα φῶς·
θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι.
ΧΟ. κλέος γάρ οὔ σε μὴ λίπῃ.
ΙΦ. ἰὼ, ἰώ.
ὦ λαμπαδοῦχος ἁμέρα,
Διός τε φέγγος, [1] ἕτερον
ἕτερον αἰῶνα καὶ
μοῖραν οἰκήσομεν,

[1] ὡς ἕτερον

Post v. 1375. Μυκῆναί τ' ἐμαὶ θεράπαιναι.

uterque; quod hic minime significat *manserunt*, sed *arserunt*, sicut μέμονας in Æsch. Theb. 686. et μέμονεν in Soph. Phil. 515. Rejeci δι' ἐμὸν ὄνομα, quas voces inseruit aliquis, qui μέμονε cepit in sensu manendi. Verum tunc scribi debuit δι' ἐμὴν ψυχήν. Ab eodem quoque Interpolatore venit τᾶσδ'. Etenim quia Αὐλὶς bis sibi comitem ἥδε adjunxerat, iste homo putabat idem pronomen ubique sibi adjungi debere. Sic etiam melius metro consulitur quam scribendo δᾷα, cum Hermanno.

1374. Vulg. ἰὼ, semel. Id duplicavi, sicut in vv. 1178. 1381. et 1384.

1375–1380. et 1382. Hi octo versus sunt Iamb. dim. acat. Unde suspicor voces Μυκῆναί τ' ἐμαὶ θεράπαινα post v. 1375. esse interpolatas. MSS. plerique Μυκηναῖαι et Scaliger. θεράπναι. Verum ne sic quidem versus esse potest Euripideus. Putabat scilicet Interpolator voces πόλισμα Περσέως Mycenas solas significare. Verum Tragicus et hic et alibi loquitur de Argis et Mycenis, quasi una essent urbs, a Cyclopibus exstructa, et olim a Perseo, postea ab Agamemnone, regnata. Hic vero satis liquet tam e Chori verbis quam ex ἔθρεψας in v. 1378. unam urbem designatam esse; et idcirco additamentum esse inopportunum.

1378. Ald. ἔθρεψας Ἑλλάδι μέγα φάος. At MS. unus ἐμὲ post ἔθρεψας, tres vero supra ἔθρεψας exhibent; quod interpretis esse credo. Mox Elmsl. probante Herm. Ἑλλάδι με φάος. Verum μέγα φῶς, quod edidi, plane tuetur v. 965. Qui vero objicitur ictus metricus in -δι finali, juxta canona Dawesii, eum Elmsleius non amovit enclitico suo με. Sed, ut verum fatear, leges Musæ severioris, quibus Iambici et Trochaici restringuntur, inter Melica laxiores erant.

1379. Verba θανοῦσα οὐκ ἀναίνομαι confert Elmsl. cum ἀναίνομαι—εἰσορῶν in Bacch. 251. et δράσας—ἀναίνομαι in Herc. F. 1235. ut demonstret verbum, quod vel accusativus vel infinitivus sequitur plerumque, cum participio conjungi posse, sicut in his locis et in Æsch. Agam. 583. Νικώμενοι λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι: et reddit οὐκ ἀναίνομαι, *non piget.*

1382. ὦ ante λαμπαδοῦχος inserui, ut versus sit, sicut alii præcedentes, Iamb. dim. et servetur loquendi mos, qui raro sinit, ut ὦ ab initio sententiæ absit. Et sic primus Burges. in Tro. Append. p. 147. A.

1383. Inserto ὡς ante ἕτερον, fiet versus septem præcedentibus similis; et Iphigeniæ orationis vis adjicietur non levis. Confer v. 1365.

χαῖρέ μοι, φίλον φάος.
ΧΟ. ἰὼ, ἰώ.
ἴδεσθε τὰν Ἰλίου
καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν
στείχουσαν, ἐπὶ κάρα στέφη
βαλομέναν, χερνίβων τε παγὰς,
βωμὸν ἔτι δαίμονος
ῥάνισιν αἱματοῤῥύτοις
χρανοῦσαν εὐφυᾶ τε σώ-
ματος δέραν, σφαγεῖσαν.
[1] εὔδροσοι παγαὶ πατρῷαι   [1] οὐ δρόσοι παγᾶν
μένουσί [2] σε χέρνιβές τε,   [2] σ', ἀλλὰ χέρνιβες,
στρατός τ' Ἀχαιῶν θέλων

1391. Ald. et MSS. *βαλλομέναν*, quod primus in *βαλομέναν* mutavit Markl. Id tamen non in sensu passivo, quod ille voluit, verum in medio accipiendum est, *having put on*. Mox Reisk. *παγὰς* pro *παγαῖς*, repertum pro var. lect. in MSS. 4.

1392. Ald. et MSS. *Βωμόν γε δαίμονος θεᾶς 'Ρανίσιν αἱματοῤῥύτοις Θανοῦσαν*: ubi Markl. *βωμὸν διαίμονος θεᾶς* et *ῥανοῦσαν*, egregie, judice Herm. At *διαίμων* est vox ignota. Usitata est *δίαιμος*. Exstant quidem et *ὁμαίμων* et *ὅμαιμος*. Verum in talibus fallit analogia. Præterea, si *διαίμων* exstitisset, vix, opinor, Diana, utcunque *θύμασι βροτησίοις χαρεῖσα*, fuisset ab Euripide nuncupata *διαίμων*; ne quid dicam de *διαίμονος* et *αἱματοῤῥύτοις* sic conjunctis. Mox Portus, perperam accipiens *θανοῦσαν* pro *θανουμένην*, reddit *morituram*: quem quidem errorem Markl. vitat suo *ῥανοῦσαν*, cui suffeci *χρανοῦσαν*, quod præstat, uti spero, propter v. 873. *κηλῖσιν αἵματος χρανῶ*: et verba Lucretii in I. 85. *Aulide, quo pacto Triviaï virginis aram Iphianassaï turparunt sanguine fœde Ductores Danaüm delecti, prima virorum.* Restat tamen istud *γε*, quod nulla ratione defendi potest. Ejus vice restitui *ἔτι*. Versus est Creticus.

1394. Voces *εὐφυᾶ σώματος δέραν* idem significant quod *εὐφυοῦς σώματος δέραν*. Comparat Markl. Hel. 1089. *Παρῇδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χροός*. Bacch. 767. *ἐκ παρηΐδων χροός*. Mox bene Reisk. explicat *σφαγεῖσαν* per *ἀπὸ τῆς σφαγῆς*.

1396. Sunt fortasse, qui per *εὔδροσοι παγαὶ* intelligant aquam qua *αἱ χέρνιβες* fuerint repletæ. Mihi vero epitheta *εὔδροσοι* et *πατρῷαι* in tali loco scrupulum injiciunt, eoque magis, quod *εὔδροσοι* non alibi, quod sciam, exstet. Idcirco suspicor Tragicum scripsisse vel *οὐ δρόσοι παγᾶν πατρῷαι*, adeo ut respiceretur ad morem inter nuptias, qui memoratur in Phœn. 347. *ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς*, ubi Schol. *εἰώθασιν οἱ νύμφιοι τὸ παλαιὸν ἀπολούεσθαι ἐπὶ τοῖς ἐγχωρίοις ποταμοῖς καὶ περιῤῥαίνεσθαι, λαμβάνοντες ὕδωρ τῶν ποταμῶν καὶ πηγῶν*, quam quidem aquam apportabant *παῖδες οἱ λουτροφόροι*. Hic vero *πηγαὶ πατρῷαι* significare possunt idem quod *πηγαὶ πατρῴας γῆς*. Nostræ conjecturæ objici potest, quod, utcunque levis sit mutatio literarum *οὐ δρόσοι* et *εὔδροσοι*, tamen violenter *ἀλλὰ* ante *χέρνιβες* inseri. Atqui non modo *ἀλλὰ*, sed et plura vocabula hic excidere videntur, uti colligere fas est e Lucretii l. c. qui Euripidea fortasse in animo habuit, dum scribebat, *Nam sublata virum manibus tremebundaque ad aras Deducta est; non ut, solemni more sacrorum Perfecto, posset claro comitari hymenæo; Sed casta inceste, nubendi tempore in ipso, Hostia concideret mactatu mæsta parentis, Exitus ut classi felix faustusque daretur.*

Ἰλίου πόλιν μολεῖν.
ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν
κλῄσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν,
ὡς ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ.

ὦ πότνια, θύμασι βροτησίοις
χαρεῖσα, πέμψον εἰς Φρυγῶν
γαῖαν Ἑλλάνων στρατόν,
τὸν Ἀγαμέμνονά τε λόγχαισι δὸς
κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι.

Post v. 1405. καὶ δολόεντα Τροίας ἕδη
Post v. 1406. Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον
δὸς ἀμφὶ κάρα τεὸν

1403. H. v. est Creticus trimeter. Herm. πότνια repetit, ut Senarius fiat.

1404. χαρεῖσα. Hoc participium ab Homero sumpsit et Euripides, et Aristophanes in Ran. 1028. Av. 1743. ἐχάρην ὕμνοις, ἐχάρην ᾠδαῖς. Nub. 274. καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι, et Sophocles Antig. 149. ἀντιχαρεῖσα.

1405. Post h. v. rejeci καὶ δολόεντα Τροίας ἕδη, tam ob metrum, quam ob linguam et sensum. Homericum δολόεις pro δόλιος apud Tragicos non exstat; neque, si exstitisset, cum ἕδη conjungi potuisset.

1406. et sqq. Ald. Ἀγαμέμνονά τε λόγχαις Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον Δὸς ἀμφὶ κάρα τεὸν Κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι. At MSS. ἀμφὶ κάρα ἐόν: voces ἀμφὶ κάρα ἐὸν dixerim Scholio deberi supra ἀμφιθεῖναι scripto ab homine, sensum non intelligente. Restitui igitur τὸν Ἀγαμέμνονά τε λόγχαισι δὸς Κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι. Etenim τὸν ante Ἀγαμέμνονα facile post στρατὸν excidere potuit. κλεινότατον ante κλέος suspiciosum est, et στέφανον Interpolatorem prodit. Nihil enim hujus modi loco convenit. Metrum τὸν Ἀ. τε λόγχαισι δὸς idem est quod in v. 1403.

ΤΕΛΟΣ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑΣ ΤΗΣ ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

CANTUS CHORICUS

QUI IN MANUSCRIPTIS ET EDITIS SEQUITUR v. 230.

ΝΑΩΝ δ' εἰς ἀριθμὸν ἤλυθον, στρ. α'.
καὶ θέαν ἀθέσφατον,
τὰν γυναικείαν ὄψιν ὀμμάτων
ὡς πλήσαιμι, μείλινον ἁδονάν.
καὶ κέρας μὲν ἦν
δεξιὸν πλάτας ἔχων
Φθιώτας ὁ Μυρμιδόνων Ἄρης,
πεντήκοντα ναυσὶ θουρίαις.
χρυσέαις δ' εἰκόσιν
κατ' ἄκραν Νηρῇδες ἕστασαν θεαὶ
πρύμνας, σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.
Ἀργείων δὲ ταῖσδ' ἰσήρετμοι ἀντ. α'.
νᾶες ἕστασαν πέλας·
ὧν ὁ Μηκιστέως στρατηλάτας
παῖς ἦν, Ταλαὸς ὃν τρέφει πατήρ,
Καπανέως τε παῖς
Σθένελος. Ἀτθίδος δ' ἄγων
ἑξήκοντα νῆας ὁ Θησέως
παῖς ἑξῆς ἐναυλόχει, θεὰν
Παλλάδ' ἐν μωνύχοις
ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν θετὸν,
εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.
τῶν Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα, ποντίας στρ. β'.
πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν,
σημείοις εὐστολισμένας.
τοῖς δὲ Κάδμος ἦν
χρύσεον δράκοντ' ἔχων

ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα·
Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς
ἆρχε ναΐου στρατοῦ,
Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονός.
Λοκροῖς δὲ τοῖσδ' ἴσας ἄγων
ναῦς Ὀϊλέως τόκος, κλυτὰν
Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν.
ἐκ Μυκήνας δὲ τὰς Κυκλωπίας, ἀντ. β΄.
παῖς Ἀτρέως ἔπεμπε ναυβάτας
ναῶν ἑκατὸν ἠθροισμένους.
σὺν δ' Ἄδραστος ἦν
ταγὸς, ὡς φίλος φίλῳ,
τᾶς φυγούσας μέλαθρα
βαρβάρων χάριν γάμων
πρᾶξιν Ἑλλὰς ὡς λάβοι.
ἐκ Πύλου δὲ Νέστορος
Γερηνίου κατειδόμαν
πρύμνας, σῆμα ταυρόπουν,
ὁρᾷν πάροικον Ἀλφεόν.
Αἰνιάνων δὲ δώδεκα στόλοι ἐπῳδ.
ναῶν ἦσαν, ὧν ἄναξ Γουνεὺς
ἆρχε. τῶνδε δ' αὖ πέλας,
Ἤλιδος δυνάστορες,
οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς·
Εὔρυτος δ' ἄνασσε τῶνδε.
λευκήρετμον δ' Ἄρη
Τάφιον ἦγεν ὧν Μέγης
ἄνασσε, Φυλέως λόχευμα,
τὰς Ἐχίνας λιπὼν
νήσους, ναυβάταις ἀπροσφόρους.
Αἴας δ' ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος,
δεξιὸν κέρας
πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε·
τῶν ἄσσον ὥρμει, πλάταισιν
ἐσχάταισι συμπλέκων,
δώδεκ' εὐστροφωτάταισι

ναυσὶν, ὡς ἄϊον, καὶ ναυβάταν
εἰδόμαν λεών·
ᾧ τις εἰ προσαρμόσοι
βαρβάρους βάριδας,
νόστον οὐκ ἀποίσεται.
ἔνθα δ' ἄϊον, εἰδόμαν
ναΐον πόρευμα.
τάδε κατ' οἴκους κλύουσα συγκλήτου
μνήμην σώζομαι στρατεύματος.

SCENA

EURIPIDIS IPHIGENIÆ IN AULIDE VULGO ADJECTA.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ Τυνδαρεία παῖ Κλυταιμνήστρα, δόμων
ἔξω πέρασον, ὡς κλύοις ἐμῶν λόγων.
ΚΛ. φθογγῆς κλύουσα δεῦρο σῆς ἀφικόμην,
ταρβοῦσα τλήμων, κἀκπεπληγμένη φόβῳ,
μή μοι τιν' ἄλλην ξυμφορὰν ἥκεις φέρων,
πρὸς τῇ παρούσῃ. ΑΓ. σῆς μὲν οὖν παιδὸς πέρι
θαυμαστά σοι καὶ δεινὰ σημῆναι θέλω.
ΚΛ. μὴ μέλλε τοίνυν, ἀλλὰ φράζ' ὅσον τάχος.

1005. Vulg. *τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑποπτεύω τι γάρ.* cujus vice Markl. *σχοῦσ'*; *οὐχ, ὑ.τ.γ.* citato Hel. 469. *Τίν' αἰτίαν σχών*; Poterat citare et Soph. Œd. T. 559. *Δέδρακε ποῖον ἔργον; οὐ γὰρ ἐννοῶ.* Ita enim ratio, quæ deerat, interrogationis redditur.

1006. Markl. reddit *δώσω dicam me daturam*, et in v. 1008. *βουλήσομαι, dicam me velle.*

1009. Vice *ἔστ'* MS. unus *ἔτ'* mendose, quod Seidler. aliique probarunt.

1010. Ante *νίψαι* supple *βουλήσομαι* e v. 1008. Mox redde *σοῦ θιγόντος, ὡς ἐρῶ* Anglice, *you having touched it, as I shall assert;* quem sensum Viri etiam doctissimi prætervideruut; inter quos Markl. vertit *ὡς ἐρῶ quod cupiam;* et Seidler. Matth. Herm. legunt *σοῦ θιγόντος ὧς*, et *ἐρῶ* cum *νίψαι* jungunt.

1011. Ald. *Ποῖ δῆτα—εἶπεν.* MSS. *εἶπας.* Ipse sequor Elmsl. legentem *Ποῦ—εἶπας*, et verba intelligo, quasi essent *Ποῦ δῆτα πόντου νότερος ἔκβολος, ὃν εἶπας;*

1013. Vice *σοὶ δή τις ἄλλος* Jacobs.

ΙΦ. ἐγώ· θιγεῖν γὰρ ὅσιόν ἐστ' ἐμοὶ μόνῃ.
ΟΡ. Πυλάδης δ' ὅδ' ἡμῖν ποῦ τετάξεται πόνου;
ΙΦ. ταὐτὸν χεροῖν σοι λέξεται μίασμ' ἔχων.
ΟΡ. λάθρα δ' ἄνακτος, ἢ εἰδότος, δράσεις τάδε;
ΙΦ. πείσασα μύθοις· οὐ γὰρ ἂν λάθοιμί νιν.
ΟΡ. καὶ μὴν νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα.
σοὶ δὴ μέλειν χρὴ τἄλλ', ὅπως ἕξει καλῶς·
ἑνὸς μόνου δεῖ, τάσδε συγκρύψαι τάδε.
ἀλλ' ἀντίαζε, καὶ λόγους πειστηρίους
εὕρισκ'. ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνή.
ΙΦ. ὦ φίλταται γυναῖκες, εἰς ὑμᾶς βλέπω,
καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχειν,
ἢ μηδὲν εἶναι, καὶ στερηθῆναι πάτρας,
φίλης τ' ἀδελφῆς, φιλτάτου τε συγγόνου.

Post v. 1023. τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς.

σὺ δ', ἤ τις ἄλλος. "Hæc conjectura si falsa est," ait Elmsl. "nihil in his literis certi est." Vulgatum tamen tueri conatur in prolixa nota Matth. quem probe refutat Herm.

1015. Redde Πυλάδης ὅδ' ἡμῖν, *hic noster Pylades.* Mox vice φόνου Brodæus πόνου, Musgr. δόλου, probante Herm. Verum πόνου facilius in φόνου mutari poterat, et sententiæ est aptior. Cum ποῦ πόνου confer ποῦ σοι τύχης ἕστηκεν; in Soph. Aj. 102.

1017. De crasi ἢ εἰδότος vid. mea in Hipp. 1335. (1331.)

1018. Ald. λάθοιμί σε, quod, manifesto absurdum, Canter. mutavit in λάθοιμί σφε, unde senarius fit Choliambicus. MSS. λάθοιμί γε. At deest pronomen. Reposui igitur νιν, quod Blomf. præcepit.

1020. Hic versus vulgo tribuitur Iphigeniæ. Verum ad Orestem pertinet; qui jam dixerat navim esse paratam; donec vero ad eam sit ventum, res omnis in manibus Iphigeniæ unius erat; neque in ea quidquam partis nisi nihil agendo poterant frater ejus et amicus habere. Sorori tamen Orestes suggerit, quod nondum præceperat, necesse esse, ut Chorus de re, cujus sibi conscius fuerit, ne unum quidem verbum eloquatur.

1023. Post h. v. delevi alterum Τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς, qui turbas non leves dissentientibus excitavit. Markl. voluit ἂν πάντα, quod edidit Herm. Seidler. vero, ab Hermanno inductus, censuit ἴσως per se significare posse idem quod ἄν. At Blomf. reddit Anglice, *May everything else turn out equally well.* Matth. denique Latine, *Utinam reliqua omnia bene succedant, quod fortasse fiet;* et similiter Portus, *Reliqua vero, ut spero, bene incedant.* Me vero judice omnis hic labor tam corrigendi quam explicandi est prorsus inutilis. Etenim fœtus Interpolatoris se prodit per linguam incuriosam et sententiam debilem et inficetam. Et quanquam συμβαίνειν καλῶς vel κακῶς in soluto sermone potest reperiri, nullibi apud Tragicos tale quid me legisse memini.

1024. Vice ὡς ὑμᾶς βλέπω, quæ significare nequeunt *ad vos respicio,* Herm. quem sequor, εἰς ὑμᾶς βλέπω.

1025. Hic τἀμὰ idem significat, quod ἐγώ. De formula ἐν ὑμῖν εἶναι vid. Valckenaer. ad Phœn. 1256.

1027. Ald. et MSS. φίλου τ' ἀδελφοῦ, φιλτάτου τε συγγόνου. At τὸ ἀσύνδετον vitandi causa Markl. quem

καὶ πρῶτα μέν μοι τοῦ λόγου τάδ' ἀρχέτω·
γυναῖκές ἐσμεν, φιλόφρον ἀλλήλαις γένος,
σώζειν τε κοινὰ πράγματ' ἀσφαλέσταται.
σιγήσαθ' ἡμῖν, καὶ ξυνεκπονήσατε
φυγάς. καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πιστὴ παρῇ.
ὁρᾶτε δ', ὡς τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους,
ἢ γῆς πατρῴας νόστος ἢ θανεῖν, ἔχει.
σωθεῖσα δ', ὡς ἂν καὶ σὺ κοινωνῇς τύχης,
σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ'. ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς,
σὲ, καὶ σ' ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρηΐδος,
γονάτων τε, καὶ τῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων,
μητρὸς, πατρός τε, καὶ τέκνων, εἴ τῳ κυρεῖ.
τί φατέ; τίς ὑμῶν φησὶν, ἢ τίς οὐ θέλει,
(φθέγξασθε) ταῦτα; μὴ γὰρ αἰνουσῶν λόγους,
ὄλωλα κἀγὼ, καὶ κασίγνητος τάλας.

ΧΟ. θάρσει, φίλη δέσποινα, καὶ σώζου μόνον·
ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ σοι πάντα σιγηθήσεται,
(ἴστω μέγας Ζεὺς) ὧν ἐπισκήπτεις πέρι.

ΙΦ. ὄναισθε μύθων, καὶ γένοισθ' εὐδαίμονες.

sequor, φίλης τ' ἀδελφῆς, Seidler. vero et Lenting. ad Med. p. 72. teste Herm. φιλτάτης τε συγγόνου. At hæc cum loquentis affectibus animi minime congruunt. Etenim de fratre nondum viso dixerat Iphigenia, ὃν μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ, at agnitum postea sic alloquitur Ὦ φίλτατ', οὐδὲν ἄλλο, φίλτατος γὰρ εἶ.

1029. Ald. ἀλλήλων. At MS. unus ἀλλήλοις, duo ἀλλήλαις, quod cum Herm. recepi; quia propter analogiam vocum de φρὴν derivatarum, quales sunt εὔφρων, κακόφρων, et κοινόφρων, quarum omnes dativum adsciscunt, φιλόφρων vix et ne vix quidem alium casum sibi conjungi sinit.

1032. Ald. καλόν τι γλῶσσ', quæ verba sensum præbent a mente loquentis alienum. Recte igitur MSS. tres τοι. Mox certissime Herm. πιστὴ pro πίστις. Verum non pari felicitate idem πάρα vice παρῇ: quia subjunctivus, subaudito ἂν, sequi ὅστις solet, sicut in Hipp. 427. (429.) Γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν ὅτῳ παρῇ.

1034. De Aldino νόστον, syntaxin impediente, dixit Barnes. "Opus est Œdipo." Is postea fuit Heathius; qui ænigma solvit suo νόστος, ab omnibus accepto.

1036. Vid. ad v. 747.

1037. Postquam Iphigenia, universæ Chorum obtestans, πρός σε δεξιᾶς dixerat, nunc tres, quæ hoc versu distinguuntur, ex choro singulas alloquitur. Exinde cognosci potest Chorum, κατὰ ζυγὰ dispositum, stetisse, ut tres essent in primo ordine proxime. Hoc peracute monuit Herm.

1039. Omnes libri ὅτῳ κυρεῖ. At quia constat ὅτῳ de fœmina dici non posse, audacter restitui εἴ τῳ κυρεῖ. Nam του et τῳ pro τινὸς et τινὶ sunt omnium generum.

1041. Primus Musgr. quem sequitur Herm. recte verba φθέγξασθε, ταῦτα, interpunxit.

σὸν ἔργον ἤδη, καὶ σὸν, εἰσβαίνειν δόμους,
ὡς αὐτίχ' ἥξει τῆσδε κοίρανος χθονὸς,
θυσίαν ἐλέγξων, εἰ κατείργασται, ξένων.
ὦ πότνι', ἥπερ μ' Αὐλίδος κατὰ πτυχὰς
δεινῆς ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερὸς,
σῶσόν με καὶ νῦν, τούσδε τ'· ἢ τὸ Λοξίου
οὐκέτι βροτοῖσι διὰ σ' ἐτήτυμον στόμα.
ἀλλ' εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονὸς
εἰς τὰς Ἀθήνας· καὶ γὰρ ἐνθάδ' οὐ πρέπει
ναίειν, παρόν σοι πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα.

ΧΟ. ὄρνις, ἃ παρὰ πετρίνας στρ. α'.
πόντου δειράδας, ἀλκυὼν,
ἔλεγον οἰκτρὸν ἀείδεις,
εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοὰν,
ὅτι πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς,
ἐγώ σοι παραβάλλομαι
θρήνους, ἄπτερος ὄρνις,
ποθοῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρους,
ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχίαν,
ἃ παρὰ Κύνθιον ὄχθον οἰκεῖ,
φοίνικά θ' ἁβροκόμαν,
δαφνάν τ' εὐερνέα, καὶ

1049. Vice ἐλέγχων Markl. ἐλέγξων, probante Elmsl. Ipse Markl. citat v. 226. ἥκει, σημανῶν, et Herc. F. 601. ἥξει ἕλξων: et poterat citare Hec. 140. Ἥξει δ' Ὀδυσσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη, Πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν, Ἔκ τε γεραιᾶς χερὸς ὁρμήσων.

1054. Hujus loci fortasse memor Ovid. in Trist. IV. 4. 81. *Læta Deæ signum crudelia sacra perosæ Transtulit ex illis in meliora locis.*

1057. Ald. τὰς πετρίνας. At MSS. 2. Florent. omittunt τὰς, quod fecit et Herm. recte. Inseri videtur, ut hic versus melius cum antistropho conveniat. Verum hic est glyconeus legitimus; in v. 1074. pes ultimus resolvitur.

1059. Vice οἶτον Barnes. οἰκτρὸν, quod primus recepit Gaisfordius; et sic tacite citat Brunck. ad Aristoph. Ran. 1309.

1062. Musgr. reddit ἐγώ σοι παραβάλλομαι θρήνους *tibi admisceo luctus.* Reddere debuit *tibi comparo meos luctus.*

1064, 5. His duobus Glyconeis Polyschematistis respondent in antistroph. duo legitimi Glyconei.

1066. Conf. Virgilianum, *per juga Cynthi Exercet Diana choros.*

1067. Conf. Hec. 458. Ἔνθα πρωτόγονός τε φοίνιξ Δάφνα θ' ἱεροὺς ἀνέσχε Πτόρθους Λατοῖ φίλᾳ, Ὠδῖνος ἄγαλμα Δίας: et Ion. 919.

γλαυκᾶς θαλλὸν ἱερὸν ἐλαί-
ας, Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν,
λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ
κύκλιον, ἔνθα κύκνος μελῳ-
δὸς Μούσας θεραπεύει.
ὦ πολλαὶ δακρύων λιβάδες, ἀντ. α'.
αἳ παρηΐδας εἰς ἐμὰς
ἔπεσον, ἁνίκα πύργων
ὀλομένων ἐπὶ ναυσὶν ἔβαν
πολεμίων ἐρετμοῖσι καὶ λόγχαις.
ζαχρύσου δὲ δι' ἐμπολᾶς
νόστον βάρβαρον ἦλθον,
ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου
θεᾶς ἀμφίπολον κόραν
παῖδ'. Ἀγαμεμνονίαν λατρεύω,
βωμούς τ' οὐ μηλοθύτας,
ζηλοῦσα τὰν διαπαν-

1069. Markl. "Pronunciandum vel scribendum *ἰρόν*." Imo *ἱερὸν* est tribrachys pro iambo.

1070. Matth. explicat *Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν* per *locum, ubi Latona partum edidit.* Si vero *φίλᾳ* in Hec. 460. sit sincerum, hic legi debet *φίλας*.

1072. Pro vulgato *κύκνειον*, quod et molestum est, propter vicinum *κύκνος*, et metro noxium, Seidleri *κύκλιον* et versui et sensui satis facit, et lacus formam pingit; de qua Herodotus in II. 170. *λίμνη τέ ἐστιν—εἰργασμένη ἐν κύκλῳ καὶ μέγεθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅσηπερ ἡ ἐν Δήλῳ ἡ τροχοειδὴς καλεομένη.* Confer et Theognid. 7. et Callimach. H. in Del. 261.

1072. Callimach. H. in Del. 251. *ἐπήεισαν δὲ λοχείῃ Μουσάων ὄρνιθες, ἀειδότατοι πετεηνῶν.*

1077. Homericum *οὐλομένων* inseri videtur pro *ὀλομένων*, quo melius sequentur metra antistropha; quæ tamen satis bene se habent per *ὀλομένων*. Mox Elmsl. *ἐπὶ* vice *ἐνὶ*, quæ vox, seu potius *ἔνι*, apud Tragicos exstat pro *ἔνεστι*. Dein *ἔβαν* significat idem quod *ἐκομίσθην*, Anglice, *I was conveyed.* Confer v. 1101. *βήσει ῥοθίοις πλάταις.*

1078. Hic versus est Glyconeus, spondæo auctus, sicut *Πένθος γὰρ μεγάλως τόδ' ὁρμᾶται* in Med. 184.

1080. Markl. "Intelligo *ἦλθον νόστον iter profecta sum*, quod est *ἤλθομεν πόρον* in 111. et *νόστον ἰὼν* in Iph. A. 1187. (1082.) Vid. Suid. in *περινοστοῦντας*." Cui nihil habeo, quod objiciam. Memoratu tamen dignum est *νῆσον*, quod proposuit V. D. cujus nomen mihi a memoria elapsum est. At Soph. Phil. 43. *Ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν*, vulgatum tueri videtur.

1083. Dativus plerumque *λατρεύω* sequitur; hic vero accusativus, sicut in Eur. Electr. 130. *τίνα πόλιν, τίνα δ' οἶκον—λατρεύεις;*

1084. Vox "*μηλοθύτας*," ait Musgr., "minime convenit aræ, ubi homines duntaxat immolari mos erat." Legit igitur *βωμοὺς τ' οὐ μηλοθύτας*, quod, me judice, certissimum est; aliter enim Chori questus nullam vim habiturus est. Metra æquare voluit Musgr. legendo in strophico *φοίνικ' ἀμφ' ἁβροκόμαν*, quod non necessarium.

1085. Ald. *ζητοῦσ' ἄταν*. At MSS.

τὸς δυσδαίμον'· ἐν γὰρ ἀνάγ-
καις οὐ κάμνει ξύντροφος ὤν,
μεταβολαὶ δ' εὐδαιμονία·
τὸ δὲ μετ' εὐτυχίαν κακοῦ-
σθαι, θνατοῖς βαρὺς αἰών.
καὶ σὲ μέν, πότνι', Ἀργεία στρ. β'.
πεντηκόντορος οἶκον ἄξει·
συρίζων δ' ὁ κηροδέτας
κάλαμος οὐρείου Πανὸς
κώπαις ἐπιθωΰξει,
ὁ Φοῖβός θ' ὁ μάντις, ἔχων
ἑπτατόνου κέλαδον λύρας,
[1][ἀείδων ἄξει] λιπαρὰν [1] μετὰ μέλους πέμπων
εἴσ' Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν.
ἐμ' αὐτοῦ δὲ λιποῦσα,
βήσει ῥοθίοις πλάταις·

ζηλοῦσ' ἄταν. Unde erui, ne litera quidem mutata, ζηλοῦσα τὰν διαπαντὸς δυσδαίμον'. Nam sensus est Anglice, *envying her, who has all through life been unfortunate.*

1087. Aldus κάμνεις. Correxit Miltonus.

1088. Vulg. μεταβάλλει δυσδαιμονία, quæ verba a sensu pariter et metro aliena confidenter mutavi in μεταβολαὶ δ' εὐδαιμονία, Anglice, *To such, every change is happiness.* Sententiam vere suam Euripides iterat in Herc. F. 1291. Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, ξυγγενῶς δύστηνος ὤν: et in Belleroph. Fr. 2. (285.) τοῦ γὰρ εὖ τητώμενος Οὐκ οἶδεν, ἀεὶ δυστυχῶν κακῶς τ' ἔχων. Mihi vero præripuit εὐδαιμονία Lenting. ad Med. p. 72. teste Herm. comparans Herc. F. l. c.

1089. Vulg. τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας. At quia μετ' εὐτυχίας ambiguum est, significat enim Anglice vel *after good fortune*, vel *along with good fortune*, accepi Scaligeri μετ' εὐτυχίαν, quod prætulit et Markl.; accepi quoque Seidleri δὲ pro γάρ: quam particulam, sententiæ noxiam, intulit Interpolator, quo magis ad amussim quadret cum strophico κύκνειον. Iste enim homo erat legum metricarum ignarus, neque aliud, quam ut syllaba syllabæ responderet, curabat.

1094, 5. Ad morem, quo remiges suum laborem sonis musicis delinire solebant, respicitur hic, sicut in Tro. 126. αὐλῶν παιᾶνι στυγνῷ Συρίγγων τ' εὐφθόγγῳ φωνᾷ Βαίνουσαι scil. νᾶες.

1098, 9. Vulgo ἀείδων ἄξει λιπαρὰν Εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν; ubi hæsit Markl. in εἰς et ἐπί, et, probante Elmsl. mutavit εἰς in ὡς. "At hæc prosæ orationis formula," inquit Herm. "turpis est in carmine Chorico. Seidler. vero εὖ σ' pro εἰς, quod Matth. aliique receperunt, male factum dicente Elmsleio. Neque id injuria. Ejiciendum erat εἰς, additamentum metrici. Corruptus enim antistrophicus versus est." Mihi vero ἀείδων ἄξει videtur esse Scholium. Certe ἄξει potest originem traxisse e v. 1092. cujus vice sententia postulat πέμψει, vel iis quæ in margine posui, μετὰ μέλους πέμπων, similia quædam; nam verba ipsa præstare nolo; at nihil dubito de εἴσ' *ibit*, pro εἰς, ubi ne una quidem litera mutatur.

1100. Omnes libri ἐμὲ δ' αὐτοῦ λιποῦσα quod reliquo Cantus Chorici minime

ἀέρι δ' ἱστία, καὶ πρότονοι κατὰ
πρῶραν, ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδας
ναὸς ὠκυπόμπου.
λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην ἀντ. β'.
ἔνθ' εὐάλιον ἔρχεται πῦρ,
οἰκείων δ' ὑπὲρ θαλάμων
πτέρυγας ἐν νώτοισιν ἐμοῖς
λήξαιμι θοάζουσα,
χοροῖς δὲ σταίην, ὅθι καὶ
παρθένος εὐδοκίμων γάμων,
παρὰ πόδ' εἱλίσσουσα φίλας
ματρὸς, ἡλίκων θιάσοις,
εἰς ἁμίλλας χαρίτων
καὶ χαίτας ἁβρόπλουτον
εἰς ἔριν ὀρνυμένα, πολυποίκιλα
φάρεα καὶ πλοκάμους παραβαλλομένα,
γένυας ἐσκίαζον.

congruit. Particulam transposui, unde fit versus pherecrateus *ἐμ' αὐτοῦ δὲ λιποῦσα.*

1102. Seidler. qui multa hic docte et laboriose de navis apparatu scripsit, *καὶ* statuit esse "prorsus absonum orationi." Verum talia curiose nimis persequi a poesi abhorret; satius est in carmine Chorico generale quid proferre. Moneo igitur *ἱστία* significare Anglice, *the sails; πρότονοι, the haul-yards*, i. e. funes, quorum ope vela eriguntur; *στόλος, the beak*, (de qua voce vid. Blomfield. in Glossar. ad Æsch. Pers. 414. *ναῦς ἐν νηῒ χαλκήρη στόλον Ἔπαισεν*); et *πούς, the sheet-line*, quorum bini velis singulis quibusque erant. Quod ad voces mutatas, ab Hermanno accepi *πόδας*, quia post dactylos syllaba longa vix abesse posse videtur.

1108. Vulg. *νώτοις ἀμοῖς*, lego *νώτοισιν ἐμοῖς* versus gratia.

1110. Conf. Eur. Electr. 178. *οὐδὲ στᾶσα χοροῖς Ἀργείαις ἅμα νύμφαις Ἑλικτὸν πόδα κρούσω.*

1111. Voces *παρθένος εὐδοκίμων γάμων*, intellectu difficiles, censet Musgr. de *χοροῖς* pendere; at Seidler. de *θιάσοις*. Herm. vero reddit, *ubi etiam virgo nobili digna connubio stabam*: quibus omnibus, quod objiciam, habeo. Sensus est Anglice, ut mihi videtur, *a maiden of honourable parents—the issue of honourable nuptials.*

1113. Aldus *θιάσους* et mox *ἐς ἁμίλλας.*

1114. In hac antistropha sensus quidem est perspicuus satis, verum difficilis syntaxis, et emendandi ratio parum tuta. Ibi latet vel lacuna vel corruptela. Certe ingrata sunt *εἰς ἁμίλλας* et *εἰς ἔριν* sic juxta posita. Vocem ipse excidisse suspicor; et tale quid scripsisse Tragicum hic 'Αμίλλας χαρίτων ἔχου|σα, χαίτας ἁβρόπλουτον, et in strophico 'Εμ' αὐτοῦ δὲ λιποῦσα βήσει πλάταις ῥοθίοισιν, ubi participia *ἔχουσα* et mox *ὀρνυμένα* copula carent, uti sæpe alibi apud Tragicos fit; et *ἁβρόπλουτον*, quod mihi præripuit Herm. firmat *φιλόπλουτον ἅμιλλαν* in v. 395. *καὶ* ante *χαίτας*, quod vulgo deest, etiam mihi debetur.

1118. Reddi a plerisque solet *περιβαλλομένα circumfundens genis*, ab Hermanno tamen, *pallis et cincinnis amicta*,

ΘΟΑΣ.

ποῦ 'σθ' ἡ πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνὴ
Ἑλληνὶς, ἢ δὴ τῶν ξένων κατήρξατο;
ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί;

ΧΟ. *ἥδ' ἐστὶν, ἥ σοι πάντ', ἄναξ, ἐρεῖ σαφῶς.*

ΘΟ. *ἔα.*
τί ποτε μεταίρεις ἐξ ἀκινήτων βάθρων,
Ἀγαμέμνονος παῖ, θεᾶς ἄγαλμ' ἐν ὠλέναις;

ΙΦ. *ἄναξ, ἔχ' αὐτοῦ πόδα σὸν ἐν παραστάσιν.*

ΘΟ. *τί δ' ἔστιν, Ἰφιγένεια, καινὸν ἐν δόμοις;*

ΙΦ. *ἀπέπτυσ'· ὁσία γὰρ δίδωμ' ἔπος τόδε.*

ΘΟ. *τί φροιμιάζει νεοχμόν; ἐξαύδα σαφῶς.*

ΙΦ. *οὐ καθαρά μοι τὰ θύματ' ἠγρεύσασθ', ἄναξ.*

ΘΟ. *τί τοὐκδιδάξαν τοῦτό σ'; ἢ δόξαν λέγεις;*

ΙΦ. *βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη.*

ΘΟ. *αὐτόματον; ἤ νιν σεισμὸς ἔστρεψε χθονός;*

ΙΦ. *αὐτόματον· ὄψιν δ' ὀμμάτων ξυνήρμοσεν.*

ΘΟ. *ἡ δ' αἰτία τίς; ἦ τι τῶν ξένων μύσος;*

qui quidem sensus, Græce esset *περιβαλομένα*. Quum vero nulla ratione *περιβαλλομένα* intelligi potest, reposui *παραβαλλομένα*, quod sententiæ tenori longe melius convenit; etenim significat Anglice, *exhibiting in rivalry*, sicut *παραβαλλομένα* in v. 1062. Vice *γένυσιν* Markl. *γένυας*, quem sequor; quia post *ἐσκίαζον* vel exprimi vel subaudiri accusativum necesse est; neque recte statuit idem Vir doctus præstare accipere *ἐσκίαζον* pro *ἐσκιαζόμην*. At *γένυν συνεσκίαζον* Herm. qui et alia mutavit, nemini, opinor, placitura.

1120. Vice *ἢ δὴ* Barnes. *ἣ δὴ*, at Reisk. *ἤδη*. Hoc acceperunt quidem Seidler. et Herm. Verum *ἤδη* nusquam, quod sciam, per se sententiam interrogativam inchoat.

1121. Post *ἀδύτοις* Both. inseruit *τ'*, Elmsl. probante, et edente Herm. Si quid mutandum, prætulerim *'Αδύτοις δ'*. Verum ipse cum Matth. censeo *τὸ ἀσύνδετον* Thoantis festinationem aptius exprimere.

1124. Vulg. *τόδε*, quod et nullam vim habet, et a nomine suo *ἄγαλμα* nimis longe distat, et interrogationem ambiguam reddit. Restitui igitur *ποτε*, quo uno tres illæ objectiones amoventur.

1126. Ald. *παραστάσει*. Brodæus *παραστάδι*, unde Barnes. *παραστάσι*, postea in MSS. repertum. De voce *παραστάδες*, Anglice, *pillars of the porch*, vid. Valckenaer. ad Phœn. 417.

1128. Ald. *ὁσία*. At MSS. nonnulli *ὁσίᾳ*, quod Herm. aliique sunt amplexi, ut sensus sit, quasi *ὁσίας ἕκατι*, *propter religionem*. Mox Markl. *δίδως* vult, et reddit "*puræ enim hoc loqueris*, i. e. *in casto*, utpote rem sacram facturæ; quo tempore verba male ominata maxime metuebantur; quale erat *καινὸν*, quod Iphigenia idcirco *ἀπέπτυσε*."

1135. Vice *ἢ τὸ* Dobræus *ἦ τι*. At *ἢ* est ab hoc loco alienum. Gaisfordius *ἦ*, et sic MS. Victor. me judice, recte; necnon *τι* Dobræanum accepi, quia *ἦ τις* est alibi Tragicis in usu, et hic *ἦ τι* videtur esse unice aptum.

ΙΦ. ἤδ', οὐδὲν ἄλλο· δεινὰ γὰρ δεδράκατον.
ΘΟ. ἀλλ' ἢ τιν' ἔκανον βαρβάρων ἀκτῆς ἔπι;
ΙΦ. οἰκεῖον ἦλθον τὸν φόνον κεκτημένοι.
ΘΟ. τίν'; εἰς ἔρον γὰρ τοῦ μαθεῖν πεπτώκαμεν.
ΙΦ. μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει.
ΘΟ. Ἄπολλον· οὐδ' ἐν βαρβάροις ἔτλη τις ἄν—
ΙΦ. πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος.
ΘΟ. ἦ τῶνδ' ἕκατι δῆτ' ἄγαλμ' ἔξω φέρεις;
ΙΦ. σεμνόν γ' ὑπ' αἰθέρ', ὡς μεταστήσω φόνου.
ΘΟ. μίασμα δ' ἔγνως τοῖν ξένοιν ποίῳ τρόπῳ;
ΙΦ. ἤλεγχον, ὡς θεᾶς βρέτας ἀπεστράφη πάλιν.
ΘΟ. σοφήν σ' ἔθρεψεν Ἑλλάς· ὡς ᾔσθου καλῶς.
ΙΦ. καὶ μὴν καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν.
ΘΟ. τῶν Ἀργόθεν τι φίλτρον ἀγγείλαντέ σοι;
ΙΦ. τὸν μόνον Ὀρέστην γ' ἐμὸν ἀδελφὸν εὐτυχεῖν,
ΘΟ. ὡς δή σφε σώσαις ἡδοναῖς ἀγγελμάτων;
ΙΦ. καὶ ζῆν τε πατέρα, καὶ καλῶς πράσσειν ἐμόν.
ΘΟ. σὺ δ' εἰς τὸ τῆς θεᾶς ἐξένευσας εἰκότως.
ΙΦ. πᾶσάν γε μισοῦσ' Ἑλλάδ', ἥ μ' ἀπώλεσεν.
ΘΟ. τί δῆτα δρῶμεν (φράζε) τοῖν ξένοιν πέρι;

1138. Markl. vult ἠλθέτην vice ἦλθον τὸν, arbitratus articulum esse inutilem. Verum tunc versus erit cæsura expers. Dobræus reddit τὸν φόνον Anglice, *the murder they had committed.*

1141. Ἄπολλον similiter ex ore Barbari venit in Hel. 1204. Mox Vulg. τόδ' ἔτλη τις ἄν. Sequor Gaisfordium τόδε delentem, adeo ut vel sententia interrumpi videatur, vel subaudiri μητέρα κατεργάσασθαι. Ingeniose tamen Elmsl. τόδ' ἤλπισ' ἄν. At Herm. ἔτλη τόδ' ἄν, omisso τις: de cujus ellipsi allegat Heindorf. ad Platon. Gorg. T. I. p. 514. et Protag. T. I. p. 319.

1144. Matth. reddit ὡς μεταστήσω φόνου, *ut illud a cæde* (i. e. *piaculo*) *purgem.*

1148. Vice καὶ νῦν, ubi νῦν sensu caret, reposui καὶ μὴν, quæ particulæ sic junctæ rem novam indicant, vel novæ personæ introitum.

1149. Ald. τί—ἀγγέλλοντι, errore typographico. MSS. ἀγγέλλοντε. At Matth. pro τί recte τι. Sed postulat syntaxis ἀγγείλαντε.

1150. Post Ὀρέστην inserui γ', quo absente, responsum fit imperfectum. Redde Anglice, *Yes, by reporting that my only brother Orestes is prospering.*

1152. Vulg. καὶ πατέρα γε ζῆν, ubi rhythmus est insuavis et γε a loco alienum; et quia sermonem Iphigenia hoc versu continuat, legi debet tam propter sensum quam metrum καὶ ζῆν τε πατέρα. Hac occasione monebo parum esse rem decoram, ut poeta mendacium Iphigeniæ assignet, nihil consilio, quod in animo illa habuit, profuturum.

1153. Vulg. τῆς θεοῦ γ', ubi γε iterum est particula expletiva. Lego igitur τῆς θεᾶς. Mox ἐξένευσας est aor. 1. verbi ἐκνεῖν, quod indicaverat Brodæus. Confer Hipp. 470. (472.) 823. (825.)

ΙΦ. *τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν.*
ΘΟ. *οὔκουν ἐν ἔργῳ χέρνιβες ξίφος τε σόν;*
ΙΦ. *ἁγνοῖς καθαρμοῖς πρῶτά νιν νίψαι θέλω.*
ΘΟ. *πηγαῖσιν ὑδάτων, ἢ θαλασσίᾳ δρόσῳ;*
ΙΦ. *θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.*
ΘΟ. *ὁσιώτερον γοῦν τῇ θεῷ πέσοιεν ἄν.*
ΙΦ. *καὶ τἀμά γ' οὕτω μᾶλλον ἂν καλῶς ἔχοι.*
ΘΟ. *οὔκουν πρὸς αὐτὸν ναὸν ἐκπίπτει κλύδων;*
ΙΦ. *ἐρημίας δεῖ· καὶ γὰρ ἄλλα δράσομεν.*
ΘΟ. *ἄγ' ἔνθα χρῄζεις· οὐ φιλῶ τἄῤῥηθ' ὁρᾷν.*
ΙΦ. *ἁγνιστέον μοι καὶ τὸ τῆς θεοῦ βρέτας.*
ΘΟ. *εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος.*
ΙΦ. *οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ἠράμην βάθρων ἄπο.*
ΘΟ. *δίκαιος ηὑσέβεια, καὶ προμηθία.*
ΙΦ. *οἶσθά νυν ἅ μοι γενέσθω;*
ΘΟ. *σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.*
ΙΦ. *δεσμὰ τοῖς ξένοισι πρόσθες.*
ΘΟ. *ποῖ δέ σ' ἐκφύγοιεν ἄν;*
ΙΦ. *πιστὸν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν.*
ΘΟ. *ἴτ' ἐπὶ δεσμὰ, πρόσπολοι.*
ΙΦ. *κἀκκομιζόντων γε δεῦρο τοὺς ξένους,*
ΘΟ. *ἔσται τάδε.*

1160. "Citat Eustath. ad Hom. Il. A. p. 108, 30=81, 43. Etymol. p. 129. 15." *Porson.* "Vide Bergler. ad Alciphron. p. 32. Schol. Ven. Il. A. 314. Stob. T. IV. 20. p. 53. Diogen. L. III. 6." *Gaisford.*

1169. Vice *δίκαιος* semper prætuli Elmsleianum *δίκαιον*. Etenim convenit locutori, quem, utpote hebetem, Iphigenia facile fallit, vulgare scilicet dictum efferre, *Rectum est pietas et prudentia.* Dein mirum esse videtur Tragicum *δίκαιος* de re fœminina dixisse; qui usus loquendi non nisi semel in Heracl. 901. comparet; ubi metrum tamen Lyricum sibi licentiam vindicat, Senario non concessam; ne quid dicam de loco illo vexato, et nondum persanato. Exstat profecto *ἀμοιβὴ δίκαιος* in Alciphron. Epist. III. 23. Verum aliquid dubium inter Euripidea Sophistæ recentioris ope tueri nolo.

1170. De Atticismo in *οἶσθα, ἅ μοι γενέσθω* dixi ad v. 741. Verum ibi imperativi persona est secunda; sed hic tertia. Ordo est *γενέσθω νύν μοι, οἶσθ' ἅ*. Recte Herm. *νυν* pro *νῦν* propter imperativum, quo *νυν* encliticum conjungi solet.

1173. Vice *δὲ* reposui *γε*, monente Elmsleio, ne *καὶ—δὲ* in eadem sententia jungantur contra canona Porsoni ad Orest. 622. (614.) et ut sit, quod Iphigeniæ melius congruat. Redde Anglice,

ΙΦ. κρᾶτα κρύψαντες πέπλοισιν.
ΘΟ. ἡλίου πρόσθεν φλογός.
ΙΦ. σῶν τε μοι ξύμπεμπ' ὀπαδῶν.
ΘΟ. οἵδ' ὁμαρτήσουσί σοι.
ΙΦ. καὶ πόλει πέμψον τιν', ὅστις σημανεῖ,
ΘΟ. ποίας τύχας;
ΙΦ. ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας.
ΘΟ. μὴ ξυναντῶσιν φόνῳ;
ΙΦ. μυσαρὰ γὰρ τὰ τοιάδ' ἐστί.
ΘΟ. στεῖχε, καὶ σήμαινε σύ,
ΙΦ. μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν.
ΘΟ. εὖ γε κηδεύεις πόλιν.
[1] ἀλλὰ χρή μ'.
ΙΦ. [1] * * *
ΘΟ. ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.
ΙΦ. καὶ φίλων γ' οὐ δεῖ μάλιστα.
ΘΟ. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.
ΙΦ. σὺ δὲ, μένων αὐτοῦ πρὸ ναῶν, τῇ θεῷ—
ΘΟ. τί χρῆμα δρῶ;
ΙΦ. ἅγνισον πυρσῷ μέλαθρον.

Yes; and let them bring the strangers hither.

1174. κρᾶτα κρύψαντες. Sic Musgravius pro Aldino κατακρύψαντες.

Ibid. "Post φλογὸς," ait Seidler., "interrogationis nota non opus. Iphigeniæ orationem simpliciter supplet, quasi dicat, *Intelligo; tu dicis contra Solis flammam.*"

1176. Sunt, quibus displiceat Regis quæstio, ποίας τύχας; cujus vice Elmsl. ποίους λόγους; at Herm. ποίας ταγάς; Verum ταγὴ est, ut videtur, vox Laconica in Aristoph. Lys. 105. ubi significat Anglice, *a regiment.* Me quidem judice, non est cur quis ποίας τύχας mutare velit. Etenim, postquam Iphigenia dixerat, πόλει πέμψον τιν', ὅστις σημανεῖ, Thoas moræ impatiens, sententiam ipse claudit verbis ποίας τύχας, ubi τύχας sequitur σημανεῖ, sicut in v. 1376. σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.

1177. Vice ξυναντῷεν, quod frustra conatur tueri Matth., lingua postulat, quod primus indicavit Elmsl., ξυναντῶσιν. Mox φόνῳ idem valet hic ac φονεῦσι.

1180–1. Hos versus transposui. In priore desunt verba Iphigeniæ. Hermanni conjectura ΙΦ. εἰκότως. ΘΟ. ὡς εἰκότως, vix probabilis est. Pro se lector, si velit, suppleat lacunam: poterat dicere Iphigenia, 'Αλλὰ χρή μ'. Sed nihil affirmo.

1181. Ald. et MSS. καὶ φίλων γ' οὐδεὶς, ubi Markl. suppleri jubet πελαζέτω, nesciens μηδεὶς cum imperativo jungi debere, minime οὐδείς. Simplex et veri similis est emendatio Elmsleiana, "Καὶ φίλων γ' οὐ δεῖ μάλιστα, i. e. ἐρημίας δεῖ, ut paulo ante dictum est in v. 1164." At Herm. καὶ φίλων γε δεῖ μάλιστα.

1183. Vice χρυσῷ in Ald. et MSS. πυρσῷ Reisk. probantibus fere omnibus, præter Herm. qui κύκλῳ edidit. Huc

ΘΟ. καθαρὸν ὡς μόλῃ πάλιν.
ΙΦ. ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι,
ΘΟ. τί χρή με δρᾷν;
ΙΦ. πέπλον ὀμμάτων πρόθες σου.
ΘΟ. μὴ παλαμναῖον λάβω.
ΙΦ. ἢν δ' ἄγαν δοκῶ χρονίζειν,
ΘΟ. τοῦδ' ὅρος τίς ἐστι μοι;
ΙΦ. θαυμάσῃς μηδέν.
ΘΟ. τὰ τῆς θεοῦ πρᾶσσ' ἐπὶ σχολῇ καλῶς.
ΙΦ. εἰ γὰρ, ὡς θέλω, καθαρμὸς ὅδε πέσοι.
ΘΟ. ξυνεύχομαι.
ΙΦ. τούσδ' ἄρ' ἐκβαίνοντας ἤδη δωμάτων ὁρῶ ξένους,
καὶ θεᾶς κόσμους, νεογνούς τ' ἄρνας, ὡς φόνῳ φόνον
μυσαρὸν ἐκνίψω, σέλας τε λαμπάδων, τά τ' ἄλλ', ὅσα
προὐθέμην ἐγὼ ξένοις τε, καὶ θεᾷ καθάρσια.
ἐκποδὼν δ' αὐδῶ πολίταις τοῦδ' ἔχειν μιάσματος,
εἴ τις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς,
ἢ γάμον στείχει ξυνάψων, ἢ τόκοις βαρύνεται·
φεύγετ', ἐξίστασθε, μή τῳ προσπέσῃ μύσος τόδε.
ὦ Διὸς Λητοῦς τ' ἄνασσα παρθέν', ἢν νίψω φόνον
τῶνδε, καὶ θύσωμεν οὗ χρὴ, καθαρὸν οἰκήσεις δόμον,

tamen referri solet gloss. Hesych. Πυρσῷ· πυρί. Mox Ald. μόλις. At MSS. μόλῃς, μόλοις et μόλις. Ipse prætuli μόλῃ scil. ἡ θεός. Corruptelam intulit Interpolator, nesciens hæc ad Deæ statuam respicere.

1184. Recte MSS. ἡνίκ' ἂν δ' pro ἡνίκα δ' ἂν in Ald. quod contra metrum esse statuit Matth., offensus fortasse in anapæstum Trochaici sedem secundam occupantem.

1185. Omnes libri προθέσθαι. Verum hujus verbi vox media, credo, non nisi sensum metaphoricum adsciscit. Reposui igitur πρόθες σου. In epilogo Pseud. Euripid. Iph. A. 19. (1550. Dindorf.) dictio ὀμμάτων πέπλον προθεὶς vel ex hoc loco vel alio simili originem traxit.

1187. Ald. μηθέν. Correxit Schaefer. Mox idem in Meletem. Critic. p. 113. pro ἐπὶ σχολῇ proposuit ἐπὶ σχολῆς.

1192. Vice ξένοισι, καὶ θεᾷ edidi ξένοις τε, καὶ θεᾷ, sicut in v. 748. τῶν θεῶν τ', ἐμοῦ θ' ὕπερ, ubi vulgo prius τ' abest.

1197. Redde φόνος Anglice, *pollution from murder*, sicut in vv. 1144. 1177.

εὐτυχεῖς δ' ἡμεῖς ἐσόμεθα. τἄλλα δ', οὐ λέγουσ' ὅμως,
τοῖς τε πλεῖον' εἰδόσιν θεοῖς, σοί τε, σημαίνω, θεά.

ΧΟ. εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος, στρ.
τόν ποτε Δηλιάσιν καρποφόροις
γυάλοισι χρυσοκόμαν
ἐν κιθάρᾳ σοφὸν, ἅ τ' ἐπὶ τόξων
εὐστοχίᾳ γάνυται,
φέρεν ἶνιν ἀπὸ δειράδος εἰναλίας,

1200. Vulg. *τοῖς τὰ πλεῖον' εἰδόσιν θεοῖς*, i. e. Anglice, *to the gods, who know most things*, quam sententiam non veri simile est Iphigeniam edidisse. Restitui igitur, quæ tali personæ melius conveniunt, *τοῖς τε πλεῖον' εἰδόσιν θεοῖς*, i. e. *to the gods, who know more than men.*

1201. et sqq. E carmine, quod sequitur, Lyrico veteres Critici vix scintillam sensus definiti extrahere poterant; et adeo corruptelis textus vulgatus scatebat, ut Marklandus, qui loca plurima conatus erat frustra explicare, cantum difficillimum his verbis missum faceret ad v. 1247. "Vocem *ξενόεντι* suspectam habeo, et alia; sed taceo; atque ita valeat obscura hæc monostrophe." Cui tamen lucis aliquid inspergi cœpit, postquam Tyrwhittus indicaverat Musgravio carmen esse revera antistrophicum. Unde evenit ut et ipse metri repertor aliique post eum ulcera, prius desperata, sanare potuerint. Et nunc tandem carminis licet de verbis hic illic ambigi possit, tamen sensus fit satis perspicuus. Sed et in argumentum omne invehitur a Marklando; quo judice, "Herculis encomium vix magis alienum a proposito visum fuisset." Quo cum viro eatenus assentio, ut fatear hoc carmen fortasse unum ex iis fuisse, quæ in animo habuit Aristoteles in Poetic. § 32 Tyrwh. (18 Bekk.) dum scripsit *καὶ τὸν χορὸν γε ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τῶν ὅλων καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ.* Atqui, utcunque stabiliri possit censura talis de Tragici perditis fabulis, de superstitibus facile diluitur; inter quas raro Chorus aliquid canit, *Quod non proposito conducat et hæreat apte;* neque in hac re Sophocli locum cedere cogetur Euripides, et præcipue in Iphigeniis duabus; ubi carminum argumenta cum rebus in scena gestis arcte cohærent. Neque valida Marklandi sententia esse videbitur reputanti Chorum ea mente laudes Apollinis canere, ut ostendat dei oracula, quam somnia Iphigeniæ esse veriora. Non igitur nihili est, ut mythum Chorus commemoret de Terra e sede expulsa, ubi *ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων*, et de origine oraculorum, quæ deus Delphis effundebat. Sed et alia res est ab iis neglecta, qui hoc carmen poetæ vitio vertunt. Finguntur circa templum adesse quidam Thoantis ministri, si non et rex ipse; coram quibus nihil dici debuit a Choro de consilio, quod inierat Iphigenia, unde et frater ejusque amicus necem effugere potuerint, ne forte et dominam et se in periculum traherent. Simile quid videre est in Helena; ubi Chorus in v. 1301. et sqq. mythum quendam de Cerere canunt, ne forte, si quid cantum esset, quod proposito melius conduceret, prodérent Theoclymeno, sicut hic Thoanti, secreta, quæ dramatis œconomia, ut tegerentur, postulavit.

1202. Herm. *τὸν* vice *ὃν*, ne versus præcedens periodicus syllaba brevi claudatur. Mox pro *Δηλίας ἐν* Burges. in Append. ad Tro. p. 130. D. *Δηλιάσιν*, in quod incidit et Seidler. Deinde in *καρποφόροις* respici videtur ad arbores sacras Deli, memoratas in vv. 1067–9.

1204. Propter antistrophicum Musgr. delevit *Φοῖβον* in initio versus e gloss. Interpretis, ut videtur, ortum.

1204, 5. Verba *ἅ τ' ἐπὶ τόξων εὐστοχίᾳ γάνυται* (i. e. Diana) sunt parenthetice sumenda, ne syntaxin interrumpant.

1206. Vulg. *φέρει νιν*. At Burges. App. ad Tro. p. 130. C. *φέρεν ἶνιν*. Et

λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ'
ἀστάκτων μάτηρ ὑδάτων,
τὰν βακχευθεῖσαν Διονύ-
σῳ Παρνάσιον κορυφὰν,
ὅθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δράκων,
[1] κατάφρακτος
σκιερᾷ [1] κατάχαλκος εὐφύλλῳ δάφνᾳ,
γᾶς πελώριον
τέρας, ἄμφεπε μαντεῖον χθόνιον·
ἔτι νιν ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
ἐπὶ ματέρος ἀγκάλαισι θρώσκων,
ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαν-
τείων δ' ἐπέβας ζαθέων,
τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ,
μαντείας βροτοῖς
θεσφάτων νέμων,
ἀδύτων ὕπο, Κασταλίας ῥεέθρων
γείτων, μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.
Θέμιν δ' ἐπεὶ Γᾶς ἰὼν ἀντ.

sic post eum Seidler.; cui soli tribuitur emendatio nitida simul et certa ab editoribus omnibus Germanis. Fieri tamen potuit, ut vetus lectio esset *φέρει Ἶνιν*, quæ propius ad *φέρει νιν* accedit. Ab Hesychio Ἶνις explicatur *υἱὸς νέος, παῖς, βρέφος*. In Iph. A. 119. (118.) de filia nubili dicitur.

1207, 8. "*ἀστάκτων ὑδάτων* non cum *Παρνάσιον κορυφὰν*, ut Seidlero videbatur, sed cum λοχεῖα *κλεινὰ* conjungendum esse monuit Matth. Dicit autem Chorus Inopum fluvium; vid. Callimach. H. in Del. 206." *Herm.* Eandem syntaxin jam indicaverat Markl. Quod vero ad λοχεῖα *ἀστάκτων ὑδάτων*, id, ait Matth. dictum est, ut *πύργοι διδύμων ποταμῶν* in Phœn. 824–5. Adde *ἱερῶν ποταμῶν πόλις* in Med. 846.

1209. Vice *βακχεύουσαν* Dobræus *βακχευθεῖσαν*, citato Bacch. 1296. *ἐξεβακχεύθη πόλις*.

1212. Herm. in *κατάχαλκος* offensus edidit *κατάχλαινος*, vocem a se fictam, neque aptam sensui; qui postulare videtur aliquid simile *τῷ κατάφρακτος*. Confer Soph. Antig. 958. *πετρώδει κατάφρακτος ἐν δεσμῷ*.

1214. Ald. *ἀμφέπει*, correxit Seidlerus. Mox *νιν* pro *μιν* Hermannus.

1219. Hic locus unus est e tredecim exemplis, ubi *χρυσέος* primam corripit, quæ corrasit Elmsl. ad Med. 632. (618.) *χρυσέων τόξων ἐφείης*.

1222, 3. Vulg. *ἀναφαίνων θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων ὑπὲρ*, quæ nemini intelligenda primus enodavit Musgr. legendo *θέσφατα νέμων* vice *θεσφάτων ἐμῶν*, opportune citato Orest. 591. *Ἀπόλλων, ὃς μεσομφάλους ἕδρας ναίων βροτοῖσι στόμα νέμει σαφέστατον*. Dein Seidler. rejecto *ἀναφαίνων*, quod irrepsit in textum e gloss. super *νέμων* scripta, et mutato *ὑπὲρ* in *ὑπὸ*, syntaxin simul et metrum restituit.

1225. De fani Delphici præsidum

παῖδ' ἀπενάσσατ' Ἀπόλλων ζαθέων
χρηστηρίων, νυχία
Χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,
οἳ πόλεσιν μερόπων
τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ', ἅ τ' ἔμελλε τυχεῖν,
ὕπνῳ κατὰ δνοφερὰς
γᾶς εὐνὰς ἔφραζον ἀεί,
μαντεῖον δ' ἀφείλετο τι-
μὰν Φοῖβον, φθόνῳ θυγατρός·
ταχύπους δ' ἐς Ὄλυμπον ὁρμαθεὶς, ἄναξ
χέρα παιδνὸν ἕλιξ' ἐπὶ Ζηνὸς θρόνον,
Πυθίων δόμων
χθονίαν ἀφελεῖν μῆνιν νύχιον.
γέλασε δ', ὅτι τόκος ἄφαρ ἔβα,
πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν·
ἐπὶ δ' ἔσεισεν κόμαν,
παύσων νυχίους ἐνοπὰς,

vaticinantium successione, vid. *Æschyli* Eumenidum initium. Ex Euripideis plerumque sua hausit Apollodorus, a Barnesio citatus, in Biblioth. I. 4. *Ἀπόλλων δὲ τὴν μαντικὴν μαθὼν παρὰ τοῦ Πανὸς—ἧκεν εἰς Δελφοὺς, χρησμῳδούσης τότε Θέμιδος· ὡς δὲ ὁ φρουρῶν τὸ μαντεῖον Πύθων ὄφις ἐκώλυεν αὐτὸν παρελθεῖν ἐπὶ τὸ χάσμα, τοῦτον ἀνελὼν, τὸ μαντεῖον παραλαμβάνει.*

1226. Vulgo *ἀπὸ ζαθέων χ.* Acute perspexit Seidler. *ἀπὸ* esse *Ἀπόλλων*, cauda quasi detruncata, Herm. vero, illa præclara emendatione prorsus neglecta, lacunam post *ἀπενάσσατο* asteriscis notavit, *Πυθῶνος* deesse suspicatus.

1228. Confer Hec. 70. *ὦ πότνια Χθὼν, μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων.*

1230. Vice *ὅσα τ'* Seidler. *ἅ τ'*, citato Soph. Antig. 611. *τό τ' ἔπειτα, τό τε μέλλον, καὶ τὸ πρίν.* Conf. et Hom. Od. I. 14. *Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;*

1231. Vulg. *ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς.* At Markl. *ὕπνῳ* et Musgr. *δνοφερὰς*, quos secutus sum.

1232. Vulg. *ἔφραζον· γαῖα δὲ μαντεῖον.* At Herm. *ἔφραζεν ἄνω· μαντεῖον δ'*, omisso *γαῖα*: in quo latere mihi videtur *ἀεί*. Redde *ἔφραζον* Anglice, *were always suggesting.*

1236. Ald. *ψεδνόν.* At Scaliger. *παιδνὸν*, cujus corruptelam esse censuit *ψεδνόν.* Ejus sententiam confirmant MSS.; e quibus duo *ψαιδνὸν*, et tertius *παιδνόν.* Mox vulg. *ἐκ Διὸς θρόνων.* At Barnes. *ἐς Διὸς θρόνον.* Herm. vero *ἐπὶ Ζηνὸς θρόνον*, quem, dubius aliquantisper, sequor.

1238. Vulg. *θεᾶς μῆνιν νυχίους τ' ἐνοπάς.* At Seidler. ejecit et *θεᾶς*, e manu explicantis *χθονίαν μῆνιν*, et *νυχίους ἐνοπὰς* hic insertas e v. 1242. ubi vulg. *νυχίους ὀνείρους.*

1239. Vulg. *τέκος.* Ipse dedi *τόκος*, propter *θέλων.* Tueri tamen *τέκος* potest figura *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, ut in Troad. 1180. *ἐκβαλὼν φίλον στόμα.* Sed et ibi MS. Harl. *ἐκβαλόν.*

1242. Vice *παῦσε* reposui *παύσων*, Anglice, *meaning to put an end to.* Hoc lenius est, quam quod proposuit Musgr. *ἐπὶ δὲ σείσας.*

ἀπὸ δὲ μαντοσύναν
νυκτωπὸν ἐξεῖλεν βροτῶν,
καὶ τιμὰς πάλιν
θῆκε Λοξίᾳ,
πολυάνορι δ' ἐν ξενόεντι θρόνῳ
θάρση βροτοῖς θεσφάτων ἀοιδοῖς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ ναοφύλακες, βώμιοί τ' ἐπιστάται,
Θόας ἄναξ γῆς τῆσδε ποῦ κυρεῖ βεβώς;
καλεῖτ', ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας,
ἔξω μελάθρων τῶνδε κοίρανον χθονός.
ΧΟ. τί δ' ἔστιν; εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν.
ΑΓ. βεβᾶσι φροῦδοι δίπτυχοι νεανίαι,
'Αγαμεμνονείας παιδὸς ἐκ βουλευμάτων
φευγόντες ἐκ γῆς τῆσδε, καὶ σεμνὸν βρέτας
λαβόντες ἐν κόλποισιν 'Ελλάδος νεώς.
ΧΟ. ἄπιστον εἶπας μῦθον. ὃν δ' ἰδεῖν θέλεις
ἄνακτα χώρας, φροῦδος ἐκ ναοῦ συθείς.
ΑΓ. ποῖ; δεῖ γὰρ αὐτὸν εἰδέναι τὰ δρώμενα.
ΧΟ. οὐκ ἴσμεν· ἀλλὰ στεῖχε, καὶ δίωκέ νιν,
ὅπου κυρήσας τούσδ' ἀπαγγελεῖς λόγους.
ΑΓ. ὁρᾶτ', ἄπιστον ὡς γυναικεῖον γένος,
μέτεστί θ' ὑμῖν τῶν πεπραγμένων μέρος.

1243. Vulgo *λαθοσύναν*, cujus vice Heathii amicus *μαντοσύναν*, quam audacem conjecturam MSS. veram fuisse ostenderunt, teste Musgr. Et Markl. inquit, "Sensus videtur ducere ad *μαντοσύναν*."

1248. Aldus ἀοιδαῖς. Prætuli ἀοιδοῖς.

1251. Vice *ποῦ* *ubi* Elmsl. *ποῖ* *quo*. At *ποῦ* consulto Tragicum scripsisse censeo, quo melius indicaretur Nuncii festinantis animus, et idcirco loquendi formam exactam negligentis, quæ debuit esse vel *ποῦ κυρεῖ ὤν*; vel *ποῖ βέβηκε*;

1254. Heath. reddit, *Quid rei est? si me loqui non jussam fas est:* quibus quidem in vocibus nihil inesse video, quod deriserit Matth.; nec cur Herm. ediderit *εἴ με χρὴ κελευσθεῖσαν λέγειν*, e conjectura Lentingi ad Med. p. 73.

1257. Propter *λαβόντες* paulo post, hic Markl. voluit *φυγόντες*, quod L. Dindorfio tribuens Herm. censet esse non malum. At *φεύγοντες* est Anglice, *endeavouring to fly*.

1258. Confer Cycl. 85. 'Ορῶ πρὸς ἀκταῖς ναὸς 'Ελλάδος σκάφος.

1265. Seidler. *μέτεστιν* pro *μέτεστί θ'*.

ΧΟ. μαίνει; τί δ' ἡμῖν τῶν ξένων δρασμοῦ μέτα;
οὐκ εἶ κρατούντων πρὸς πύλας ὅσον τάχος;
ΑΓ. οὔ, πρίν γ' ἂν εἴπῃ τοὔπος ἑρμηνεὺς τόδε,
εἴτ' ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον, ἀρχηγὸς χθονός.
ὠή, χαλᾶτε κλῇθρα, (τοῖς ἔνδον λέγω,)
καὶ δεσπότῃ σημήναθ' οὕνεκ' ἐν πύλαις
πάρειμι, καινῶν φόρτον ἀγγέλλων κακῶν.
ΘΟ. τίς ἀμφὶ δῶμα θεᾶς τόδ' ἵστησιν βοήν,
πύλας ἀράξας, καὶ φόβον πέμψας ἔσω;

[1] ἔφησαν αἵδε (καί μ' ἀπήλαυνον δόμων)

ΑΓ. [1] ψευδῶς ἔλεγον αἵδε (καί μ' ἀπήλαυνον δόμων)
ὡς ἐκτὸς εἴης· σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα.
ΘΟ. τί προσδοκῶσαι κέρδος, ἢ θηρώμεναι;
ΑΓ. αὖθις τὰ τῶνδε σημανῶ, τὰ δ' ἐν ποσὶν
παρόντ' ἄκουσον. ἡ νεᾶνις, ἣ 'νθάδε
βωμοῖς παρίστατ', Ἰφιγένει', ἔξω χθονὸς
ξὺν τοῖς ξένοισιν οἴχεται, σεμνὸν θεᾶς
ἄγαλμ' ἔχουσα· δόλια δ' ἦν καθάρματα.
ΘΟ. πῶς φής; τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;
ΑΓ. σῴζουσ' Ὀρέστην· τοῦτο γὰρ σὺ θαυμάσει.
ΘΟ. τὸν ποῖον; ἆρ' ὃν Τυνδαρὶς τίκτει κόρη;

Verum illo non opus est. Junge *μέρος* pro nominativo cum *μέτεστι*. Igitur non fuit, cur Markl. acceperit *μέρος* pro *κατὰ μέρος*, i.e. *pro parte vestra*. E confusis tam vultu quam lingua Chorum Nuncius suspicari poterat consilii participem fuisse.

1268. Primus, quod sciam, Blomfieldius ad Prom. 770. (795). vice *εἴποι* restituit *εἴπῃ*, quod lingua postulat post *πρὶν ἄν*. Idem præcipit et Porson. ad Aristoph. Vesp. 349. et Elmsl. ad Eur. Suppl. 916. (Quart. Rev. Vol. VII. p. 453.) . Mox *ἑρμηνεὺς* est Anglice, *a distinct informant*, minime *præconum regiorum aliquis*, quod voluit Interpres unus, neque, quod alter, *qui a Franco-Gallis dicitur le portier*.

1272. Vice *ἀγγέλλων* Schaefer. edidit *ἀγγελῶν*. Verum, licet futurum plerumque sequatur *ἥκω*, hic tamen potius est præsens, quia Nuncius non aliquid dicturus erat, sed illico dicit.

1275. Quum ipse pro certo habeo voces *ψευδῶς ἔλεγον* expulisse quod revera scripsit Euripides, memorare duodecim circiter conjecturas a Criticis factas supersedeo. Satis est dicere me legere velle *ἔφησαν*, quod verbum explicuit aliquis istis metro noxiis *ψευδῶς ἔλεγον*. Mox *καί μ' ἀπήλαυνον δόμων*, parenthetice, monente Elmsleio, sumenda, significant Anglice, *they endeavoured to drive me away from the temple*.

1283. Redde *τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη* "*quamnam casus auram nacta?* i.e. quo quasi vento fortunæ potita?" *Herm.*

1285. Ald. *τὸ ποῖον*. At ed. Brubach.

ΑΓ. ὃν τοῖς γε βωμοῖς θεᾶς καθωσιώσατο.
ΘΟ. ὦ θαῦμα· πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;
ΑΓ. μὴ 'νταῦθα τρέψῃς τὴν φρέν', ἀλλ' ἄκουέ μου·
σαφῶς δ' ἀθρήσας καὶ κλύων, ἐκφρόντισον
ὅστις διωγμὸς τοὺς ξένους θηράσεται.
ΘΟ. λέγ'· εὖ γὰρ εἶπας· οὐ γὰρ ἀγχίπλουν πόρον
φεύγουσιν, ὥστε διαφυγεῖν τοὐμὸν δόρυ.
ΑΓ. ἐπεὶ πρὸς ἀκτὰς ἤλθομεν θαλασσίους,
οὗ ναῦς Ὀρέστου κρύφιος ἦν ὡρμισμένη,
ἡμᾶς μὲν, οὓς σὺ δεσμὰ συμπέμπεις ξένων
ἔχοντας, ἐξένευσ' ἀποστῆναι πρόσω
Ἀγαμέμνονος παῖς, ὡς ἀπόρρητον φλόγα
θύσουσα, καὶ καθαρμὸν, ὃν μετῴχετο·
αὐτὴ δ' ὄπισθε δέσμ' ἔχουσα τοῖν ξένοιν
ἔστειχε χερσί. καὶ τάδ' ἦν ὕποπτα μὲν,
ἤρεσκε μέντοι σοῖσι προσπόλοις, ἄναξ.
χρόνῳ δ', ἵν' ἡμῖν δρᾷν τι δὴ δοκοῖ πλέον,
ἀνωλόλυξε, καὶ κατῇδε βάρβαρα
μέλη, μαγεύουσ', ὡς φόνον νίζουσα δή.
ἐπεὶ δὲ δαρὸν ἧμεν ἥμενοι χρόνον,
εἰσῆλθεν ἡμᾶς, μὴ λυθέντες οἱ ξένοι
κτάνοιεν αὐτὴν, δραπέται τ' οἰχοίατο.

τὸν-ποῖον, postea in MSS. omnibus, præter unum, repertum.

1286. Ne sit duplex dativus in *βωμοῖς* et *θεᾷ*, Markl. prætulit *θεὰ*, quod MSS. nonnulli agnoscunt, et editores plerique acceperunt. Mihi vero præplacet *Ὃν τοῖς γε βωμοῖς θεᾶς καθωσιώσατο*, quia sententiæ nexus postulat *γε* Anglice, *Yes*.

1287. Redde *πῶς—τύχω* Anglice, *how can I hit the mark!* et de *ὀνομάσας τύχω* conf. Hipp. 826. (828.) *προσαυδῶν τύχω*; ubi citavi et hunc locum et Æsch. Agam. 1232. *τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος Τύχοιμ' ἄν*;

1290. Vulg. *Διωγμὸς, ὅστις*. At lege vel cum Hermanno *Διωγμὸν*, vel mecum *Ὅστις διωγμὸς*, quod et magis poeticum est et verisimilius.

1291. Hesych. *Ἀγχίπους· εὐδιακόμιστος. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις*: ubi multi Viri docti *ἀγχίπλους*, et a Kustero explicantur voces *ἀγχίπλους πόρος navigatio, quæ fit per mare propinquum, vel breve.*

1293. Vulg. *θαλασσίας*. At "elegantius," inquit Herm. "dixisset *θαλασσίους*, ut in v. 225. Sed in Hec. 698. est *ἐπ' ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις*."

1298. Vice *θύουσα* Herm. tacite, at recte, *θύσουσα*: quod et Seidler. voluisse videtur; reddit enim *ut accensura sacrificium*.

1302. Aldus *δοκῇ*. Correxit Hermannus.

1304. Confer v. 1197. *μαγεύουσ'* pro Aldino *ματεύουσ'* Reiskio debetur.

φόβῳ δ' ἃ μὴ χρῆν εἰσορᾶν, καθήμεθα
σιγῇ. τέλος δὲ πᾶσιν ἦν αὐτὸς λόγος,
στείχειν ἵν' ἦσαν, καίπερ οὐκ ἐωμένοις.
κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος,
ναύτας τε πεντήκοντ', ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας
ἔχοντας, ἐκ δεσμῶν δὲ τοὺς νεανίας
ἐλευθέρους πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς.
κοντοῖς δὲ πρῷραν εἶχον, οἱ δ' ἐπωτίδων
ἄγκυραν ἐξανῆπτον, οἱ δὲ κλίμακας
σπεύδοντες, ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια,
πόντῳ δὲ δόντες τοῖν ξένοιν καθίεσαν.
ἡμεῖς δ' ἀφειδήσαντες, ὡς ἐσείδομεν
δόλια τεχνήματ', εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
πρυμνησίων τε, καὶ δι' εὐθυντηρίας
οἴακας ἐξῃροῦμεν εὐπρύμνου νεώς.
λόγοι δ' ἐχώρουν· Τίνι λόγῳ πορθμεύετε,
κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανα καὶ θυηπόλους;
τίνος, τίς ὢν σὺ τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός;—

1311. Post h. v. alter vulgo inseritur. *Ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον*, qui nonnullis videbatur esse interpolatus, utpote sententiarum nexum implicitum reddens; at feliciter detexit Herm. eum esse casu quodam huc relatum e sede, quam habere debuit post v. 1359.

1314. Musgr., probante Herm., interpretatur *πρύμνηθεν—νεὼς a puppi navis*, Anglice, *astern of the ship;* "puppis scilicet littori, ex more antiquorum, obversa erat; consentaneum igitur eos ab hac parte stetisse, qui mox adscensuri erant."

1315. Ald. *πρώροις*, at Heath. *πρῷραν*, postea repertum in MSS. quod et accepit Musgr. et simul monuit supplenda esse vocabula *οἱ μὲν* ante *εἶχον* juxta formam ellipseos in Hom. Il. X. 157. *Τῇ ῥα παρεδραμέτην φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων*. Helen. 1604. *σπουδῆς δ' ὕπο Ἔπιπτον, οἱ δ' ὠρθοῦντο, τοὺς δὲ κειμένους Νεκροὺς ἂν εἶδες*. Orest. 1489. *Νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἱ δ' ἔμελλον, οἱ δ' ἔκειντ'*: quibus locis addere poterat Herc. F. 636. *Ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ*. Vid. et Porson. ad Orest. 901. (891.) Mox *ἐπώτιδες* (teste Schol. ad Thucyd. VII. 34). *εἰσὶ τὰ ἑκατέρωθεν τῆς πρώρας ἐξέχοντα ξύλα*.

1316. Ald. *ἀγκύρας*, at Scaliger. *ἄγκυραν*, MSS. confirmantibus.

1318. Vice *τὴν ξένην*, quæ nemo intelligere potuit, Seidler., probante Herm., *τοῖν ξένοιν*, i.e. Oresti et Pyladi.

1321. "*Εὐθυντηρία*, quam navis partem quandam fuisse Hesychius docet, aut locus fuit in puppi, ubi foramina aut cava erant, in quibus ὁ *εὐθυντὴρ* versabatur aut ipsis his cavis nomen illud fuit. Est igitur *δι' εὐθυντηρίας* fere idem quod *ἐξ εὐθυντηρίας*." *Seidler.*

1323. Monuit Elmsl. ad Bacch. 1293. formulas *τίνι λόγῳ, τίνι τρόπῳ, τίνι πότμῳ* Euripidi esse in usu, nonnisi inter fabulas posteriores; in Hippolyto ter *τῷ τρόπῳ* exstare; at in prioribus Medea, Alcestide et Heraclidis neutram reperiri.

1324. Vice *ξόανον καὶ θυηπόλον*, ne spondæus sit in quarta sede, Musgr. *ξόανα καὶ θυηπόλους*.

ὁ δ' εἶπ', Ὀρέστης, τῆσδ' ὅμαιμος, ὡς μάθῃς,
Ἀγαμέμνονος παῖς, τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι
λαβὼν ἀδελφὴν, ἣν ἀπώλεσ' ἐκ δόμων.—
ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
καὶ πρός σ' ἕπεσθαι διεβιαζόμεσθά νιν.
ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων·
κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν,
ἡμεῖς τε· πυγμαὶ δ' ἦσαν ἐγκροτούμεναι,
καὶ κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν ἅμα
εἰς πλευρὰ, καὶ πρὸς ἧπαρ ἠκοντίζετο,
ὥστ' ἐξαναπνεῖν, καὶ ξυναποκαμεῖν μέλη.
δεινοῖς δὲ σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι,
ἐφεύγομεν πρὸς κρημνὸν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ
κάθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν.
ὄχθοις δ' ἐπισταθέντες εὐλαβέστερον
ἐμαρνάμεσθα, καὶ πέτρους ἐβάλλομεν·
ἀλλ' εἶργον ἡμᾶς τοξόται, πρύμνης ἔπι
σταθέντες, ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω.
κἀν τῷδε, (δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν
πρὸς γῆν, φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα,)

1333. Post *ἡμεῖς τε* supple *οὐκ εἴχομεν*: qui verborum ordo est parum usitatus.

1335. Confer Bacch. 665. *λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν.*

1336. Ald. et MSS. *Ὥστε ξυνάπτειν*, quas voces manifesto mendosas alii aliis conjecturis sanare conati sunt, quas memorare supersedeo; spero etenim meam *Ὥστ' ἐξαναπνεῖν*, quæ a vulgato textu per literas nonnisi duas discrepat, pro genuina scriptura omnes lectores esse habituros. Nam sensus est Anglice, *so that we lost the power of breathing*, unde satis bene depingitur, quid in barbaros ruentes Græci juvenes manibus et pedibus fecerint.

1340. Vice *εὐλαβεστέρως* in Ald. et MSS. restitui *εὐλαβέστερον*, ob rationem in not. ad Iph. A. 379. (300.) redditam.

1342. Verba *εἶργον* et *ἀναστεῖλαι* ad rem militarem pertinentia optime possunt exponi e Thucyd. VI. 70. *καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν οὐκ ἐδίωξαν οἱ Ἀθηναῖοι· οἱ γὰρ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων, πολλοὶ ὄντες καὶ ἀήσσητοι, εἶργον· καὶ ἐσβαλόντες ἐς τοὺς ὁπλίτας αὐτῶν, εἴ τινας προσδιώκοντας ἴδοιεν, ἀνέστελλον.*

1345. Vice *ὥστε μὴ* in MSS. Ald. *ναυάταις*, corrupte, ut videtur, pro *ναυβάταις*: quam vocem suspicor, inter lineas pro glossa scriptam, expulisse lectionem genuinam. Sed et syntaxis difficile quid præ se fert. Etenim exspectandum erat aliquid magis ad linguæ normam, *φόβος δ' ἦν μὴ ναῦς τέγξειε πόδα.* Quod si probum sit *ὥστε μὴ*, reddi debet Anglice, *There was an alarm and exertion amongst the crew, that she might not dip the sheet-line*, i. e. *capsize.* Confer Orest. 706. *Καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ, Ἔβαψεν, ἔστη δ'*

λαβὼν Ὀρέστης ὦμον εἰς ἀριστερὸν,
βὰς εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορὼν,
ἔθηκ' ἀδελφήν τ' ἐντὸς εὐσέλμου νεὼς,
τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
ἄγαλμα. ναὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
βοή τις· Ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται, νεὼς
λάβεσθε, κώπαις ῥόθι' ἁλὸς λευκαίνετε,
ἔχομεν γὰρ ὧνπερ οὕνεκ' ἄξενον πόρον,
Συμπληγάδων ἔσωθεν, εἰσεπλεύσαμεν.—
οἱ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι
ἔπαισαν ἅλμην. ναῦς δ', ἕως μὲν ἐντὸς ἦν
λιμένος, ἐχώρει· στόμια διαπερῶσα δὲ
λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ' ἠπείγετο·
δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης νεὼς
ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον
ὤθει παλιμπρυμνηδόν· οἱ δ' ἐκαρτέρουν
πρὸς κῦμα λακτίζοντες· εἰς δὲ γῆν πάλιν
κλύδων παλίρρους ἦγε ναῦν. σταθεῖσα δὲ
Ἀγαμέμνονος παῖς εὔξατ', Ὦ Λητοῦς κόρη,
σῶσόν με, τὴν σὴν ἱερίαν, πρὸς Ἑλλάδα

αὖθις, ἣν χαλᾷ πόδα. "Apertius," inquit Herm. "scripsisset poeta πόνος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα."

1348. Vulg. ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσήμου νεώς. At Herm. ἀδελφήν τ', et Pierson. in Verisimil. p. 25. εὐσέλμου, repertum postea in MS. uno Par. et mox Markl. τό τ' pro τὸ δ'. Ita demum fit sententia perspicua quam maxime, et descriptio ad vivum expressa.

1351, 2. Sequor Barnesium, interpungentem post ναῦται, et mox Porsonum, legentem ῥόθι' ἁλὸς λευκαίνετε et citantem Nicandri Theriac. 822. Καὶ μὴν οἶδ' ὅσα πόντος ἁλὸς ῥοθίοισιν ἑλίσσει: cui addit Pierson. Cycl. 16. ἅλα Ῥοθίοισι λευκαίνοντες. Oppian. Hal. v. 156. κώπῃσι δ' ὑπ' εὐκήλοισι θάλασσαν Ἀτρέμα λευκαίνουσι.

1353. Aldus Εὔξεινον. Vide notam ad v. 120.

1356. "Initium versus ἔπαισαν ἅλμην legitur et in Æsch. Pers. 397. atque in universum monendum est ex ista Æschylei Nuncii oratione plura videri Euripidis memoriæ inhæsisse." *Seidler.* Confer Hom. Od. Δ. 580. ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.

1360. Sequor Hermannum sagaciter hunc versum e sede, quam vulgo habet post v. 1311. transponentem. De phrasi νεὼς πίτυλος, conf. v. 1019. νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα: et de voce πίτυλος vid. mea ad Hipp. 1464. (1462.)

1361. Vulg. πάλιν πρυμνήσια, syntaxi impedita. Iterum sagaciter Herm. huc retulit gl. Hesych. Παλιμπρυμνηδόν· οἷον παλίμπρυμνον χώρησιν προῆλθεν εἰς τοὔμπροσθεν ἀνακάμπτουσα, ὡς ἐπὶ πρύμναν κροῦσαι.

1362. Ald. εἰς γῆν δὲ πάλιν, MSS. Paris. εἰς γῆν δὴ πάλιν. At recte ed. Brubach. εἰς δὲ γῆν. Musgr. tamen, probantibus Seidler. et Herm. εἰς γῆν δ' ἔμπαλιν. Porson. denique εἰς γῆν δ' αὖ πάλιν.

ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ κλοπαῖς ξύγγνωθ' ἐμαῖς·
φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον, θεά,
φιλεῖν δὲ κἀμὲ τοὺς ὁμαίμονας δόκει.—
ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης
παιᾶνα, γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας
κώπῃ προσαρμόσαντες ἐκ κελεύσματος.
μᾶλλον δὲ, μᾶλλον πρὸς πέτρας ᾔει σκάφος.
χὡ μέν τις εἰς θάλασσαν ὡρμήθη ποσὶν,
ἄλλοι δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύλας.
κἀγὼ μὲν εὐθὺς πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεστάλην,
σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.
ἀλλ' ἕρπε, δεσμὰ καὶ βρόχους λαβὼν χεροῖν·
εἰ μὴ γὰρ οἶδμα νήνεμον γενήσεται,
οὐκ ἔστιν ἐλπὶς τοῖς ξένοις σωτηρίας.
πόντου δ' ἀνάκτωρ Ἴλιόν τ' ἐπισκοπεῖ,
σεμνὸς Ποσειδῶν, Πελοπίδαις ἐναντίος,
καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
σοὶ, καὶ πολίταις, ὡς ἔοικεν, ἐν χεροῖν
λαβεῖν, ἀδελφήν θ', ἣ φόνον τὸν Αὐλίδι
ἀμνημόνευτον θεᾷ προδοῦσ' ἁλίσκεται.
ΧΟ. ὦ τλῆμον Ἰφιγένεια, συγγόνου μέτα

1369. Confer Æsch. Pers. 388. κέλαδος Ἑλλήνων πάρα Μολπηδὸν εὐφήμησεν. 393. Παιᾶν' ἐφύμνουν, necnon Iph. A. 1468. (1346.)

1370. Ald. γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας: cujus vice Musgr. γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας, ubi, ut Matthiæo objicienti occurrat Herm., monet χέρας sæpe non solas manus, sed et brachia significare. At mira est lectio in MSS. γυμνὰς ἐκβαλόντες ἐπωμίδας: quam cum Hermanno sentio esse e glossa ortam, et significare Anglice, *having stripped off their sleeves*. Reddo tamen ἐπωμὶς, *humeri pars summa*, sicut in Hec. 556. Λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος.

1372. Per μᾶλλον δὲ, μᾶλλον significatur navim magis magisque scopulis appropinquare. Confer Bacch. 1065. Κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον.

1374. Vice ἀγκύρας in Ald. et MSS. Musgr. ἀγκύλας. Lis tamen orta est de sensu vocum πλεκτὰς ἀγκύλας. Herm. quidem reddit ἀγκύλαι *laquei*, Germanice, *schlingen;* ipse vero πλεκτὰς reddo Anglice, *loops* vel *nooses*, sicut in Tro. vv. 958. 1010. et Æsch. Cho. 248. Θανόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασιν Δεινῆς ἐχίδνης. Quæ narrantur, barbari fecerunt ea mente, ut navis, ne fracta periret, scopulo alligaretur.

1381. Aldus post Πελοπίδαις inserit δ', quod melius abesse puto.

